Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-30969/fragment/page=0001

2221.

Leitzkau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-30969/fragment/page=0003

Diese Aufl. 00

Aufl. 00 00

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-30969/fragment/page=0004

CONSPECTVS REIPVBLICAE LITERARIAE

SIVE

VIA AD HISTORIAM LITERARIAM

IVVENTVTI STVDIOSAE

APERTA

A

CHRISTOPHORO AVGVSTO HEVMANNO, D.

EDITIO SEPTIMA EADEMQVE VLTIMA.



HANOVERAE
APVD HÆREDES NIC. FOERSTERI ET FILII
MDCCLXIII.

267.

Universitäts- und Landesbibliothek Halle (Saale)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-30969/fragment/page=0006

VIRO

AMPLISSIMO, CONSVLTISSIMO,
EXCELLENTISSIMO,

IO. BVRCHARDO MENCKENIO,

I. V. D.

REGIS POLONIAE CONSILIARIO AVLICO ET HISTORIOGRAPHO, SOCIETATIS REG. BRIT. COLLEGAE, IN ACAD. LIPS. HIST. PROF. PVBL.

REIP. LITERARIAE SENATORI

PRAESTANTISSIMO,

LIBELLVM HVNC

DICAT

C. A. HEVMANNVS.



Duo elapsi sunt anni, Excellentissime MENCKENI, cum iuuentutem fidei meae commissam historiae literariae notitia impertiendam duxi. Inuitabat me ad aperiendas huius generis scholas cum manifesta istius tractationis vtilitas, tum etiam argumenti suauitas, qua velut inescanda videbantur illa quoque ingenia, quae alioquin valde mediocri afficiuntur literarum amore. Iamdudum enim perspexeram, maximam fugientium literarum culpam esse in iis doctoribus, qui ne adultioribus quidem discipulis quicquam, nisi dapes memoriae summo cum fastidio inferciendas, apponunt, adeoque ludum literarium in pistrinum conuertunt. Hinc ad philosophiae sacra viam ipsis praeibam, ac statim depre-

deprehendebam, literas haſce, licet ſeueriores, non ſine voluptate tractari ab erectioris ingenii diſcipulis, hosque me duce horas linguis addiſcendis deſtinatas libentiſſime diſtinguere cultura realium, quas vocant, diſciplinarum. Nimirum ea vis eſt ſapientiae, vt ſua pulcritudine rapiat ad ſe quosvis non plane ſanae mentis expertes, maxime iuuenes, quos tantum abeſt, vt diſcere pudeat, (hoc enim ſeniorum eſt vitium.) vt potius impenſe laetentur, ſe priſtinis erroribus exui et in veritatis adytum admitti. Nec vero ſatis iam feciſſe videbar muneri meo, quod in formandis verſatur adoleſcentum ingeniis. Reſtabat enim hiſtoria, cuius ignoratio dedecori eſt, notitia non honorem ſolum, verum etiam fructum permagnum affert. Emetiebar itaque primum vna cum auditoribus meis patentiſſimum illum hiſtoriae ciuilis campum, eiusque tria interualla, doctiſſimo illo Cellario *facem praeferente, perluſtrabam. Inde ſilum ſecutus* Buddei, *viri* πολυμαθεςάτε, *philoſo-*

phorum decurrebam historiam, ac modo cum Aristotele deambulabam, modo Epicuri hortos ingrediebar, nunc cum Democrito ridebam, nunc gemitus edebam cum Heraclito, etiam cum Copernico solem sistere gradum iubebam. Cumque haec historia pars sit, eaque non postrema, historiae literariae, deinceps longius progrediebar, et vniuersae reip. literariae faciem discipulis meis repraesentare conabar. Quod consilium exsecuturo mihi cum nullus suppeteret liber, quem sequerer ducem: quae enim exstant Introductiones ingenii industriaeque singularis laude haud fraudandae, Struuiana *et* Reimmanniana, *historiam literariam vniuersalem,* capite quarto *a me descriptam, prorsus omiserant: cogebar ipse synopsin literariae historiae conficere. Ita enatus est hic, quem* TIBI *offero, libellus, exiguus ille quidem, at ea tamen, nisi fallor, complexus, quae qui a doctore paucis illustrata recte perceperit memoriaque comprehenderit, tantos habere videtur in historia literaria*

raria profectus, quanti sufficere possunt ei, qui non totum se excolendae huic historiae dedere constituit. Vt autem scias, VIR honoratissime, quam secutus sim rationem, libellum hunc in auditorio meo pertractans, primo libros, de quibus differendum erat, oculis discentium subiiciebam et perlustrandos dabam. Hinc delatus ad mentionem viri cuiusque ingenio clari, de eius aetate ac libris, item de persona fatisque eius proferebam, non quae dici poterant, sed quae maxime memoratu erant digna. Incluseram enim pertractationem huius libelli spatio sex mensium: adeoque, si magis vanam multarum rerum librorumque cognitionem iactare, quam auditorum meorum vtilitati consulere voluissem, vbique potuissem esse longior. Huius breuitatis studio etiam sola nomina eruditorum, qui adhuc in viuis sunt, adduxi, recisso titulorum praeconiorumque syrmate: qua in re aliorum non ignobilium scriptorum secutus sum exemplum, qui veriti fuisse videntur, ne ea res adulatio-

nis ſuſpicionem moueat, ac legentibus taedium afferat. Nominare magnos viros eſt eos laudare. Ad minorum autem gentium deos quod attinet, eos mea quidem mediocritas magnos facere non valet, licet vocarem Ariſtotele eruditiores, Platone celebriores, Argo oculatiores, excellentia denique ipſa excellentiores. Forſitan deſiderabit quispiam vberiorem deductionem capitis quinti, ratus, ibi exponenda dilucidius fuiſſe fata diſciplinarum ſingularum. Mihi vero videbatur id alienum a propoſito meo, quippe cum hiſtoriam literariam vniuerſalem tractare contentus ſpecialiora iure meo miſſa fecerim. Accedit, quod ſingularum diſciplinarum hiſtoria rectius ipſis diſciplinis vtiliusque annectitur, v. g. pertractata Logica doceantur auditores, a quibus initiis profecta haec diſciplina, quam impeditos ſubinde curſus habuerit, donec ad eum ſplendorem, quo nunc quidem gaudet, fuerit deducta. Atque hunc ego quoque morem ſequi meis in ſcholis philoſophicis conſueui.

Cae-

Caeterum Tibi, VIR consultissime excellentissimeque, *TIBI potissimum hunc dedicare librum volui, non propterea solum, quod idoneus eiusmodi librorum iudex es, sed quod tanta TVA exstant in rem literariam merita, vt grati animi officio tibi deuincti sint, quotquot non perfunctorie colunt literas. Vt enim caetera taceam, TVIS auspiciis editum est* Lexicon historico-literarium: *TVIS auspiciis publicantur* Nouellae literariae: *TVIS auspiciis Germania habet* Acta eruditorum *patrio sermone conscripta: TVIS denique auspiciis coepta a patre TVO* Acta eruditorum *adhuc strenue proferuntur in lucem singulis mensibus, ac totum literarium orbem perambulant, serenaque fronte excipiuntur vbique terrarum ac gentium. Vix poterat vlla re* Menckenianum *nomen magis nobilitari reddique illustrius, quam isto opere, cui perpetuitatem apprecatur, quisquis sanum habet sinciput. Nec iniuria mihi gratulor, quod nouem abhinc annis abs TE receptus*

in collegium eorum, quorum opera describuntur Acta eruditorum, *nonnihil prodesse coepi reip. literariae, quodque iam centum quadraginta recensiones meae in praeclaro isto opere exstant. Nec in posterum* TIBI *deerit studium meum, vel potius reip. literariae, cuius rationibus non parum consulere videntur, qui praestantiorum librorum recensiones concinnant, atque ita fontes aperiunt, vnde explere sitim possint, qui longius in literario stadio progrediendi cupiditate flagrant. Sed redeo ad libellum meum, eumque vt excipias benevole,* TVVMque mihi conserues amorem favoremque maiorem in modum rogito. *Vale,* VIR Excellentissime, *diuque fruere gloria. quam tot tantaque in rem literariam merita* TIBI *conciliarunt. Gottingae, d. XXX, Sep.* CIↃIↃCCXVIII.

PRAE-

PRAEFATIO
SECVNDAE EDITIONIS,

SCRIPTA A. CIↃIↃCCXXVI. M. IAN.

Septem circumacti sunt anni, et menses aliquot praeterea, ex quo libellum hunc studiosae iuuentuti dicatum exire passus sum in publicum. Non ita longo temporis spatio diuendita sunt exempla eius omnia, atque iterum (*a*) is fuit typis exscribendus: quibus exemplis et ipsis consumtis, bibliopolae, viro honestissimo et iamdudum bene merenti de literis, necesse fuit, nouam me rogare editionem, eamque, si opus videretur, locupletiorem. Noli vero credere, LECTOR, singularem eruditionem tot emtores conciliasse libel-

(*a*) Haec altera editio a prima duntaxat forma literarum *cursiuarum*, quas vocant, differt, quippe quae in secunda editione grandiores sunt, quam in prima. Caeterum omnia, exceptis paucis typographi peccatis, (vt cum p. 41. *Heldelb.* pro *Heidelb.* et p. 90. *Genuenses* pro *Geneuenses*,) adeo inter se sunt similia, vt has duas editiones pro vna putem habendas.

libellulo. Necessitas fuit, qua permoti plures iuuentutis literatae doctores cum in Gymnasiis, tum in Academiis, istum libellum auditoribus commendarunt suis, eumque et interpretati sunt, et luculentissime in scholis suis illustrarunt. Scilicet quod iam obseruare me memini in primae editionis praefatione illustri viro, MENCKENIO, inscripta, nullum exstabat *Compendium Historiae literariae*: ac proinde, qui Historiam literariam exponere erectioribus ingeniis pulchrum ducebant, cupide amplexabantur qualemcunque meam Synopsin. Fuerant quidem, qui bene mererí studerent de illa Historia eosque laudaui in secundo Capite: ast nemo horum concinnarat ipsam Historiam literariam, et cum ciuilis historiae prope innumera habeamus Compendia, literariae in toto orbe literato ne vnum quidem reperiebatur. Ac ne quis dicat, me eo, quem nominaui, loco laudasse *Reimmanni*, viri summe reuerendi, Antistitis nunc Hildesiensis, *Manuductionem ad Historiam literariam*; manuductio quidem haec est, eademque elegans, sed non est suo ordine contextum *Historiae literariae Compendium*. Id quo minus dubites, scias, constare eam tribus partibus, quarum in prima ac tertia exhibentur scriptores,

ptores, qui certos Historiae literariae articulos tractarunt, in suas percommode diuisi classes; in secunda vtilitates explicantur Historiae literariae. Quod igitur vir optimus et de his literis optime promeritus in praefatione illius *Manuductionis* questus est, non exstare vllum Compendium Historiae literariae, id omnino verum fuit vsque ad annum 1718. quo primus ego tale Compendium publicaui. Ac eodem anno STOLLIVS, celeberrimus Academiae Ienensis Professor, suam edidit *Historiam literariam*, synthetica contextam methodo, etsi nondum ad finem perductam. Qui quidem liber maximo suo merito lectus fuit et laudatus a quam plurimis; sed plerique simul iudicarunt, Historiam literariam aeque, ac ciuilem et ecclesiasticam, eam proprie dici, quae quoad longissime potest mens nostra respicere spatium praeteriti temporis, inde vsque repetens, per singula saecula describat vniuersim statum studii literarum, et si qua forte separatim videantur exponenda, certis tradat in Capitibus. Eam igitur laudem facile concedet quilibet Stolliano operi, vt censeatur et copiosius meo et eruditius: at titulus *Compendii Historiae literariae vniuersalis* meo facilius adiudicabitur opusculo: cum ille magis particula-

cularem pertractet historiam, cuius demum partes in vnum corpus connexae dici possunt certo sensu Historia vniuersalis: quem in modum *Pufendorfii Historia ciuilis*, quae per singula regna decurrit, non minus vere particularis appellatur, quam vniuersalis. Sed ad meum redeo libellum, quem primum esse huius generis, non alio consilio lectores admoneo, quam vt magnae eius imperfectioni facilius ignoscant, et vel conatui meo nonnihil gratiae tribuant. Ipsemet satis illam imperfectionem agnoui, cum semel iterumque eum exposui auditoribus meis: et hac occasione obseruaui, permulta Historiae literariae argumenta mihi fuisse silentio praeterita. Hinc igitur ad secundam hanc me accingens editionem, statui quidem, intra limites Compendii consistere, verum tamen efficiendum duxi, vt ne nimis id esset aridum, vtque nulla facile materia maneret intacta. Quod quidem eo facilius mihi factu fuit, quod septem his octove annis, quibus exstat libellus meus, tam multis tamque bonis respublica literaria aucta fuit libris ad Historiam literariam pertinentibus, vt vix credam, vllum vnquam septennium tam laetum vidisse huius generis librorum proventum. Quae igitur talibus in libris plene eru-

eruditèque elaborata deprehendi, ea duntaxat tribus attingo verbis, lectoresque ablego ad fontes, vnde hauriri queat, quantum satis est. Cumque ipse alibi non pauca argumenta huius Historiae tractarim haud indiligenter, non dubitaui, illos quoque fontes monstrare digito nec veritus sum, ne id mihi futurum sit obtrectationi. Caeterum fuerunt amici, iique eruditissimi, (quorum vnus (*b*) haud pauca mecum communicauit e suis in hunc libellum praelectionibus,) qui censerent, quintum Caput esse oportere elaboratius, singularumque disciplinarum historiam compendiose mihi describendam fuisse. Iidem quarto in Capite desiderarunt descriptionem virorum ibi laudatorum, qualem Celeb. *Weismannus* dedit in praestantissimo suo Historiae ecclesiasticae Compendio. At hi sciant, ne nunc quidem dare me velle Compendium Historiae literariae, sed Compendiolum duntaxat: priorisque rei desiderium expleuisse abunde laudatissimum illum *Strollium*; ad alterum vero quod attinet, sufficere tironibus posse *Lexicon literario-biographicum*, quod Menckenianis auspiciis nuper iterum prodiit. Caeterum quia per aetatem

(*b*) *Bierlingius*, Rintelienſis Academiae magnum decus, a. 1728. rebus humanis ereptus in ipso senectutis limine

aetatem sperare mihi licet, (sperare vero, non confidere,) fore, vt post aliquot aristas denuo recognoscere iubear hunc meum libellum, pro mitto, me tum vtrique desiderio satisfacturum pro virili, et tunc demum daturum esse librum pro libello, Compendium pro Compendiolo. Ad hunc igitur me conuerto in exitu praefationis, eumque sic Virgiliana voce alloquor:

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,
Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto,

Verum poëtice hoc dictum sit ac praefiscini. Valete, LECTORES, et, quem toties ab amicis ac patronis rogatus, sisto mearum lucubrationum catalogum, aeque beneuole accipite, ac Celeb. *Langii* catalogum librorum suorum excepistis, ipsius *Institutionibus Theologiae literariis* praefixum, et *Labbei* similem suorum librorum indicem, subiectum eius *Bibliothecae Bibliothecarum*. Ante tamen, quam vestrum do in conspectum scriptiunculas meas, duo mihi praefanda videntur. Primo scilicet ea tantummodo scripta profero, in quibus vtile aliquod argumentum elaboratum est ad fines fundi literarii longius promouendos ac latius. Vnde non solum carmina mea omisi siue Latina siue Germanica, inscriptiones item

et

et epistolas, honori patronorum amicorumue dicatas ac separatim emissas; verum etiam programmata illa, quae duntaxat honori demortui cuiuspiam vel alii subitae occasioni dicata, ea continent, quae si extra muros Iliacos proferantur, facile reiici possint addito hoc epiphonemate? Quid hoc ad nos? Quid hoc ad orbem literatum? Deinde sciatis velim, iteratas libellorum meorum editiones plerasque omnes auctas esse curis posterioribus. Vti enim me haudquaquam pudet, quotidie in literis proficere, sic nec libellos pudet meos prodire meliores et cultiores, et, vt ita dicam, viriliores. Iterum valete, LECTORES, et, quae compolui inde ab anno aetatis meae vigesimo primo vsque ad hunc quadragesimum quintum, haec esse, si vultis, scitote:

I. DISPVTATIONES.

1 *De duellis Principum.* Ienae 1702.
2 *De vita et Philosophia Epicteti.* Ienae 1703.
3 *De* αὐτοχειρίᾳ *Philosophorum.* Ibid. 1703.
Eodem anno ibidem recusa in 8.
4 *De fato vxoris Loti.* Ienae 1706.
Recusa auctior ibid. 1708. ac rursus auctior recusa in *Poeciles* T. II. lib. II.
5 *De miraculis Imp. Vespasiani.* Ienae. 1707.
Recusa in *Poeciles* T. II. lib. III.
6 *De Chresto Suetonii.* Ienae 1709.
Recusa in *Sylloges* meae Tomo I. p. 536.

7 *De origine dominii.* Ienae 1709.
Recusa in *Poeciles* T. I. lib. I.

8 Ad *1 Corinth. XI. 10. de angelis.* Isenaci 1709.
Recusa in *Poeciles* T. III lib. I.

9 *Disp. exhibens analysin exegeticam et paraphrasin Capitis noni Epistolae Pauli ad Romanos datae.* Isenaci 1709.
Recusa in *Poeciles* T. I. lib. III.

10 *De Friderico Barbarossa a Papa non calcato.* Isenaci 1710.
Recusa in *Poeciles* T. III. lib. I.

11 *De baptizatis super mortuos 1 Corinth. XV.* 29. Isenaci 1710.
Recusa in *Poeciles* T. III. lib. I. itemque Ien. 1740.

12 *De vera Deitate Christi ex 1 Ioan. V. 20.* Isen. 1711.
Recusa est emendatior, et *Parergis criticis* annexa.

13 *De externis candidati sacri ad 1 Tim. III. et Tit. I.* Isenaci 1712.
Recusa in *Poeciles* T. I. lib. II.

14 *Hebdomas Salomonaea, sive Explicatio septem locorum in gnomis Salomonaeis.* Isenaci 1714.
Recusa in *Biblioth. Brem.* T. IV. p. 108. sqq.

15 *Parabularum ex Historia ecclesiastica exterminatum (1) de Ioanne Apostolo in feruens oleum coniecto, (2) de columba e Polycarpi rogo euolanti.* Isen. 1715.
Vtraque Dissertatio recusa est in *Biblioth. Brem.* T. III. p. 316. sqq. et p. 429. sqq.

16 *Hebdomas Paulina, hoc est, Explicatio septem locorum Epistolae ad Romanos.* Isenaci 1716.
Recusa in *Bibl. Brem.* T. IV. p. 281. sqq. et in Noua Sylloge P. 2. p. 89.

17 *Theses anno Iubilaeo secundo Ecclesiae Lutheranae publicae disputationi subiectae.* Gottingae 1717.

18 *Disp. aretologica prima de natura virtutis.* Gott. 1718.

19 *De summo bono.* ibid. 1719.
Recusa in *Poeciles* T. III. lib. IV.

20 *Disp. aretologica secunda de humilitate* ibid. 1719.

21 *Disp. aretologica tertia de fortitudine.* 1720.
Recusa

Recusa in Nouae Sylloges P. 2. p. 271.

22 *De docta ignorantia.* 1721.
Recusa in *Biblioth. Brem.* T. V. p. 187. sqq.

23 *Disp. aretologica quarta de mansuetudine.* 1721.

24 *Disp. aretologica quinta de beneficentia.* 1722.

25 *Prolegomena historica*, siue *Introductio in studium historicum.* 1723.
Recusa in *Poeciles* T. III. lib. III.

26 *Disp. aretologica sexta de simplicitate.* 1723.
Recusa in Sylloges meae T. I. p. 776. sqq.

27 *Disp. prima ad Grotium de veritate religionis Christianae.* 1724.

28 *Disp. aretologica septima de gratitudine.* 1724.

29 *Disp. secunda ad Grotium de veritate religionis Christianae.* 1725.
Haec recusa est 1739. inter Dissertationes ad *Grotium de ver. relig. Christ.* illustrandum editas a. D. Koechero p. 263 sqq.

30 Vorschlag zu einem gütlichen Vergleich zwischen dem Herrn Verfasser der Neuen Bibliothec zu Halle (*Gundlingio*) und dem Insp. Heumannen. Worbey zugleich das *Nil admirari* Horatianum ausführlich erkläret wird. Eisenach 1712. in 8.

31 Versio Germanica *Disputationis Sam. Werenfelsii polemicae aduersus securitatem.* Allendorfii 1724.
Recusa Gottingae 1736.

II. PROGRAMMATA.

1 *De temperamento in disputando.* Ienae 1708.

2 Von der Theologischen *Seminariorum* Nutzbarkeit und Nothwendigkeit. Eisenach 1717. Caetera quattuor Programmata, Isenaci a. 1713. 1714. 1715. 1716. edita, recusa sunt in *Luthero Apocalyptico.*

3 *De Bohuslao Hassensteinio.* Gottingae 1717.

4 *De beneficiis Principum aeternis.* 1717.

5 *De ecstasi Hieronymi anti-Ciceroniana.* 1717.
Haec superiora tria Programmata recusa fuerunt cum Oratione mea inaugurali Gottingensi, Halae 1717.

Bibliopolae libuit praefigere faciem meam, vel potius non meam. Nam et pictor et fictor errauerat. Caeterum Programma *de Hieronymi ecstasi* auctius recusum est in *Sylloges* meae Tomo I. p. 655.

6 Jubel-Fest-Programma von den guten Werken Lutheri. 1717.

7 *De Abrahami visione Christi, Ioan. VIII. 56.* 1718.
Recusum est hoc Programma in *Bibl. Brem.* T. I. p. 47.

8 *Supplementum primum ad Boecleri Historiam literariam saeculi XVI.* 1718.
Recusum in *Halensi Biblioth. Acad.* A. 1718. p. 339.

9 Erörterung der Frage: Was einen König zum grossen Könige mache? 1718.

10 *De ciuitate Latina Vtopica.* 1718.
Recusum in *Poeciles* T. I. lib. I.

11 *De vaticiniis casu veris.* 1718.
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 750.

12 *De metamorphosi Filii DEI, Phil. II. 6. 7.* 1719.
Recusum in *Bibl. Brem.* T. II. p. 580.

13 *De Germanis literarum secreta ignorantibus, ad Taciti Germ. cap. 3.* 1719.
Recusum in *Poeciles* T. I. lib. IV.

14 *Supplementum secundum ad Boeclerum.* 1719.

15 *De somnio poëtico, non prophetico, Petri Lotichii.* 1719.
Recusum in *Poeciles* T. II. lib. III.

16 *De bibliotheca selecta primum.* 1720. Hoc vna cum secutis duobus recusum est in *Poeciles* T. III. lib. IV.

17 *De optima secta philosophorum.* 1720.
Recusum in *Poeciles* T. I. lib. I.

18 *De caecis videntibus.* 1720.
Recusum in *Poeciles* T. I. lib. I.

19 *Supplementum tertium ad Boeclerum.* 1720.

20 *De Theophilo, cui Lucas historiam suam sacram inscripsit.* 1720.
Recusum in *Bibl. Brem.* T. IV. p. 483. sqq.

21 *De pansophia Christiana ad 1. Ioan. II. 20.* 1721.
Recusum in *Bibl. Brem.* T. IV. p. 991. sqq.

22 *Supplementum quartum ad Boeclerum.* 1721.

23 De

23 *De titulo Patris patriae.* 1721.
Recusum in *Poeciles* T. I. lib. I.
24 *De fulminibus politicis* 1721.
Recusum in *Poeciles* T. I. lib. IV.
25 Von dem alten Weyhnacht-Liede: In dulci iubilo. 1721.
26 *Supplementum quintum ad Boeclerum.* 1722.
27 *De sanctitate Regum.* 1722.
Recusum in *Poeciles* T. II. lib. I.
28 *De Paulo Apostolo insaniae reo, Actor. XXVI. v. 24.* 1722.
Recusum in *Poeciles* T. I. lib. IV.
29 *De Christo, sapiente perfecto, siue demonstratio diuinitatis religionis Christianae.* 1722.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib IV. et in editis a *Koechero* Notis variorum ad *Grotium de ver. relig. Christ.* p. 275. sqq.
30 *De bibliotheca selecta secundum.* 1723.
31 *Supplementum sextum ad Boeclerum.* 1723.
32 *De macromicris, siue magnis non magnis.* 1723.
Recusum in *Poeciles* T. II lib. IV.
33 *De stella Magis praelucenti. Matth. II.* 1723.
Recusum in *Poeciles* T. II. lib. I.
34 *De vita et scriptis Henr. Petrei primum.* 1724.
35 *De Dea Fortuna Reduce.* 1724.
36 *De Paulo Atheniensium religiositatem Actor. XVII. 22. quodammodo laudanti.* 1724.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib. IV.
37 *De sectis siue haeresibus Grammaticorum.* 1724.
Recusum in *Poeciles* T. II. lib. IV.
38 *De nomine Christophori.* 1724.
Recusum in *Poeciles* T. II. lib. II.
39 *De vita et scriptis Henr. Petrei secundum.* 1725.
40 *De angelo Spirensi.* 1725.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib. III.
41 *De Christo in scholis formando, Galat. IV. 19.* 1725.
Addatur 42 *Acclamatio ad D. Gudenium, nouum Sup. Gener. Gottingensem.* 1712.
Recusa in *Poeciles* T. I. lib. II.

III. DISSERTATIVNCVLAE.

Actis eruditorum inſertae, aliisque Ephemeridibus literariis.

1 *Emendatio critica aliquot locorum Auguſtini.* In *Actis erud.* a. 1709 p. 539. ſqq.

2 *Coniectura Critica* de Philoſophumenis, *quae ſub Origenis nomine a Gronouio edita ſunt.* Ibidem a. 1710. p. 165 ſqq.

3 *Diſſ. de diſtinctione Iuris naturalis in abſolutum et hypotheticum, item de diſcrimine* Iuſti, Honeſti, Aequi et Decori. ibid. Supplem. T. IV. p 410. ſqq. Recuſa in Nouae Sylloges P. II. p. 184. ſqq.

4. 5. *De Commentario MS. in Iobum, quem Hieronymo tribuit Meibomius: adiectis ex eo excerptis, horumque emendationibus criticis.* Ibidem a. 1711 p. 269. ſqq. et p. 513. ſqq.

6 Ἐπίκρισις *in Specimen Commentarii MS. in Iobum, Hieronymo tributi.* Ibid. a. 1712. p. 21. ſqq.

7. 8 *Ad Matth. XXIV. 51.* de voce διχοτομεῖν. Ibidem a. 1712. p. 26. ſqq. et Suppl. T. V. p. 202. ſqq.

9 *Fabula de Hippocrate, Democriti inſaniae medicinam adhibere iuſſo, ex hiſtoria veterum philoſophorum eliminata.* Ibid. a. 1713. p. 458 ſqq. Recuſa auctior in *Actis Philoſ.* T. I. p. 670. ſqq.

10 *Notae criticae ad Pſalterium Salomonis, et ad Petri Cluniacenſis carmen de Miſſa.* Ibid. a. 1713. p. 539. ſq.

11 *Meditatio de modo, quo viſuri ſumus DEVM in vita aeterna.* Ibidem a. 1714. p 108. ſqq. Recuſa in *Sylloges* T. I. p. 224.

12 *Meditatio orthographica ad diſſertationem Fabricianam.* Ibid. a. 1715. p. 16. ſqq.

13. 14 *Emendatio libri Tertulliani* de praeſcript. aduerſus haereticos. Ibid. a. 1715. p. 299. ſqq. et Suppl. T. VI. p. 196. ſqq.

15 *Retractatio et correctio duarum emendationum minus feliciter ſuſceptarum in Epiſtolis Ouidianis.* Ibid. a. 1716. p. 456. ſqq.

16 *Emen-*

16 *Emendationes Ouidianae.* Ibidem Supplem. T. VI. p. 77. sqq.

17 *Diss. de titulo* Theologi, *Ioanni prophetae in titulo Apocalypseos tributo.* Ibid. Suppl. T. VI. p. 170. sqq.

18 *Emendationes ad Senecae* ἀποκολοκύντωσιν. Ibidem Suppl. T. VI. p. 296. sqq.

19 *Epistola critica ad Celeb. I. G. Walchium, in qua aliquot loca Lactantii emendantur.* Im neuen Bücher Saale. P. XLV. p. 670. sqq.

20 Gedanken von etlicher Teutschen Wörter und Sprüch-Wörter Lateinischem Ursprunge. In der Neuen Bibliothek. P. XLI. p. 72 sqq.

21 *Idea Commentarii mei in Epistolam Pauli ad Romanos.* Ibidem p. 69. sqq.

22 Beantwortung der Frage, zu welcher Zeit und warum man die Universitäten *Academien* tituliret habe. Ibidem P. XLV p. 363 sqq.

23 *De Societate fabulosa Abbreuiatorum.* In *Miscell. Lipsi.* T. III. p. 1. sqq.

24 *Quatuor emendationes Horatii.* Ibidem T. IV. p. 137 sqq.

25 Von dem Namen der Welt-Weisheit. In der neuen Bibliothek P. XXVII. p. 598. sqq.

26 *Emendatio aliquot locorum Phaedri, adiecta dissertatione de Philosophia Aesopi.* Ibidem p. 603. sqq.

27 Antwort auf Plinii sieben und zwanzigste Epistel in dem siebenten Buche. Ibidem P. XXXIV. p. 276. sqq.

28 *Diss. de particula* nequicquam. In *Miscellaneis Lipsi.* T. V. p. 161. sqq.

29 *Emendatio singularium locorum Martiani Capellae et Ciceronis.* Ibidem T. VIII. p. 82. sq.

30 *Notae ad tria Cantica sacra Germanica.* Ibidem p. 89. sqq.

31 *Resolutio aenigmatis Apocalyptici Cap. XIII. 18.* In *Bibl. Brem.* T. I. p. 864. sqq.

32 *Specimen artis criticae, nouae editioni Q. Curtii praemissum.* In *Actis Erud.* Suppl. T. VII. p. 54. sqq.

33 *Relatio de codice MS. operis Poggiani nondum editi*

de varietate fortunae. In *Nouis literariis* Lipsiensibus Latinis a. 1720. p. 84. sqq. Hac relatione me effeciſſe, vt deſideratiſſimum illud opus *Poggii* e tenebris ſuis extraheretur in lucem publicam, relatum leges in *Actis erud.* 1730. p. 548.

35 *Explicatio Sympoſiaci aenigmatis.* Ibid. p. 114. sqq.

35 *Diſſ. de Eurydice Plutarchi.* In *Miſcell. Lipſ.* T. IX. p. 157. sqq.

36 *Notae ad Muſaei et Ouidii carmina de Hero et Leandro.* In *Muſaei* editione *Kromayeriana* a. 1721.

37 *Relatio de Colloquio Goslarienſi cum Oſtorodo, Sociniano.* In *Bibl. Brem.* T. V. p. 948. sqq.

38 *Interpretatio loci Iacobi IV. 5. et 6.* In *Miſcell. Lipſ.* T. XII. p. 172. sqq.

39 *Emendatio carminis Seueri Sancti* de mortibus boum. In *Actis Erud.* Suppl. T. VIII. p. 218.

40 *Emendationes libri primi Poggii* de varietate fortunae. Ibid. a. 1725. p. 223. sqq.

41 *Diſſ. de Nicolaitis e catalogo haereticorum expungendis.* Ibid. a. 1712. p. 179. sqq.

42 *Diſſ. de Simone Mago ex haereticorum catalogo exterminando.* Ibid p. 181. sqq.

43 *Diſſ. de auctore Epiſtolarum Ignatii.* Ibidem a. 1710. p. 197.

44 *Emendationes et illuſtrationes Ouidianarum Epiſtolarum Heroidum.* Ibid. a. 1716. p. 452. sqq.

45 *Notae ad Gennadium de ſcript. eccl.* Ibid. Supplem. T. VI. p. 295. sqq.

46 *Diſſ. de monumento Bononienſi:* Aelia, Laelia, Criſpis, Ibid. a. 1720. p. 7. sq.

47 Ἐπικρισις *de Celeb. Weismanni Hiſt. eccl. N. T.* Ibid. p. 413. 199.

48 *Emendationes Vellei Paterculi.* Ibid. a. 1721. p. 116. sq.

49 *Diſſ. de ceto Ionam in ore tenenti.* In *Nouis literariis* Lipſ. Latinis a. 1720. p. 116. sq. in *Actis Erud.* an. 1723. p. 269. sq.

30 *Epiſtola de circulatoria literatorum vanitate,* ſubiecta Celeb. *Menckenii* Orationibus *de Charlatanería*

ria eruditorum. edit. Amstel. 1716. et 1727. Eodem anno 1716. prodiit Germanica eius versio in 8. in qua quidem haec verba: *scriptis suis praefigunt compendia scribendi Rabbinica*, non debebant ita reddi: und daher ihren Büchern kurze Anleitungen, Rabbinisch zu schreiben, beyfügen, sed hoc modo: Und daher ihren Schriften Rabbinische Abbreviaturen fürsetzen.

51 *Excerpta ex Epistolis Boineburgii et Prueschenckii*. In *Struuii Actis literariis* T. I. fasc. VIII. p. 29. sqq. et p. 67. sqq.

IV. LIBRI.

1 *De Anonymis et Pseudonymis libri duo*. Ienae 1711. 8.

2 *Parerga critica*. Iena 1712. 8.

Excerptas hinc notas meas ad *Curtium* nouae eius editioni inseruit a. 1724. *Snakeburgius*.

Praemissa *Commentatio de arte Critica* Noribergae recusa est 1747. cum Praef. Prof. Altorf. *Schwarzii*, qui eo ipso anno lectiones Academicas in eam habuit.

3 *Vita Ernesti Stockmanni, Superint. Alstad*. Isenac. 1712. fol.

4 Der Politische Philosophus. Frankfurth und Leipzig, 1714. Auctior editio 1724.

5 *Acta Philosophorum*. Tom. I. Erstes Stück. Halle. 1715. 8vo.
Zweytes Stück. 1715.
Drittes Stück. 1715.
Viertes Stück. 1715.
Fünftes Stück. 1716.
Sechstes Stück. 1716.

6 *Acta Philosophorum*. Tomus II. Siebentes Stück. 1716.
Achtes Stück. 1717.
Neuntes Stück. 1718.
Zehntes Stück. 1719.
Eilftes Stück. 1720.
Zwölftes Stück cum Indice 1721.

7 *Acta Philosophorum*. Tomus III. Dreyzehentes Stück. 1723.

Vierzehntes Stück. 1723.
Funfzehntes Stück. 1724.
Sechzehntes Stück. 1725.

8 *Sapientia scenae Romanae.* Ienaci 1716. 12.

9 *Lutheras Apocalypticus. Adiectae sunt quinque aliae dissertationes, historiam Reformationis Lutheri illustrantes.* Hanouerae 1717.

10 *Conspectus reip. literariae, siue Via ad historiam literariam.* Hanouerae 1719.
Editio secunda locupletior. 1726.

11 *Quintiliani Dialogus de causis corruptae eloquentiae, recognitus, emendatus, et illustratus. Adiecta est Epistola critica de iure Latinam linguam augendi nouis vocabulis.* Gottingae 1719. 8.

12 *Anthologia Latina, hoc est, Epigrammata selecta, cum Praef. de natura et virtutibus epigrammatis.* Hanouerae 1721. 8.

13 *Lactantii Symposium cum notis variorum. Adiecta est Diss. contra Nurrium, librum* de mortibus persecutorum *Lactantio abiudicantem, idemque Symbola critica ad Lactantium.* Hanou. 1721. 8.

14 *Scaeuolae Sammarthani Elogia Gallorum saeculo XVI. doctrina illustrium, cum notis. Accedit Wilh. Wottoni Elogium Thomae Stanleii.* Isen. 1722. 8.

15 *Poeciles* Tomi secundi liber primus. Halae 1722. 8.
Liber secundus. 1723.
Liber tertius 1724.
Liber quartus. 1725.

16 *Poeciles* Tomi secundi liber primus. Halae 1725. 8.

V. ORATIONES.

1 *Oratio panegyrica in excessum Christoph. Henr. Loeberi, Superint. Ortam. qua theologi comparantur cum medicis.* Ienae 1705. 4.

2 *Oratio de tribus Scholae finibus. Adiecta sunt tria Programmata Gottingensia.* Frf. et Lipf. 1717. 8.

3 *Pa-*

3 *Parentatio Germanica in exequiis I. D. Butemeisteri, Gen. Superint. Gottingensis.* Gotting. 1722. 4.

VI. PRAEFATIONES.

aliorum libris praemissae.

1 *Georgii Dieterici Bohmii Commentario de particulis Latinae linguae,* Francof. 1718. 8.

2 *Christoph. Cellarii Latinitatis libro memoriali,* quem contractiorem edidi Gottingae 1718. 8.

3 *Adami Tribbechouii libro de doctoribus Scholasticis.* Ienae 1719. 8.

4 *Io. Lud. Iunckeri* Historischer Erzehlung von dem *Anno 1717.* zu Eisenach gehaltenen Lutherischen *Iubilaeo.* Eisenach 1722. 8.

5 *Phrasibus Latinis* in vsum scholae Gottingensis editis. 1729.

Hic est librorum ac libellorum meorum catalogus, quem hocce concludo carmine:

Te, VERVM, in magnis rebus pariterque minutis
Nocte dieque mihi quaerere dulce fuit.
Inuentum non dedecuit mandare libellis,
Qui cito, quo domino non licet ire, volant.
Displicui, placui. Facile sed mens mea veri
Conscia dissensus et maledicta tulit.
Tandem tu, VERVM, vinces, tenebrisque fugatis
Aetas te certe postera rite colet.
Queis placui, non his alia volo lege placere,
Quam si, quod verum, dixero, quodque bonum.
Quod si mundicolis fuero per plura superstes
Tempora, sique licet scribere plura mihi,
Tu, veri fons atque boni, DEVS alme PATERque
Fac, verum nunquam non sequar atque bonum!

PRAE-

PRAEFATIO
TERTIAE EDITIONIS,
SCRIPTA A. CIↃIↃCCXXXII.
M. FEBRVAR.

Bona tua venia, LECTOR, edi a me ſpero tertiam huius libri formam. Nolim enim, te vnum eſſe de iis, qui indignantur, quoties nouam vident, eandemque meliorem libri cuiuspiam editionem. Imo vero facile agnoſces, non turpe ſolum, ſed prorſus inhumanum eſſe, aliis inuidere ſiue tempora iis, quibus vſus ipſe ſis, meliora, ſiue libros iis, quibus tibi licuit vti, meliores ornatioresque. Augendi vero huius libelli neceſſitatem mihi impoſuit partim aliorum laudabilis induſtria, partim mea ipſius negligentia. Ad me quod attinet, quaedam expoſueram breuius, quae vberius tractari oportebat; alia plane omiſeram, quae iure in hoc libro quaeri poterant. Deinde et illarum nunc rerum facere debui mentionem, quae ex eo tempore, quo priorem a me accepiſti editionem, geſtae ſunt in orbe literario, eorumque librorum, in quibus ex illo tempore illuſtrata fuit literaria haec hiſto-

historia. Vtrumque igitur quod feci, non sum laude dignus: sed, si non feciſſem, iustam incurriſſem bonorum reprehenſionem. Gratum proinde hac editione feciſſe mihi videor iis, qui siue diſcenda siue docenda historia literaria temporis nonnihil conſumere voluerint. Hi vero praeterea rogandi mihi sunt, vt exſpectare a me deſinant perfectius et inſtructius illud *Compendium Hiſtoriae literariae*, quod in ſecundae editionis praefatione promiſi. Scilicet conſiderata ſpatii illius, quod ad viuendum mihi reſtat, anguſtia, conſtitui finem huic labori imponere, et reliquum vitae tempus relictumque a publico munere otium dicare aliis argumentis, ac praecipue ſacro Codici, cuius et verbis et hiſtoriae rectius percipiendae non irritam me tam diu dediſſe operam confido. Ac sum iam in eo, vt *Hiſtoriam Apoſtolicam* a *Luca* deſcriptam, quam percurſam verius fuiſſe a commentatoribus deprehendi, quam pertractatam, debitis proſequar commentationibus, ac tibi, LECTOR, lucidiorem (adſis, quaeſo, mihi, lux illa coeleſtis!) exhibeam. Ad vltimum precor, vt bene tibi eueniat prima haec hiſtoriae literariae concoctio vtque vere dicere poſſis, non ineptum tibi me ducem fuiſſe viae ad hiſtoriam literarum literatorumque ferentis. Illud tamen adiicio, me poſthac emiſſurum exiguis voluminibus comprehenſa *Fragmenta hiſtoriae literariae*, hoc eſt, diſſertatiunculas, aliquam eius hiſtoriae partem illuſtran-

ſtrantes: quarum alias iam edidi, ſed paucis viſas ob exemplarium paucitatem; ad alias fabricandas materiam in ſcriniis habeo; alias denique a viris eruditis ad me miſſas libenter interſeram. Si quis igitur quicquam huius generis elaborauerit, quod interitu videatur indignum, niſi alia ſuppetit id euulgandi via, ad me deleget, velim.

Poſtremo cum ſuperiori in Praefatione exhibuerim titulos lucubrationum mearum ad illud vsque tempus editarum, nunc, quae ex illo tempore typographis deſcribenda dederim haud illibenter, credo, cognoſces. Non enim id a me fit eo conſilio, vt digito monſtrer inter polygraphos, (multa enim illa, quae ſcripſi, ſunt perpauca, ſi numerum paginarum ineas,) ſed vt appareat, me haud ſegniter laboraſſe in vinea mihi diuinitus demandata, vtque, quae ad amplificandam cum ſacram, tum caeteram ſcientiam protuli, examini ſubiiciantur, eaque, quae ſatis luculenter demonſtraui, priſtinorum errorum in locum beneuole recipiantur. Vale, LECTOR, et mecum precare a Deo, Patre optimo maximo, vt futuri temporis hiſtoriae literariae ſuppeditet materiam ex omni parte laetiſſimam. En, quem modo dixi, indicem!

I. LIBRI.

1 *Acta Philoſophorum.* Tomi III. Siebenzehentes Stück. 1726. Achtzehentes Stück. 1727.

2 *Poeciles* Tomi ſecundi liber ſecundus. 1726.
Liber tertius. 1727.
Liber quartus. 1727.

3 *Poeci-*

3 *Poeciles* Tomi tertii liber primus. 1729.
Liber secundus. 1729.
Liber tertius. 1730.
Liber quartus. 1731.

4 *Augusta Concilii Nicaeni II. censura, hoc est, CAROLI M. de impio imaginum cultu libri IV. cum praefatione et notis C. A. H.* Hanouerae 1731.

II. DISPVTATIONES.

1 *Disp. tertia ad Grotium de veritate religionis Christianae.* 1726.

2 *De superstitione verae fidei innocue admixta.* 1728.
Recusa in *Sylloges* T. I. p. 255.

3 *De peccatis clamantibus.* 1729.
Recusa ibidem. p. 509.

4 *De paupertate.* 1730.
Recusa ibidem. p. 284.

5 *De lenitate Confessionis Augustanae. Accedunt Epistolae* Lutheri *et* Melanchthonis, *Gottingam missae.* 1730
Recusa ibidem. p. 1. sqq.

6 *De Pilatismo literario.* 1730.
Recusa nonnihil auctior. 1731. et in *Sylloges.* T. I. 466.

7 *De persecutione Christianorum Pliniana,* 1731.
Recusa in *Sylloges* T. I. p. 119.

III. PROGRAMMATA.

1 *De Minerua Musica,* siue de eruditis *Cantoribus* 1726.
Pars eius recusa est in *Poeciles* T. II. lib. 2. p. 289. sq.
Totum vero *Academicis* suis *opusculis* inserere dignatus est vir doctissimus, *Henr. Iac. Siuersius.*

2 *De orationis Latinae idiotismis, siue de Latinitate plebeia aeui Ciceroniani.* 1726.
Recusum in *Poeciles* T. III, lib. 2

3 *De vita et scriptis Henr. Petrei tertium.* 1726.

4 *De titulo SERENISSIMI.* 1726.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib. 3.

5 *De Cyria, S. Ioannis amica.* 1726.
Recusum in *Poeciles* T. II. lib. 3.

6 *De bibliotheca selecta tertium.* 1726.

7 *De*

7 *De Christologia Paulina 1 Timoth. III. 16.* 1726.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib. 3.
8 *De vita et scriptis Ge. Andr. Fabrici primum.* 1727.
9 *De horis ascetics* 1727.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib. 1.
10 *De titulo DEFENSORIS FIDEI.* 1727.
Recusum in *Poeciles.* T. III. lib. 2.
11 *In mortem Regis GEORGII I.* 1727.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib. II.
12 *De differentia consolationis Ciceronianae a Christiana.* 1727.
13 *In coronationem Regis GEORGII II.* 1737.
14 *De titulo DEI GRATIA.* 1727
Recusum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 446.
15 *De Virgilio iniuste laudato inter praecones aduentus Christi in orbem.* 1728.
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 306.
16 *De secta Paulinorum.* 1728.
17 *De vita et scriptis G. A. Fabricii secundum.* 1728.
18 *De puluere scholastico.* 1728.
19 *De aurora Musis amica, Constantinopoli nuper orta.* 1728. Recusum in *Poeciles* T. III. lib. 2.
20 *De titulo PACIFICI.* 1728.
Recusum in Nouae *Sylloges* T. 2. p. 457.
21 *De Sela,* Hebraeorum interiectione Musica. 1728.
Recusum in *Poeciles* T. III. lib. 3.
22 *De vita et scriptis G. A. Fabricii tertium.* 1729.
23 *De Musa pietaticultrice.* 1729.
24 *De amicitia literata.* 1729.
25 Etliche Fabeln Phaedri in Deutsche Verse gebracht. 1729.
26 *De aduentu Regis GEORGII II. in vrbem Gottingam.* 1729.
Recusum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 261.
27 *De CHRISTI humilitate, eamque secuto regno eius amplissimo, ad Ezech. XVII. 22. 23. 24.* 1730.
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 423.
28 *De paschatis Christiani celebratione vera et falsa.* 1730
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 743.
29 *De vita et scriptis Hippolyti Hubmeieri.* 1730.

30 Warum

30 Warum die Lehre der Augspurgischen Confeßion in Spanien nicht Wurtzel gefasset. 1730.

31 *De prouidentia CHRISTI, Regis Ecclesiae, Electoratum Germanicum coniungentis cum regno Britanniae.* 1730.
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 73.

32 *De pia impii Herodis praeceptione de officiis erga manifestatum CHRISTVM Matth. II 8.* 1731.

33 Von der rechten Gesellschaft des Heiligen Geistes. 1731.

34 *De S. Vitale.* 1731.

35 *De eloquentia Medici.* 1731.
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 241.

36 *De Theocratia mundi perpetua.* 1731.
Recusum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 391.

37 *De censu antequiriniano Lucae II. 2* 1732.
Recusum in *Sylloges* meae T. I. p. 763.

IV. EPISTOLAE.

1 *Epistola ad S. R. BOEHMERVM de florenti fructiferoque scipione Aaronis.* 1726.
Recusa est in *Poeciles* T. III. lib. 2.

2. 3 *Duae epistolae ad THOMASIVM*, in quibus aliquot loca *Ciceronis* illustrantur. 1723. 1724. Insertae sunt eius Appendici der gemischten Händel, p. 26. sqq. et p. 48. sqq.

4 *Epistola ad M. R. COLERVM de Iubilaeis, ab Euangelica Ecclesia quinquagesimo quoque anno iustius celebrandis.* 1730.
Recusa in *Sylloges* T. I. p. 67.

V. NOTAE.

1 Ad *Lipsii Orationes Ienenses* in editione *Kromayeriana* 1726.

2 Ad *Grotii de veritate religionis Christianae* libros in editione *Koecheriana.* 1727.

3 Ad *Eutropium* in editione *Hauercampiana.* 1729.

4 Aliae aliquot meae obseruationes subiunctae sunt editioni *Grunerianae* 1752.

PRAEFATIO

QVARTAE EDITIONIS

SCRIPTA A. CIↃ IↃ CC XXXV.

M. FEBR.

Venditis superioris editionis exemplaribus rogatum me voluit bibliopola, nouam vt adornarem, hoc est, vt superiori adiicerem nec pauca, nec proletaria. Ego vero publici mei promissi memor tam pauca inserui, (etsi quae insererentur, dignissima,) vt perparum haec editio differat a priori. Ac pergratum mihi fuit, cognoscere ex doctissimo editore Gundlingianorum sermonum in *Conspectum* meum habitorum, ipsum constituisse pertexere telam Historiae literariae, et, quae postea gesta sunt, gerenturque in orbe literato, publice describere. Agnosco enim viri industriam et peritiam, quippe cuius ad *Gundlingii* sermones accessiones prolixae studiosis huius historiae non solum vtiles sunt, sed etiam necessariae. Quod enim solet fieri in scholis Academicis, neque copiose satis, neque

neque satis praemeditatus haec edisserebat *Gundlingius*, cogitans, sufficere ea tironibus, nec se edere legenda doctissimo cuique. Satis quoque scio, nunquam, vt haec a typographo describerentur, passurum fuisse *Gundlingium*, verae laudis studiosissimum. Excusandus tamen est editor, quod admiratoribus Gundlingiani nominis hoc dedit, vt extemporales has partim narrationes, partim meditationes euulgaret, suasque adiungeret merces, venaliores scilicet futuras sub hoc oculiserio. Adhortandus etiam is mihi videtur, vt reliqua Gundlingianorum sermonum, reliqua item sua supplementa ne grauetur emittere. Haec habui nunc, quae ad te praefarer, LECTOR, qui cum praeterea desiderare videaris indicem mearum lucubrationum, post superiorem huius libri editionem euulgatarum, non deesse tibi patior hoc officium. Editi igitur ex eo tempore a me sunt.

I. LIBRI.

1 *Ciceronis Oratio pro Milone, emendata et illustrata.* Accessit eius *interpretatio Germanica.* Hamburgi, 1733.

2 *Ciceronis Orationes* (nouem) *pro Archia, in Catilinam, post reditum, pro lege Manilia, pro Milone, emendatae et illustratae.* Isenaci. 1735.

3 Göttingische Schul-Historie. Göttingen. 1735.

II. PRAEFATIONES.

1 Ad *Iusti Christoph. Boehmeri* (Abbatis Loccumensis,) *Memorias Professorum eloquentiae Academiae Helmstadiensis.* Gottingae 1733.

2 Ad Kohliana, quae Hamburgi eduntur, *Noua literaria* (Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen,) anni 1735.

III. DISPVTATIONES.

1 *De praecipua causa, ob quam discipulis Christi tribus se conspiciendos praebuerunt et audiendos Moses et Elias.* 1732.
Recusa in *Sylloges* T. I. p. 86.

2 *De geographia Christum tentantis diaboli, Matth. IV. 8.* 1734.
Recusa in *Sylloges* T. I. p. 162.

3 *Disputatio prima Theologica Academiae Gottingensis, Commentatio de passione Christi maiestatica.* 1735.
Recusa in *Primitiis Acad.* p. 49.

IV. PROGRAMMATA.

1 *De reluctatione Dei aduersus Iacobum Genes. XXXII.* 24-29. 1732.
Recusum in Coleri *Biblioth. Theol. T. VI. p. 236. sqq.* et in *Sylloges* T. I. p. 147.

2 *De vita et scriptis D. Ioach. Meieri.* 1732.

3 *Programma* (Inscriptio Germanica) *in funere Subconrectoris, Car. Ge. Stillii.* 1732.

4 *De Paulo Orosio, cui nomen tertium,* Hormisdae *restituitur.* 1732.
Recusum in *Actis eruditorum, Suppl. T. X.* p. 263. sqq. et in Nouae *Sylloges* P. II. p. 484.

5 *De coniuge Paulino Phil. IV. 3.*
Recusum Ienae 1738.

6 Von

6 Von den Herzoglichen Braunschweig-Lüneburgischen Wapen-Rossen. 1732.

7 *De praeconio Angelico Lucae II. 14.* 1733.
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 195.

8 *De initio ac fine Lucae Historiae Apostolicae.* 1733.

9 Von dem Nutzen der Uebersetzungen in den Schulen der Beredtsamkeit. 1732.

10 *De Caianorum secta, Gottingae quoque nunc efflorescenti.* 1733.
Recusum in Coleri *Supplemento XVI. Bibliothecae Theologicae p. 321. sqq.*

11 *Ad Actor. XIII. 48.* 1733.
Recusum Ienae 1738. et in *Sylloges* T. I. p. 334.

12 *De Felicitate Regia* 1733.
Recusum in *Sylloges* T. I. p. 322.

13 *De primis Apostolis, iisdemque Euangelistis, pastoribus Bethlehemicis.* 1734.
Recusum Ienae 1738. et in *Sylloges* T. I. p. 206.

14 *Programma, quo Musis Gottingensibus exilium indicit, simulque splendidissimum reditum praedicit, adiecta inuitatione ad Gymnasii huius actum vltimum C. A. H.* 1734.
Recusum in *Primitiis Acad.* p. 271.

15 *Historia gladii Academici* 1734.
Recusum in *Primitiis Acad.* p. II. et Ienae 1740.

16 *Idea Theologi Iacobaea. ex Iac. III. 17.* 1734.
Recusum in *Primitiis Acad. p. 22.*

17 *De primo, eodemque vltimo CHRISTI nomine prophetico, ad Gen. XLIX. 10. et Mal. III. 1.* 1734.
Recusum ibidem p. 41.

V. EPISTOLAE.

1 *Ad M. Io. Georgium Raphelium, in qua Dionysius, Siciliae Rex, segregatur a numero magistrorum.* 1732

2 *Ad Io. Petrum Kohlium, in qua aliquot loca Horatii emendantur illustrantur que.* Inserta est eius *Nouis literariis* (Hamburgischen Berichten) *anni* 1733. p. 835. sq.

3 *Ad eundem, in qua aliquot loca* Artis poëticae *Horatianae emendantur.* Inserta est iisdem *Nouis literariis* anni 1734. p. 505. sqq.

4 *Ad D. Henr. Phil. Gudenium de fabuloso Pontificatu maximo Ioannis Apostoli.* 1734.
Recusa in *Primitiis Acad.* p. 4. sqq.

VI. ORATIO.

Oratio exauguralis in Gymnasio Gottingensi, maiori scholae cedere iusso, d. 20. April. 1734. habita. Praemissa est ad audiendam eam inuitatio. Gottingae 1735
Recusa in *Primitiis Acad.* p. 275.

VII. DISSERTATIVNCVLAE.

1 *Emendatio vnius loci* Taciti, *et duorum* Velleii Paterculi. Inserta est *Actis eruditorum*, a. 1733. p. 431.

2 Kurze Nachricht von denen durch das Göttingische Fürstenthum gekommenen Saltzburgischen Religions-Exulanten. Göttingen. 1732.
Non commemorassem hanc extemporalem scriptiunculam, nisi eam dignam iudicasset celeb. *Colerus*, cuius mentionem faceret in *Suppl. XV. Bibliothecae suae Theologicae p. 239.*

VIII. RECENSIONES NOVORVM LIBRORVM.

Harum magnus numerus exstat in *Actis eruditorum* inde ab anno 1710. vsque ad annum 1735.

IX. 1. Neue Uebersetzung des ersten Capitels der Apostel Geschichte. In den Hamburgischen Berichten von neuen gelehrten Sachen 1733. S. 799. u. f. und 849. u. f.

2. Neue Uebersetzung des zehenden Capitels Lucä.
Recusa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 66. sqq.

PRAE-

PRAEFATIO

QVINTAE EIVSDEMQVE VLTIMAE EDITIONIS

SCRIPTA A. CIↃ IↃ CCXLVI.
M. APR.

Nunc demum accipis, LECTOR, postremam meam editionem huius opusculi. Equidem, cum anno 1735. id edebam denuo recognitum adauctumque, tum ultimam manum ei me admouisse credebam. At cum longius, quam speraui optauique, produxerit vitam meam supremus ille vitae necisque arbiter, ac meus bibliopola paratus esset nouis supplementis instructam editionem hoc anno tibi exhibere, voluntati eius parere haud sum gravatus. Obseruaram enim interea temporis non pauca, quae ornatiorem reddere videantur huncce *Conspectum reipublicae literariae:* nonnulla etiam, quae proximo decennio gesta sunt in orbe literato, adiicere poteram. Haec dixisse satis est. Accipe vero et indicem lucubrationum mearum ei annectendum, quem quartae

editionis praefationi subiunxi a. 1735. Metuebam scilicet, ne moleste ferres, si, quam dedi superioribus huius libri editionibus appendicem, ea careat editio haec vltima. Quare alia, quae in promtu est, excusatione huius recensionis supersedeo. Vale.

1 Programma Paschale de testimonio militum de resurrectione Christi *Matth. XXVIII. 11-15.* 1735. Recusum in *Primitiis Gotting. p. 92. sqq.*

2 Sechs Reden Ciceronis verteutscht. Eisenach. 1735.

3 *Quarta editio* Conspectus reip. literariae. 1735.

4 Disp. de Christi erga homines amoris immensurabilitate, *Eph. III. 18. 19.* 1735. Recusa in *Primitiis Gotting. p. 108. sqq.*

5 Disp. de ortu nominis *Christianorum, Act. XI. 26.* 1736. Recusa ibidem p. 130.

6 Praefatio ad *Parerga Gottingensia.* 1736.

7 Dissertatio apologetica pro Davide, omnis turpitudinis notis insignito a *Baelio.* Inserta est *Parergis Gottingensibus lib. I. num 7.*

8 Diss. in qua numero Iureconsultorum eximitur *Minucius Felix.* Ibidem *num. 10.*

9 Diss. de excussione pulueris *Act. XIII. 51.* Ibidem *num. 11.*

10 Epistola de transitu per scholam in ecclesiam. 1736. *Recusa in Primitiis Gotting. p. 153. sqq.*

11 Programma Pentecostale de tribus mensuris effusionis spiritus S. in N. T. 1736. Recusum in *Primitiis Gotting. p. 159. sqq.* et in Nouae *Sylloges* P. 2. p. 403.

12 S. Bonifacii Epistola visionalis, emendata et atro carbone notata. Inserta est *Parergis Gotting. lib. II. n. 10.*

13 Interpretatio initii *canonis sexti Concilii Nicaeni.* Ibidem *n. 11.*

14 *La-*

14 *Lactantii* Opera cum notis criticis. Ienae 1736.

15 Disp. Bibliologica, in qua historiae sacrae de Esthera sua vindicatur auctoritas. 1736.
Recusa in *Primitiis Gotting. p. 19. sqq.*

16 Observatio critica, qua insigne mendum tollitur e *Diogene Laërtio.* Inserta est *Actis eruditorum* anni 1737. *p. 41. sqq.*

17 Tres veteres epistolae de *Ioanne Hiltenio*, nunc primum editae, cum notis meis. Insertae sunt *Parergis Gotting. lib. III num. 1.*

18 Noua illustratio historiae sacrae de *Melchisedeco.* Ibidem *num. 3.*

19 Variantes lectiones e *Lactantii* codice MS. Gothano, cum meis notis. Ibidem *num. 10.*

20 Dionysius, Rex Siciliae, a numero Magistrorum segregatus. Haec Dissertatio, primum a. 1732 edita, hic augetur responsione ad obiectionem Academici cuiusdam Halensis. Ibidem *num. 12.*

21 Programma Pentecostale de Spiritus S. diuinitate religionis nostrae testimonio interno. 1737.
Recusum in *Primitiis Gotting. p. 197. sqq.*

22 Disp. de Isidoro Pelusiota et eius Epistolis, 1737.
Recusa ibidem *p. 210. sqq.*

23 *Conringii* Antiquitates Academicae. Adiecta est mea Bibliotheca historica Academica. 1738.

24 Disp. in qua docetur, vbi et qualis episcopus fuerit S. Hippolytus. 1737.
Recusa in *Primitiis Gotting. p. 229. sqq.*

25 Diss. de subscriptione Melanchthonis ad *Articulos Smalcaldicos.* Inserta est dem Heßischen Heb: Opfer *T. II. p. 624. sqq.*

26 Diss. de bibliotheca Pauli 2 *Tim. IV. 12.* Inserta est *Parergis Gottingensibus lib. IV. p. 123. sqq.*

27 Crux Criticorum sacrorum *Ioan. VIII. 6. et 8.* iuste et commode refixa, hoc est, interpretatio γεναγραφίας Christi ab Ioanne commemoratae. 1738. Est Disputatio.

tatio. Recusa in Nouae meae Sylloges P. I. p. 173. sqq.

28 Primitiae Gottingenses Academicae. Hannouerae 17-8. Primum hic edita est *p. 281 sqq* Oratio me primo Academiae Gottingensis collegio Theologico praemissa, et *pag. 256. sqq.* Recensio doctorum saeculi quinti Gallorum: caetera sunt recusa.

29 Disp. exhibens Commentarium in *Psalmum XXIX.* 1738.
Recusa in Nouae meae Sylloges P. I. 214. sqq.

30 Programma de prudentia petendi honores Academicos salua humilitate Christiana. 17-8.
Recusum in meae *Sylloges* Tomo primo *p. 415 sq.*

31 Disp. de Iureconsultis Germanis saeculi XVI. disciplinae suae adiungentibus et Theologiae et pietatis studium 1738.

32 Disp. aliquot Historiae literariae fragmenta exhibens. 1738.

33 Disp. de vera origine traditionis falsae de *Ioanna Papissa.* 1739.
Recusa auctior in mea *Sylloge p. 352. sqq.*

34 Gedanken uber des Richters Jephta Gelübde und dessen Erfüllung. 1739. Inserta est haec dissertatio den Nützlichen Anmerkungen a celeb *Bartholomaeo* editis *T. I. p. 303 sqq.* Latine reddita exhibetur in Nouae Sylloges P. 2. p. 476.

35 Programma Pentecostale de quaestione, cur Spiritus sanctus hodie non patret in Ecclesia miracula. 1739.
Recusum in Nouae Sylloges P. II. p. 417.

36 Epistola de scribis *Epistolarum Pauli.* 1739.
Recusa est in modo memoratis Anmerkungen *T. I. p. 435. sqq.*

37 Diploma, quo Prorector creaui poëtriam Caesaream *Pfefferiam.* 1739.
Recusum in Nouae *Sylloges* P. 2. p. 175.

38 Diploma, quo *Loeberum* creaui poëtam Caesareum. 1739.
Recusum ibidem p. 179.

39 Di-

39 Diploma, quo creaui Notarium publicum. 1739.

40 Obseruationes criticae ad *Tertulliani Apologeticum.* 1739. Insertae sunt *Miscellaneis Groninganis T. II. p. 570. sqq.*

41 Vita *Georgii Melch. Ludolfi* ab ipso scripta cum Praefatione mea. 1740.

42 Disp. de edicto regis Gothorum Athalarici de eligendo Papa. 1740.
Recusa in mea *Sylloge T. I. p. 509. sqq.*

43 Gedanken bey dem Spruche des Heylandes: Geben ist seliger, den nehmen. Inserta est haec diss. dem Heßischen Heb-Opfer *T. III. p. 291. sqq.*

44 Vita *Henrici Christophori de Griesheim.* Inserui eam *Actis eruditorum* anni 1740 *p. 299. sqq.*

45 Diss. de Iuliani imp. *Vicisti, Galilaee:* in qua, falsam esse hanc narrationem, docetur. 1740.
Recusa in meae Sylloges T. I. p. 936. sqq.

46 Interpretatio loci perobscuri *Eccl. VII. 17. 18. 19.* Inserta est den Nützlichen Anmerkungen *T. I. p. 617. sqq*

47 Noua editio eaque auctior *Schediasmatis* mei *de Anonymis et Pseudonymis.* Praemissa est *Io. Christophori Mylii Bibliothecae Anonymorum et Pseudonymorum*, et in 8. editae Hamburgi 1740.

48 Programma de titulo *filii hominis.* 1740.
Recusum in Sylloges meae T. I. p. 848. sqq.

49 Antwort auf den wider meine Diss. de *Vicisti, Galilaee,* in dem Hamburgischen Correspondenten 1740. *n. 198* gemachten Einwurf. Sie stehet eben daselbst *num. 204.*

50 Antwort auf eine in den Hamburgischen Beyträgen zur gelehrten Historie 1740. n. 74. befindliche Wiederlegung meiner Disp. de fato vxoris Loti. Inserta est Kohlii Hamburgischen Berichten 1741. *p 60. sqq.*

51 Narratiuncula mea de ieiunio quodam quadragesimali ficti-

ficitio. Exhibetur in *Actis historico-ecclesiasticis T. IV. p. 1137. sqq.*

52 Explicatio testimonii Paulini *1 Cor. XV, 5. 6. 7.* de resurrectionis Christi testibus. Inserta est *Miscellaneis Groninganis T. III. p. 285. sqq.*

53 Anmerkung von der Benennung der Theologiae *positivae*. Inserta dem Heßischen Heb-Opfer *T. III. p. 495. sqq.*

54 Emendatio trium insignium *Plinii* locorum. Inserta est *Miscellaneis nouis Lipsiensibus T. I. p. 79. sqq.*

55 Critisch-Theologisches Bedenken über die zu Wittenberg 1529. herausgekommene lateinische Uebersetzung der Bibel. Exhibetur in *Actis hist. eccl. T. V. p. 517. sq.*

56 Dissert. de illuminatione Sauli caeca pietate ferventissimi, Act. IX. Ienae 1741. Recusa in Nouae Sylloges P. I. p. 80. sqq.

57 Antwort auf Herrn Gleichmanns Widerlegung meiner Disp. de Ioanna Papissa. Exstat in den Göttingischen Gelehrten Zeitungen 1741. *p. 410. sqq.*

58 Diss. de vero sensu nominis *Iscariotes*, cognominis Iudae proditoris. Inserta est *Miscellaneis Groninganis T. III. p. 589. sqq.*

59 Vita LVTHERI a Melanchthone scripta, cum Praef. et annotationibus meis. Gotting. 1741.

60 Andreae *Carolostadii* Hochzeit-Brief, cum annotatione mea. Exhibetur in den Nützlichen Anmerkungen a Bartholomaeo editis *T. I. p. 875. sqq.*

61 Reuelatio auctorum *Obseruationum selectarum Halensium*. Inserta *Miscellaneis nouis Lipsiensibus T. I. p. 292. sqq.* Adde *T. II. p. 736.*

62 Epicrisis de hodiernis Missionariis. Inserta modo memoratis Nützlichen Anmerkungen *T. I. p. 989. sq.* Ibidem inserui p. 1059. diploma, quo *Bartholdo Nihusio* facultas datur legendi libros prohibitos.

63 Diss. de verbo Paulino οἰκοδομᾶν. Exstat ibidem *T. II. p. 1. sqq.*
Recusa in Nouae *Poeciles* T. I. p. 342.

64 Glaub-

64 Glaubwürdigste Nachricht von D. Faust. Inserta D. Hauberi *Bibliothecae Magicae T. III. p. 184. sqq.*

65 Disp. de exegesi historica Scripturae sacrae, et speciatim historiae de delirio Dauidis. 1742.
Recusa in Nouae meae Sylloges P. I. p. 1. sqq.

66 Disp. de zelo. 1742.
Recusa in *Sylloge* mea *T. II. p. 624.*

67 Programma Paschale de Eliae adscensu in coelum. 1742.
Recusum est in *Miscellaneis Groninganis T. IV. p. 234. sqq.*

68 Disp. de votis. 1742.
Recusa in mea *Sylloge p. 437. sqq.*

69 Interpretatio obscuri cuiusdam epitaphii Bononiensis. Exstat in den Göttingischen Gelehrten Zeitungen 1742. *p. 356. sqq.*

70 Vergleichung und Vereinigung Matthäi und Lucä in der Erzehlung von dem Hauptmanne, dessen Knecht von Christo gesund gemachet worden. Exhibetur im Heßischen Heb-Opfer *T. IV. p. 55. sqq.*

71 Clauis *Vindiciarum Iuuauiensium.* Inserta den Göttingischen Gelehrten Zeitungen 1742. *p. 492. sqq.* Ibidem *p. 409.* ipsas illas *Vindicias* recensui.

72 Disp. de pari scandalorum exegeticorum, *Iudic. III. 31.* et *1 Sam. XVII. 55.* 1742. Recusa in Sylloges meae T. I. p. 798. sqq.

73 Disp. exhibens commentarium in *Ioannis apostoli epistolam tertiam.* 1742. Recusa in Nouae meae Sylloges P. I. p. 276. sqq.

74 Disp. inscripta Hebdomas Petrina, siue Explicatio septem locorum *Epistolarum Petri.* 1743.
Recusa in Nouae Sylloges P. II. p. 104.

75 Hebdomas Ioannea, siue Explicatio septem locorum *primae Epistolae Ioannis* 1743. Recusa ibid. p. 133.

76 Epistolae meae aliquot ad *Croxium* insertae sunt *Thesauro epistolico Lacroziano* a. 1742. edito. *T. I. p. 153 161.*

77 Auflösung eines der schwersten Knoten in der Leidens-Ge-

Geschicht unsers Herrn und Heylandes Lucä *XXII. 36.* Inserta der Hamburgischen Vermischten Bibliothek *T. I. p. 56. sqq.*

78 Coniectura de *canticis* המעלות. Inserta est *Miscellaneis Groninganis T. IV. p. 7. sqq.*

79 Antwort auf die Frage: Warum die erste Epistel Johannis keine Aufschrift habe. Exstat im Heßischen Heb-Opfer *T. IV. p. 120. sqq.*

80 Exercitium artis criticae in *Irenaeo:* cuius artis operis etiam hic eiicitur ex historia ecclesiastica haereticus *Colarbasius.* Exhibetur in der Hamburgischen Vermischten Bibliothek *T. I. p. 144. sqq.*

81 Iudicium meum de *D. G. Gnilii,* Theologi Argentoratensis, autochiria. Insertum est *Actis hist. eccl. T. VI. p. 1094. sqq.*

82 Diss. de aetate et auctore *psalmi nonagesimi.* Inserta der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. I. p. 533. sq.*

83 Sylloge Dissertationum mearum. Tomi I. Pars I. Gottingae. 1743.

84 Disp. de LXX. legatis Christi. 1743. Recusa in Nouae meae Sylloges P. I. p. 120. sqq.

85 Recensio *Epistolarum Ioannis Trithemii.* Exstat in *Miscellaneis nouis Lipsiensibus T. II. p. 109. sqq.*

86 Diss. de locis aliquot *Curtii, Ciceronis,* et *Minucii Felicis.* Inserta der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. I. p. 867. sqq.* Ibidem a me exhibentur duae epistolae *p. 864. sqq.*

87 Diss. de titulo Ioannis apostoli: Ὁ μαθητὴς ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησᾶς. Exstat in den Nützlichen Anmerkungen a Bartholomaeo editis *T. II. p. 265. sqq.* Recusa in Nouae Sylloges P. II. p. 332.

88 Obseruationes aliquot criticae. Exhibentur in der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. I. p. 1026. sqq.*

89 Sylloges Dissertationum mearum Tomi I. Pars. II. Gottingae 1744.

90 Emendationes nouem locorum *Aeneidis.* Exstant in der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. I. p. 477. sq.*

91 Diss.

91 Diss. de nummis CONOB inscriptis. Versionem eius Gallicam a Mauclerkio factam exhibet *Journal litteraire d'Allemagne T. II. p. 358. sqq.* Meam veram elaborationem Latinam exhibui in *Sylloges* meae *T. I. P. III. p. 670. sqq.*

92 Ehrenrettung der alten Teutschen, welchen die Abschreiber des Taciti eine höchst barbarische Gewohnheit angedichtet haben Exhibetur in der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. II. p. 92. sqq.*

93 Antwort auf zwo gelehrte Einwendungen, welche gegen mich im Heßischen Heb Opfer gemacht worden. Exstat ibidem *T. IV. p. 394. sqq.*

94 Auslegung der Worte Petri *Act. X. 34-38.* Exhibetur in der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. II. p. 330. sqq.*

95 Observatio ad *Irenaeum.* Ibidem *p. 690.*

96 Diss. ad *1. Tim. I. 4.* Ibidem *p. 692. sqq.*

97 Observatio de *Steph. Doleto.* Ibidem *p. 689. sq.*

98 Critica observatio ad *Act. XV. 28.* Ibidem *p. 701.*

99 Exegetische Paraphrasis des von Pilato gehaltenen Verhörs Jesu, wie solches nebst dessen Ausgange vom Johanne cap. XVIII. 28 40. beschrieben wird. Inserta est dem Heßischen Heb Opfer *T. IV. p. 509. sqq.*

100 Observatio ad *Tertullianum.* Exstat in *Miscellaneis Groninganis T. IV. p. 259. sqq.*

101 Neuer Beweis, daß nicht Zwinglius, sondern Lutherus, der erste Reformator gewesen sey. Exhibetur in der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. II. p. 707. sqq.*

102 Emendationes *Virgilii.* Ibidem *p. 878. sq.* et *1039.* et *T. III. p. 975.*

103 Disp. de pseudothaumaturgis Pharaonis. 1744. Recusa Ienae 1745. et in Nouae *Sylloges P. 2. p. 9. sq.*

104 Meditatio critica super loco exagitatissimo *Eginharti* in *Vita Caroli M. cap. 25.* Inserta est *Miscellaneis nouis Lipsiensibus T. III. p. 124. sqq.*

105 Sym

105 Symbola critica ad *Iustinum Martyrem.* Ibidem *p. 222 sqq.*

106 Responsa de auctore et aetate *Psalmi XC.* Inserta der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. II. p. 931. sqq.*

107 Anmerkung eines bisher unerkannten Wunderwerks unsers Herrn Christi Joh. *XXI. 13.* Exhibetur in den Nützlichen Anmerkungen *T. II. p. 517. sqq.*

108 Programma Paschale, exhibens descriptionem et considerationem priscae controuersiae inter Romam et Asiam de vero Paschate. 1745.
Recusum in Nouae meae *Sylloges* P. I. p. 156. sqq.

109 Emendationes *Liuii et Quintiliani.* Insertae sunt Bremensibus *Symbolis literariis T. I. p. 403. sqq.* Plures meae *Liuii* emendationes a *Drackenborchio* exhibentur in sua *Liuii* edit. e. g. ad *lib. II. 48. 4.* et *49. 2.*

110 Programma de Theologia Curayeriana. 1745.
Recusa in Nouae meae Sylloges P. I. p. 260. sqq.

111 Notitia *Indicis librorum expurgandorum* a *Braschellano editi.* Inserta den Altonaischen Gelehrten Zeitungen 1745. *p. 305. sqq.*

112 Auslegung der Rede des Apostels Pauli Röm. *VIII. 19 23.* Ibidem *p. 410. sqq.*

113 Menda librariorum quatuor in N. T. obseruata. Ibidem *p. 687. sqq.*

114 Auslegung des Spruchs Marc. *IX. 49. 50.* Inserta est der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. III. p. 55 sqq.* Hic *p. 58. lin. 16.* lege Glaßium zum Vorgänger.

115 Sylloges Dissertationum mearum Tomi I. Pars III. Gottingae 1745.

116 Erklärung des vierten Capitels des Propheten Ezechiels. Exhibetur in der Hamb. Vermischten Bibliothek *T. III. p. 659. sqq.*

117 Wiederlegung eines Gelehrten, welcher geglaubet, ich leugne, daß der Apostel Johannes die *Apocalypsin* geschrieben habe. Ibidem *p. 955. sqq.*

118 Emen-

118 Emendationes *Liuii*. Insertae *Sylloges* meae Tomo primo *p. 487. sqq.*

119 Dissertatio exegetica de *psalmis* medicis siue soteriis. ibidem *p. 684. sqq.*

120 Defensio *Loti* a crimine oblatarum ad stuprum filiarum. Ibidem *p. 720. sqq.*

121 Specimen Germanismorum *Thomae a Kempis*. Ibidem *p. 740. sqq.*

122 Programma Paschale de testimonio resurrectionis Christi angelico. 1746.
Recusum in Nouae Sylloges P. II. p. 432.

123 Antwort auf einen Einwurf wider meine Meynung von dem bisher unerkannten, Joh. XXI. beschriebenen Wunderwerke Christi. Inserta est editis a Conciliatore aulico Vinariensi, Max. Reuer. Bartholomaei, Nützlichen Anmerkungen, T. II. p. 753. sqq.

124 Quinta editio mei *Conspectus reipublicae literariae*. Hannouerae 1746.

125 Dissertatio de nomine SCIVIAS. Exhibetur in Altonaischen Gelehrten Zeitungen 1746. p. 390. sqq.

126 Epistola gratulatoria ad Summe Reuer. *Goettenium*, in qua primo versus octauus *capitis* XVII. *Lucae* exponitur, deinde Bugenhagii fama a quadam calumnia vindicatur. Gottingae 1746.
Recusa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 74.

127 *Vita Lutheri a Melanchthone exposita*, cum Praefatione et notis C. A. H. Editio secunda auctior. Gottingae 1746.

128 Vera versio verborum *Hebr. XI. 6:* ὅτι ἐστί. In den Altonaischen Gelehrten Zeitungen 1746. p. 750. sqq.

129 Disp. de vocatione diuina ad ministerium ecclesiasticum. 1747.
Recusa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 202.

130 Epistola critica ad *Menckenium* de locis aliquot *Ouidii* et *Valerii Maximi*. In *Nouis Miscellaneis Lipsiensibus* T. V. p. 328. sqq.

131 Antwort auf einen in den Hamburgischen Berichten

wider meine Disp. de vocatione diuina gemachten Einwurf. In den Altonaischen Gelehrten Zeitungen 1747. p. 323.

132 Anmerkung zu 2 B. der Könige IV, 4. von dem in Oel verwandelten Wasser. Ibidem 1747. p. 359.

133 Disputatio de locis illis, quibus Christus legitur vetuisse publicari suum aliquod miraculum. 1747. Recusa in Nouae *Sylloges* P. I. p. 50.

134 Programma περὶ τῆς ἀφροσύνης *Marci* VII. 22. 1747. Recusa ibidem. p. 465.

135 Betrachtung des Gebots Christi vom Schweren, Matth. V. 34. 35. 36. 37. In den Weimarischen Nützlichen Anmerkungen, T. II. p. 893. sqq.

136 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum primum. In *Nouis Miscellaneis Lipsiensibus* T. V. p. 476. sq.

137 Programma Paschale ad *Rom.* IV. 25. 1748. Recusum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 363.

138 Teutsche Uebersetzung des Neuen Testaments. Hannover 1748.

139 Meum iudicium de *Edelmanno*. Ἀνωνύμως exhibetur in *Actis historico ecclesiasticis* T. XII. p. 124.

140 Responsio ad D. *Huthium*, qui meam Disputationem *de vocatione diuina* impugnarat. In den Göttingischen Gelehrten Zeitungen 1748. p. 825.

141 Disp. de legis diuinae paradoxae, *Deut.* XXII. 6. 7. sensu et scopo. 1748. Recusa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 282.

142 Zusätze zu der in den *Actis hist. eccl.* T. V. p. 517. sqq. befindlichen Critik über die D. Luthern zugeschriebene Lateinische Bibel. In iisdem *Actis* T. XIII. p. 122. sqq.

143 *Plutarchi de liberorum educatione* Commentarius cum noua interpretatione Latina et notis *C. A. Heumanni*. Editionem curauit, *Xylandri* suasque obseruationes addidit *Iac. Frid. Heusingerus*. Lipsiae 1748.

144 *M. Tullii Ciceronis Orationes tres, pro M. Marcello*

cello, *Q. Ligario*, *et rege Deiotaro*, emendatae et illustratae a *C. A. Heumanno*: duae, *pro Sexto Amerino et Philippica secunda*, recognitae et explanatae a *Io. Mich. Heusingero*. Isenaci 1749.

145 Programma in natalem Christi *de magno successore Mosis*, CHRISTO, *ad Deut.* XVIII. 15. et 18. 1749.
Recusum in Nouae *Sylloges* P. 2. p. 247.

146 Altera eaque emendatior editio meae *Versionis Noui Testamenti Germanicae*. 1750.

147 *Sylloges Dissertationum mearum* Tomi I. Pars IV. et vltima 1750. In hac Parte nunc primum edita est p. 876. sqq. *Oratio de Romanae ecclesiae quinque Sacramentis supernumerariis*: p. 896. sq. Diss. *de pia Orebitarum erga Eliam beneficentia*.

148 Erklärung des Euangelii Matthäi und Marci. Hannover. 1750.

149 Disp. interpretationem exhibens quinque *Noui Testamenti* locorum, obscuritate insignium. 1750.
Recusa in Nouae *Sylloges*. P. II. p. 308.

150 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum secundum. In *Nouis Miscellanis Lipsiensibus* T. VII. p. 247. sqq.

151 Responsum de *Comite Zinzendorfio*, a singulis meis collegis Facultatis Theologicae approbatum. Excusum est 1748. in *D. Froereisenii*, qui id expetiit, Vergleichung des Grafen Zinzendorfs mit dem Mahomet p. 86.

152 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum tertium. In *Nouis Miscellaneis Lipsiensibus* T. VII p. 421. sqq.

153 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum quartum. Ibidem T. VIII. p. 115. sqq.

154 Disp. de vocatione diuina ad ministerium ecclesiasticum, recusa 1750. cum duplici appendice.

155 Erklärung des Evangelii Lucä. Hannover 1751.

156 Antwort auf eines Predigers Bedenken über meine

Disp. *de vocatione diuina.* In Herrn D. *Fresenii* Pastoral-Sammlungen Achtem Theile S. 360. u. f.

157 Programma Pentecostale *de septem Spiritibus Apoc.* I. 4. 1751.
Recusum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 253.

158 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum quintum. In *Nouis Miscell. Lipsi.* T. VIII. p. 454. sqq.

159 Erklärung des Euangelii Johannis. Erster Theil. 1751.

160 Desselben Zweyter Theil. 1752.

161 Antwort an H. Pastor Schlossern wegen einer Meynung Lightfoots. Im Brem. Heb-Opfer T. I. p. 695. sqq.

162 *Noua Sylloge Dissertationum.* Pars I. 1752.

163 Programma in natalem Domini *de parenthesi Messiana Ierem.* XXII. 5. 6. 1752.
Recusum in Nouae *Sylloges* Parte II. p. 378. sqq.

164 Beweiß, daß der Pabst Innocentius, der eilfte, ein Soldate gewesen sey. In den Hannöverischen nützlichen Sammlungen des 1755. Jahres S. 1186. sqq.

156 Disputatio, Supplementa Historiae literariae Gottingensis exhibens. 1755.

AD

AD

VIRVM

ANNIS MERITISQVE GRAVEM

ET

VENERABILEM

CHRISTOPH. AVGVST. HEVMANNVM

S. S. THEOL. DOCT.

HVIVSQVE ET HISTORIAE LITTERARIAE

PROFESSOREM DE FLORE SCIENTIARVM

QVO GOTTINGA GAVDET

ANTE ET POST ACADEMIAM

CONDITAM MERITISSIMVM

DIE $\frac{III}{XIV}$ MENSIS AVGVSTI A. R. S. CIↃIↃCCLXI.

OCTOGENARIVM

VOX VOTIVA

D. G. G. RICHTERI,

CONSILIARII AVLICI ET MEDIC.

PROFES. PRIM.

VOX VOTIVA.

Grandis honos HEVMANNE *tui quo viuimus, aeui!*
Te iam retro oculos vertere fata volunt.
Nam tua vulgares exceſſit gloria metas,
Cultusque ingenii praemia magna tulit.
Diuinam venerare manum, quae ſemina ſparſit,
Pectora quaeque Tibi fruge referta dedit.
At nos virtutum ſpectare exempla iubemur,
Quaeque ſit a pedibus ſemita trita tuis.
Plena tuae luſtrare decet veſtigia laudis,
Mirari effuſum per tua ſcripta iubar,
Noſtrosque ad ſimilem greſſus componere normam;
Nam per eam humanae tangitur artis apex.

Auſoniae lux magna domus! Te ſoſpite Muſa
Florida tot luſtris incolumisque ſtetit.
Te ſacro a teneris aluerunt lacte Camoenae,
Hinc quoque nectareus fluxit ab ore lepor.
Helladis et Latii Te ſerta virentia cingunt,
Magnus Pegaſidum Te comitatur honos.
Quis de doctorum retro per ſecula geſtis
Tam plena imbutus cognitione fuit?

Et

Et quas non maculas priſcis auctoribus ipſis
Ingenii abſterſit ſapo calorque tui?
Iam ſemeſa ſitu veterum monumenta leguntur,
Corrupto expuncta eſt cortice menda frequens.
Quin Te ſaepe nouam peracuto interprete lucem
Multorum in tenebris pagina ſacra tulit.

Tranquillam HEVMANNO *ſedem* Gottinga *dediſti,*
Subductis numeris plus dedit ille Tibi.
Expulit atratam doctrinae lumine noctem,
Infuditque oculis, quo caruere, diem.
In tenebris Gottinga *tuis tam nobile fulſit*
Sidus vt inciperes nomen habere foris.
Vrbs quae ſis? quondam dubius cum ſciſceret hoſpes,
Nemo tua expoſuit moenia, templa domos,
Aut ſyluam Herciniae *confinem, aut littora* Leinae
Aut ſub ſole ſitum laetaque rura loci.
Reſponſum occulto dedit indignatio probro:
HEVMANNI *an neſcis quae loca Muſa beat?*
Cui virtus laudum, cui templa reſluſit honorum,
Cui fama in titulos creuit adulta nouos;
A quo barbaries acta eſt his finibus exul,
Hunc vrbi ignoras grande deciſſe decus?
Tam ſtupidam hic rumor meritorum perculit aurem,
Cui non Gottingae *ſors in honore fuit?*
Vox vbi percrebuit: iuuenes nunc conite meſſes!
Copia, quae nunc eſt, non ea ſemper erit.
Hoc duce tangetis ſolidae faſtigia famae,
Signat Ariſtarchus, *ne titubetis, iter.*
Iſta ſub acceſſu coram puto dicta fuiſſe,
Iſta puto a multis ſunt iterata procul.

Nam cum veniſſet Muſarum numine plenus,
Quam vicit veteres haec noua ſtella faces!
Quam dulci ignaros doctrinae nectare pauit!
Occurrens fida, ceu pater ipſe, manu.
Quis non in ſegetes imis emergere ſulcis
HEVMANNI *vidit ſemina iacta manu?*
Credebat periiſſe diem ſibi, ſeque diei,
Quo non digni operis linea ducta foret.
Quis fabellarum ſic ſciuit vincere monſtra?
Et lolio euulſo probra remouit agri?
Hoc ex fonte ſuos hortos pars magna rigauit,
Obtulit haec viuas vena perennis aquas.

Condere in hiſce locis cum Rex ſtatuiſſet Athenas,
Largas impendens Cyrus *vt alter opes,*
Vt via virtuti ſtudiisque pateret honeſtis,
Moresque exueret vulgus agreſte ſuos;
Cum dignos, quorum tantus Rex conditor eſſet,
Inſtrueret procerum cura miniſtra focos,
Et iam Maecenas curaret, vt vndique lecti
Muſarum incolerent templa domosque viri;
Inter militiae pacatae nomina Noſter
Obſtringi haud renuit per noua vincla fidem.
Sane effudit opes tam pleno ac diuite cornu,
Quae iuuenum vt mentes, ſic aluere ſenum,
Prouexitque bonas renouatis auſibus artes,
Ingenii exorſus multa vigore nouo.
Hunc ego ad Aonios pariter tunc aduena campos
Vidi ad communem concaluiſſe focam.
Feruere ingenti niſu ſtudia aemula vidi,
Laudesque HEVMANNI *plura per ora vehi.*

Non

Non aliter sacris in odorae vallibus Hyblae
Florilegae calido vere vagantur apes.
Vidi laeto animo, quae tunc erat area vitae,
Insignem meritis, moribus, ore Virum.
Vt colui absentem, propius sic cognita virtus
Palladii visa est fulgida stella chori.
Messibus hic crebris, dixi, noua vestiet arua,
Hic columen Pindi, sit modo sospes, erit.
Suspicient omnes censoris in edita limam,
Naeuorumque metu quisque refinget opus.
Dicite, qui magno haec triuiistis limina plausu,
Qui Musas colitis, quos quoque Musa colit.

Iam rude donato cum sit requiescere iustum,
Vtiliumne operum rumpere fila decet?
An sacra palladiis suspendet postibus arma?
Arma nouum palmae non meritura decus?
An calidis, (nam credo calent) dabit otia venis?
Otia, quae quondam turpia visa, feret?
Nestoreum impendet, sed non sine viribus, aeuum,
Sunt ea, quae fugiunt, mitia poma magis.
Ecce sibi clausos sitientia prata queruntur
Riuos, seque negant inde bibisse satis.
Nondum, quidquid agit, gelide timideque ministrat,
Aure valet, stomacho, lumine, dente, manu,
Et magis ingenio: nondum calor ille refrixit
Sub niuibus senii, quem sacer ignis alit.
Quin et nunc animus parit et noua parturit, etsi
Octoginta annos post sua terga videt.
Sic dum pergis adhuc praeclare HEVMANNE *mereri,*
Vix senis emeriti nomen habere potes.

Mam

Nam vita et meritum passu quibus ambulat vno,
His vnum votum est in statione mori.

Vana, ais, hoc fuco verborum gloria ludit,
Quae plausum ignari, non sapientis habent.
Spem metamque tuam spectа, quicunque senescis,
Et desideriis inlice frena vagis.
Si figunt hebetem talpae in terrestria visum,
Cochlea si moriens repere pergit humi;
Colligere ante abitum sua vasa et figere sursum
Mentem oculosque pii est, praecipueque senis:
Discat vt instantis contemnere spicula mortis,
Vindicis in merito spemque salutis alat.
Exuit hinc viles humana negotia curas,
Alterius mundi totus anhelat opes.
Aeternis inhians solusque hac compede gaudens
A salebris operum retrahit ipse pedem.
Ad Domini auscultans soluentis vincula nutum,
Quae placuere olim, cuncta valere iubet.
Quanti momenti est animae custodia nostrae?
Quanti est, ad superos quod bene ducit, iter!

Quis pronis dubitat linguis HEVMANNE *fateri?*
Haec quae robur habent, verba decere senem.
Primum animae stabilire decet cum Numine pacem,
Tunc prodesse aliis non quoque laude vacat.
Emeriti nomen dat libera iura quietis,
Non meriti tollit iura decusque noui.
Dent subcisiuae, potior quas cura relinquit,
Horae in diuinos iam Tibi nata libros.

Haec

Haec tua cum coelo minime commercia turbant,
Coelesti at recreant tot pia corda cibo.
Sic seruire Deo, sibi sic aliisque vacare,
Otia sunt et erunt non inhonora senis.

Octoginta annos cumque his impleuerat vnum
Doctrinae Princeps ingeniique Plato,
Cum vita exiret scribens, et fata iuberent
Ponere natali pennam animamque die.
Te, nouies HEVMANNE *nouem si exegeris annos,*
Orsurum telas ominor esse nouas.
Scribendi constabit adhuc vigor, illa senectae
Sors mirabilior sorte Platonis *erit.*

Post pia vota nihil laeti plus ominis adfert,
Nil tam vitali corda calore fouet,
Quam spes optatae crescens hoc tempore pacis.
Non procul hoc coeli nobile munus abest.
Vitalem adflabit languentibus artubus auram,
Haec vires etiam fulciet aura tuas.
Tempora de ferro priscum quae vertet in aurum,
Pro senii bruma ver iuuenile dabit.
Triticeo exhaustas dum pascet farre medullas,
Ossibus an deerit blanda medulla tuis?
Qui non iam vegetos sentit sub pectore motus,
Hunc nihil humani cordis habere reor.
Paxne sit an nubes quam pro Iunone *tenemus,*
Quaerit, spemque vagam ludere corda timet.
Non fallit spes fisa Deo, spes iusta piorum,
Hi pacem ac vno sub lare Numen habent.

IN-

INDEX CAPITVM.

CAPVT I.

De natura et partibus Hiſtoriae literariae. pag. 1.

CAPVT II.

De ſcriptoribus Hiſtoriae literariae vniuerſalis. p. 11.

CAPVT III.

De arte ſcribendi. p. 29

CAPVT IV.

De ortu et progreſſu ſtudiorum literariorum vsque ad hanc noſtram aetatem. p. 66.

CAPVT V.

De fatis diſciplinarum, ſiue de earum origine et incrementis. p. 243.

CAPVT VI.

De notitia librorum. p. 314.

CAPVT VII.

De notitia auctorum. p. 402

CAP.

CONSPECTVS REIPVBLICAE LITERARIAE.

CAPVT I.

DE

NATVRA ET PARTIBVS HISTORIAE LITERARIAE.

Σύνοψις.

Historiae literariae definitio, I. Eius vitia, II. Eiusdem vtilitas, III. IV. Eius abusus, V. Eius partes, VI. Eius partitiones, VII. VIII.

I.

Historia literaria est Historia (*a*) literarum et literatorum, siue Narratio de ortu et progressu studiorum literariorum ad nostram vsque aetatem.

II.

(*a*) Eodem modo *Historia ciuilis* est historia imperiorum et imperantium, ac *Historia ecclesiastica* est historia theologiae (siue religionis) et theologorum. Potest etiam definiri *Historia literaria* speculum or-

II.

Haec hiſtoria æque, ac ciuilis et eccleſiaſtica, ob (*b*) monumentorum penuriam eſt ad-

bis literati, cum praeteriti, tum praeſentis: vel etiam iter per orbem literatum vniuerſum. Hoc in itinere, quod obimus in muſeo noſtro, oculos noſtros ſubeunt tot viri doctiſſimi omnis generis, tot tantique Maecenates, tot gymnaſia literaria, tot inſignes bibliothecae. Incidimus etiam in moroſophos, atheos ſcilicet, ſcepticos, enthuſiaſtas, religionis Chriſtianae in ipſo Chriſtianorum grege inſectatores, alchymiſtas, ſimilisque furfuris male ſapientes. Reducimur quoque in orbem iam exſtinctum, modo in Aegypto verſantes vel Chaldaea, modo Athenis, modo in barbara, quae cultiſſima nunc eſt, Germania, terrisque aliis. Saepe vero & noctu iter faciendum eſt, cum videlicet deeſt lux hiſtoriae.

(*b*) Haec *monumentorum penuria* eſt duplex. Alii enim libri, quos ſcribi oportebat, non fuerunt conſcripti: alii, qui exſtiterunt, periere. Olim quippe hiſtoriae literariae nemo erat incurioſior literatis ipſis, ac vix quicquam eius prodebatur literis. Vnde de veterum ſcholis, de viris doctis, de bibliothecis, de caeteris hiſtoriae literariae partibus, quantum eſt, quod neſcimus! Ne aetatem quidem omnium compertam habemus. *Palaephatus*, *Curtius*, *Petronius*, *Aphthonius*, *Heſychius*, *Stobæus*, quorum libros habemus et libenter legimus, quo quisque tempore vixerit, philologi certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Quod autem ad eos libros attinet, qui ſcripti quidem fuere de hiſtoria literaria, ſed interciderunt, praeclariſſimum de illis naufragiis teſtem habemus *Ionſium* in opere (ita enim inſcribendum erat,) *de ſcriptoribus hiſtoriae literariae*. Omnium vero locupletiſſimus teſtis eſt rex *Salomo*, *Eccleſ.* XII, 12. inqui-

admodum imperfecta, et propter varia praeiudicia multis mixta (c) fabulis.

III.

Caeterum quia non contemnendi ex ea fructus (d) capi possunt, merito damus operam, vt eam, vtcunque licet, ex probatae fidei auctoribus eruamus, & simul a fabulis repurgemus.

IV.

Vt enim omittam, literatis esse turpitudini, literariam adeoque domesticam (e) ignorare

inquiens: *Faciendi libros multos nullus est finis.* Bone Deus! vbi sunt innumeri illi libri Hebraice scripti? Videtur exitium iis attulisse captiuitas Babylonica. Vid. de his Salomonis verbis *Reimmanni* Praef. ad *Hist. lit. antedil.* cuius tamen interpretationi Geierianam praefero.

(c) Exstat *Gothofredi Vockerodii Historia societatum & rei literariae mundi primi* siue antediluuiani. Multas ea exhibet fabulas, quas tamen auctor non omnes suo dignatus est suffragio. Scilicet cupiditas explendi hiatus historiae literariae effecit, vt alii veris historiis assuerent pannos fabularum, alii hosce pannos cupide amplexarentur pro purpura.

(d) Vid. Diss. mea de fructibus ex historia philosophica capiendis, quae exstat in *Actis Philosophorum* P. I. cap. I.

(e) Historiam literariam acrius a literatis excolendam esse, quam historiam ciuilem, ex vero iudicat praeclareque docet *Moshemius* in Praef. ad *Halesii* Hist. Conc. Dordr. §. 36. p. 118. sq.

rare historiam, in eaque errores (*f*) committere; ex ea (1) notitiam haurimus bonorum malorumque librorum; (2) methodum addiscimus, expeditiore breuioreque via perueniendi ad eruditionem; (3) quae in studiis sequenda vel fugienda, cognoscimus, et prudentiam addiscimus (*g*) literatam; (4) vitas virorum ingenio doctrinaque illustrium oculis animoque lustrantes, non solum praeiudicium

(*f*) Horum satis amplam segetem exhibet *Reimmannus* Hist. lit. T. I. p. 131. -- 142. In primis dulce est, ex historia literaria discere origines rerum literariarum. Quam putide, quaeso, ille peccabat, qui in praefatione libri sui Catechetici docebat, iam tempore prophetae Iesaiae Catechismos e typographeis prodiisse, *im Drucke heraus gekommen*!

(*g*) Exempli caussa vnam hanc obseruationem affero. Historiam intuentes literariam discimus, omnes novas veritates, firmissimo licet fundamento nixas, habuisse aduersarios grauissimos, at postremo feliciter triumphasse de hostibus suis; ac doctores illos melius feciisse, qui tacuerint, iis, qui diu multumque respondendo sibi multum molestiae arcessiuerunt, simulque prodiderunt posteritati, se succubuisse prauis affectibus, nec satis magno animo fuisse praeditos. Vtriusque rei exemplum in *Harueo* habemus & *Pufendorfio*. Hic, vt *Senecae* verbis e lib. II. *de ira* cap. 32. vtar, *ille magnus et nobilis est, qui more magnae ferae latratus minutorum canum securus exaudit.* Est enim *veritas* lux quaedam. Quae eam circumuolant auiculae et inuolant, ipsi nihil nocent, sibi vero damnum, aliis risum, pariunt.

dicium auctoritatis (*h*) et antiquitatis sensim exuimus, verum etiam (5) cognoscentes, quanti viri ope literarum euaserint, ad aemulationem (*i*) incitamur. Denique e literaria historia cognoscimus vias diuinae prouidentiae, cultura literarum felicitatem generis humani, progressumque (*ii*) verae religionis adiuuantis.

(*h*) Obseruatu haud indignum, superioribus saeculis, quibus frigebat studium historiae literariae, philosophos caeca side suum Aristotelem, ICtos suum Bartolum, theologos suum Thomam, omium ritu esse secutos; hodie, pereulta historia literaria, non solum philosophos, sed etiam iureconsultos, historicos, medicos, philologos, imo et theologos, factos esse eclecticos et ex solido eruditos. Est ergo historia literaria lux veritatis et mater libertatis ingeniorum. Vid. *Poecile* mea T. III. p. 297.

(*i*) Hodierna docet experientia, Studiosos illos, qui negligunt historiam literariam, segnius tractare literas, ac tantum duntaxat e disciplinis haurire, quantum ipsis videtur opus esse ad consequendam spartam sibi suaeque Marthae alendae sufficturam; at, qui tincti sunt historia literaria, vehementius accendi ad exercenda literarum studia. Singulare vero huius aemulationis exemplum est LVDOVICVS, Elector Palatinus, quem *Altingius* Hist. eccles. Palat. p. 244. scribit haec aliquando verba edidisse: *Quoties GEORGII, Principis Anhaltini, scripta lego, adeo afficior, et tanta cum admiratione insignia eius dona suspicio, vt, si a Deo mihi integra optio daretur, non Romanum imperium magis quam simile docendi et scribendi donum, eligerem.* Ac sane et *Salomonem* maiorem et clariorem fecit sua sapientia et eruditio, quam opulentia et potentia sua.

(*ii*) Vide, quod infra obseruo Cap. IV. §. XI. not. c.

V.

Illud vero cauendum sedulo, ne totos (*k*) nos dedamus historiae literariae, sed reputemus nobiscum, eam esse historiam eruditionis, non eruditionem ipsam, adeoque, qui in historia hac versatissimus nullam praeterea disciplinam excoluit, eum vix ac ne vix quidem in eruditorum hominum numerum referri debere. Qui enim ita totum se dat (*l*) historiae literariae, nullum vt ipse fundi literarii partem propria aret vitula, similis est agricolae, qui negle-

Quanta benignitate DEVS nasci voluerit artem typographicam, iamdudum acute viderunt theologi.

(k) Vid. meum Schediasma *de Anonymis* P. I. cap. IV. §. 3. & 4. *Miscell. Lipsi.* T. VI. p. 63. seqq.

(*l*) Maxime curiositas omnes noscendi libros de quocunque argumento scriptos, siue bonae siue deterioris notae, omnesque illorum librorum editiones, sufflaminat profectus in eruditione solida, efficitque, vt eiusmodi homines corticis literarii plurimum habeant, nuclei perparum. Interest tamen reip. literariae, habere viros, qui et huius rei notitiam exhibeant. Verum tales *Vossios*, *Morhofios*, *Fabricios*, qui caeco imitantur impetu, & sola ducti voluptate literaria, meminerint, Herculis cothurnos non esse omnibus pedibus aptos. Triumuiri illi, quos dixi, ita praepollebant ingenio, vt minutiora ista studia non essent fraudi eruditioni ipsorum solidae, vtque cura corticis non abstraheret eos ab esu et vsu nuclei. Contra videmus hodie multos in historia literarum multum, in literis parum proficere. Vid. *Clerici* Biblioth. anc. et mod. T. XVI. p. 423. Scilicet historiam literariam tractare et facile et iucundum est, cum ipsum disciplinarum agrum colere res sit admodum laboriosa, tardiorisque successus.

neglecto suo agro tantummodo inuestigat nomina caeterorum agricolarum, et, quantam quisque messem fecerit, quantumque ceperit laboris sui fructum, curiose cognoscit, ipse vero tempore messis nihil ab agro suo accipit, atque adeo, cum sui agri fructus ostendere iubetur, aliorum inuadit horrea, dicendus cum poeta *congesto alieno pauper in auro.* Similis item est peregrinatoribus literariis, qui domum reduces multa auditu iucunda narrant de literatorum, quos videre ipsis contigit et conuenire, faciebus, vestitu, moribus, domibus, vxoribus, liberis, paupertate vel diuitiis, muneribus, bibliothecis, scriptis, ipsi interea per plures discursionis suae vel menses vel annos ne teruncium quidem adiecerunt illi eruditionis qualicunque thesauro, quem iam possidebant, cum iter suum literarium ingrediebantur. Admonendi itaque sunt eruditionis candidati, ne historiae scriptores literariae sibi faciant *fures temporis*, ingenio disciplinisque excolendis merito dicandi.

VI.

Quinque constitui commode possunt istius historiae partes, vt in *prima* agatur de arte scribendi, in *secunda* de ortu studiorum literariorum, et, quomodo ea sint disseminata, per totque vicissitudines ad nostram vsque aetatem propagata, demonstretur; in *tertia* de disciplinis earumque et incrementis et decrementis differatur; in *quarta* de libris omnis

generis; in *quinta* denique de auctoribus. Cuius distributionis hanc reddo rationem. Cum historia literaria supponat *artem scribendi*, de hac omnium primo differi debet, et eius exponi memorabilia. Hinc statim secundum ordinem saeculorum describenda omnis historia literaria. Tertio loco historia ista duce confici oportet singularem cuiusque disciplinae historiam. Sed cum generales obseruationes permultae occurrant cum de libris, tum de ipsorum auctoribus, quae tribus praecedentibus in capitibus commodum haud inueniunt locum, in quarto capite *de libris*, in quinto *de auctoribus* exhiberi par est obseruationes illas generales. Ac mihi quidem nihil quicquam occurrit in tota historia literaria, quod non suum haberet locum in quinque illis capitibus.

VII.

Est haec historia literaria *vniuersalis*: cui opponitur *particularis*, quae vel *geographica*, cum certae (*m*) gentis vel prouinciae; vel *topogra-*

(*m*) E. g. *Historia literaria Germaniae*, quam edidit *Reimmannus*: *Cimbria literata* Molleri. Sic *Albertus Thura* a. 1723. edidit *Historiam literariam Daniae*, et *Hyacinthus Gimma Historiam literariam Italiae*. Ac *Bailletus* Iudiciorum T. I. p. 287. 359. exhibet compendiosam historiam studiorum in Gallia florentium inde ab initio vsque ad haec tempora, simulque nominatim laudat Gallorum eruditissimos. Speciatim *Claud. Sorellus* in sua *Bibliotheca Gallica*, patrio scripta sermone, copiose ostendit,

pographica, cum certae (*n*) Academiae vel (*o*) vrbis; vel *chronologica*, cum certi (*p*) temporis; vel *technologica*, cum certae artis (*q*) vel disciplinae (*r*) historia literaria exponitur; vel *anthropologica* siue *biographica*, cum vitae clarorum certi generis virorum describuntur; vel *bibliographica*, cum libri alicuius disciplinae recensentur.

dit, Gallos sua lingua omnes scientias & artes excoluisse, ac veterum quoque libros in eam transtuliſſe. Quo sub titulo hoc stadium decurrere perrexit inde ab anno 1740 *Gouietus*: cuius iam octo volumina prodierunt. Amplissimo vero in campo omnem historiam Galliae literariam explicare coeperunt 1733. quidam Benedictini: quorum *Histoire literaire de la France* iam sex impleuit grandiora volumina.

(*n*) E. g. *Historia Academiae Parisiensis, Francofurt.*

(*o*) E. g. *Brema literata.* A. 1729. *Ios. Ant. Saxius* emisit *Prodromum ad historiam literario-topographicam Mediolanensem*, et a. 1728. Pater *de Colonia Historiam literariam ciuitatis Lugdunensis* edere coepit, eiusque posteriorem Partem a. 1730. publicauit.

(*p*) E. g. *Historia antediluuiana, Historia saeculi XVI.*

(*q*) E. g. *Historia Poëseos, Logicae.*

(*r*) E. g. *Historia philosophica, Historia Medicinae.* A. 1720. *Pfaffius* edidit *Introductionem in Historiam Theologiae literariam*, magno applausu exceptam. Eam cum vberrimis annotationibus iterum edidit. a. 1724. et sequentibus. Vid. iudicium de hoc Opere in *Actis erud.* a. 1724. p. 526. et 527. Etiam *Ioach. Langius* a. 1724. emisit *Institutiones literarias studii theologici.* Verum non est haec historia Theologiae literaria, sed tantum continet hic liber bibliothecam theologicam, praemissa de methodo studii theologici, de studio historiae literariae,

VIII.

Addi debet historia literaria *specialissima*, vt cum *Io. Petrus Titius* libellum scripsit de fatis operum *Thuani; Launoius de fortuna Aristotelis in Academia Parisiensi; Kettnerus historiam dicti Ioannei* (1 Ioh. V, 7.) *de Trinitate: Io. Frid. Mayerus historiam versionis Bibliorum Germanicae; Kingius Historiam Symboli Apostolici*, a *G. Oleario* Latine redditam; *Io. Alb. Fabricius* (in *Centifolio* suo *Lutherano* p. 106-144.) & *Saligius* (in toto libro IV. suae *Aug. Conf. Historiae*) *historiam literariam Augustanae Confessionis; Brenckmannus Historiam codicis MS. Pandectarum Florentini; Binderus* (in *Bartholomaei Actis hist. eccl. T. V.* et VI.) *historiam editionis Bibliorum Ernestinae* siue *Vinariensis*. Sic facile esset, conscribere historiam (*s*) libri *de imitatione Christi*, qui vulgo idque summo iure *Thomae Kempensi* tribuitur; aut libri *Grotiani* (*t*) *de veritate religionis Christianae*. Omnium maxime huc perti-

riae, de comparanda notitia librorum et bibliothecarum, denique de historia artis typographicae, tractatione satis perfunctoria. Conf. *Acta erud. Germ.* P. XCV. p. 801. sqq.

(*s*) Sic plures scripserunt *historiam versionis Bibliorum Germanicae* a Luthero confectae. Historiam libri Masiani *de interesse Principum circa religionem* exhibuit *Thomasius in den gemischten Händeln* T. II. cap. 3. Ipse historiam *Symposii Lactantiani* composui, & sub titulo Praefationis ad illud *Symposium* edidi; historiam item operis Carolini *de cultu imaginum*.

(*t*) Quod hic optaui luculentissime a. 1739. praestitit *Io. Christoph Koecherus*, theologus nunc Brunsuicensis,

net *historia literaria codicis sacri*, tractata a *Ioan. Gottlob Carpzouio* in *Introductione ad libros historicos veteris Testamenti*, in cuius praefatione suos in hoc scribendi genere antecessores adducit; a *Rich. Simonio* in *Recensione critica commentatorum Biblicorum*; a *Io. Frid. Mayero* in *Bibliotheca Biblica*, quam locupletauit *Carolus Arndius*; a *Iac. Longo* in *Bibliotheca sacra* a. 1723. auctius recusa; a *Io. Georgio Pritio* in *Introduct. in lectionem N. T.* a. 1722. locupletius edita. Quid? datur etiam *historia literaria singulorum versuum sacri codicis*, quam exhibere solent Exegetae, omnes omnium saeculorum interpretationes alicuius dicti proferentes. Hoc sae. ssime fecit *Suicerus* in *Thesauro ecclesiastico*, e. g. de vxore Loti *T. I. p. 179. seq.* Mihi quidem talis historiae literariae vix pulchrius exemplum occurrit, quam *Henr. Walth. Gerdesii* Dissertatio inauguralis. Giessae a. 1723. habita ad locum Pauli *Galat. III. 20.*

CAPUT II.

DE

SCRIPTORIBUS HISTORIAE LITERARIAE VNIVERSALIS.

Σύνοψις.

Systema historiae literariae *frustra exspectatur*, I. *Duplex methodus componendi Historiam literariam. Iudicium de* Stolli Historia literaria, II. *et* Paschii. III. *Historia literaria analytica methodo scripta desideratur*,

tur, IV. *Iudicium de* Frisii Bibliotheca, V. De Ionsii *opere literario*, VI. *De* Lambecii Prodromo, VII. *De* Conringii Antiquitatibus Academicis, VIII. *De eiusdem* Commentario de scriptoribus XVI. saeculorum, IX. *De* Morhofii Polyhistore, X. *De* Struuii Introductione, XI. *De* Gundlingii Sciagraphia Historiae literariae, XII. *De* Reimmanni historia literaria, XIII. *De* Caroli Arndii Systemate *& de* Pseudo-Graeuii Cohorte Musarum, XIV. *De iis, qui in suo* ciuilis *vel* ecclesiasticae historiae Compendio *attigerunt historiam literariam*, XV. *De* Krausii Nouellis literariis, *deque similibus* Nouellis, XVI. *De* Schmeizelii *et* Bertrami Historia literaria, XVII. *Meum consilium in hoc opusculo*, XVIII.

I.

Historiam literariam plures describendam suscepere, vel potius eius compendium. Omnem enim historiam literariam plene ac perfecte exponere, non est vnius hominis, nec vnius quantumuis magni voluminis. Solius *Graeciae* historiam literariam, imo ne hanc quidem vniuersam, sed duntaxat librariam, persequitur *Fabricius* in *Bibliotheca Graeca*, multorum voluminum opere. *Germaniae* solius historiam literariam aliquot voluminibus expositi *Reimmannus*. Intelligi hinc potest historiae literariae vniversalis perfectum corpus siue Systema (in quo πάντα περὶ πάντων, vti *Cicero* lib. XII. ad famil. epist. 20. loquitur,) aeque imperite exspectari, ac Systema ciuilis historiae vniuersalis. Pluribus hoc edisserit in Praefatione sua ad *Lambecii Prodromum*

mum historiae literariae is, quem modo laudaui, *Fabricius*.

II.

Caeterum duplex est methodus (*a*) componendi historiam literariam, *analytica* et *synthetica*. Syntheticam voco, qua historia literaria sub certa capita redigitur, et secundum ordinem disciplinarum aliarumque huc pertinentium rerum describitur, atque hac occasione cum de scriptoribus, tum de scriptis traduntur potiora. Secutus istam methodum est *Gottlieb Stollius* in sua *Historia eruditionis*, quam a. 1718. primum, deinde supplementis hic illic insertis a. 1724. (*b*) edidit. Feliciter ei successit hic labor, et summa, quam adhibuit, diligentia, rectum item et erectum modo de libris, modo de auctoribus iudicium, magnum viro non a doctrina solum, verum etiam a virtute laudando attulit operae (*c*) pre-

(*a*) Idem monui de *historia philosophica* in *Actis Philos.* T. I. p. 462. *Historiam ecclesiasticam* methodo analytica composuit *Sam. Basnagius*, synthetica *Iac. Basnagius*, vterque felicissime.

(*b*) Separatim quoque alia edidit *Supplementa* a. 1727. Ac Latinam totius huius operis versionem a. 1728. emisit *Car. Henr. Langius*.

(*c*) *Hoc libro nemo eruditionis elegantioris cupidus carere potest.* Ita *Bierlingius* de Stolliano isto opere existimat lib. *de Pyrrhonismo Hist.* cap. 3. p. 198. Mihi cum maxima laude digna videatur ista *Historia literaria*, tamen singula capita inter se comparanti visa est *Historia Poëseos* supremum laudis tenere locum. *Historia Criticae* vltimum.

pretium. Est autem istud opus nondum absolutum, quippe Philologiae tantum ac Philosophiae repraesentans historiam. Postea autem exhibuit vir clarissimus pari filo contextam *Theologiae*, *Iurisprudentiae* ac *Medicinae historiam*. Sed nec nunc perfecta censeri poterit historia literaria synthetice descripta, nisi quis singularibus libellis expositam adiungat *historiam* (1) *Maecenatum*, (2) *Academiarum*, (3) *Gymnasiorum*, (4) *Societatum literariarum*, (5) *Bibliothecarum*.

III.

Non est hic silentio praetereundus *Georgius Paschius*, qui et ipse synthetica methodo historiam disciplinarum persequi coepit in libro *de inuentis nouis*, cuius editio secunda Lipsiae prodiit a. 1700. Capite scilicet in *secundo* (nam primum et breue et leue est,) persequitur historiam Logicae, Metaphysicae, Physicae, Grammaticae, Rhetoricae, et Poëseos. Multa hic collegit lectu haud iniucunda, sed nec argumento suo satisfaciens nec lectoris eruditi (*d*) desiderio. In *tertio* historiam enarrat Cartesii: in *quarto* historiam doctrinae moralis: in *quinto* historiam Iurisprudentiae ciuilis: in *sexto* historiam Medicinae recentiorem: in *septimo* denique, quod longissimum est et optimum, historiam recentioris Physi-

(*d*) Nec ideo magnifice de eo existimat *Niceronius* in Tomo VII. *Vitarum eruditorum*.

Physicae & Matheseos. Ad supplendum *Caput quartum* postea a. 1707. edidit opus *de variis modis moralia tradendi*, adiuncta *Introductione in rem literariam moralem veterum sapientiae antistitum.* Verum et hic descriptorem verius, quam scriptorem, se praebet, mera exhibens collectanea, nullo proprii vel iudicii vel ingenii lumine distincta.

IV.

Analytica methodus est, cum inde ab orbe condito vsque ad nostram aetatem per singula saecula describitur status rei literariae. Huius generis opus animo conceperat *Lambecius*, sed praeter *Prodromum* expromsit nihil. Habet igitur, qui ingenio pollet ac doctrina, nec otio librisque destituitur, in quo suam industriam exerceat: nec dubium est, quin gratiam doctissimi cuiusque sit inituru, qui ea methodo confectum historiae literariae corpus publicae luci exposuerit.

V.

Quam solliciti de accurata methodo fuerint scriptores historiae literariae, quos ante *Stollium* habemus, patebit ex iis, quae mox dicenda veniunt. Scholastico quidem, quod vocant, aeuo aliquid huius generis tentauit *Gualterus Burleus*, sed prorsus inuita Minerua: id quod satis manifestum feci in *Actis* (*) meis *philosophorum.* Recentioris aeui

(*) T. III. p. 282. seqq.

aeui inter primos est *Io. Iacobus Frisius*, de cuius *Bibliotheca chronologica* quid existimandum sit, alibi (*d*) exposui.

VI.

Secutus est *Ioannes Ionsius*, cuius opus *de scriptoribus historiae literariae*, (minus enim recte inscripsit *philosophicae*,) anno 1659. editum, a. 1716. *Io. Christophorus Dornius* non contemnendis auctum supplementis in lucem reduxit. Sed de hoc quoque syntagmate quid sentiendum sit, in *Actis Philosophorum* (*e*) docere me memini.

VII.

Eodem anno 1659. *Petrus Lambecius Frisii* exemplo ad maiora incitatus, *Prodromum* (*e*) *historiae literariae* emisit, *Fabricio* obstetricante a. 1710. recusum. Verum is historiam literariam inde a condito mundo vsque ad Mosem emensus, adeoque solam scriptorum subdi-

(*d*) *Act. Philos.* P. IV. cap. 5.

(*e*) P. I. c. 7. et P. VIII. cap. 7.

(*f*) Primus omnium, quod sciam, *Lambecius* in scholis suis exposuit tradiditque *Historiam literariam*: quod facere aggresso cum deesset Compendium historiae illius, filum sequi coactus est *Frisii* modo memorati. Cum vero in eius libro naeuorum deprehenderet plurimum, in animum induxit componere Historiam literariam, eoque fine edidit *Prodromum Historiae literariae*. Qui titulus vel ideo dignus est animaduersione, quod antea nunquam in vllius libri titulo nomen occurrit, *Historiae literariae*.

subdititiorum notitiam tradens, in caeteris meras exhibet sciagraphias, satis quidem bonas, sed quibus ita, vt par est, elaborandis ne decem quidem *Lambecii* suffecerint.

VNI.

Non omittenda hic est mentio *Hermanni Conringii*, qui suscepta *Academicarum antiquitatum* descriptione, cum a. 1674. alteram (*g*) earum editionem emitteret, tot tantaque subiunxit supplementa, vt in titulo libri docere auderet, *hoc libro reipublicae literariae omnis aeui statum illustrari.* Persequitur scilicet hoc opere non solum Academiarum, sed in vniuersum scholarum historiam, adeoque, dum de domiciliis Musarum et ingeniorum officinis more suo, hoc est, perdocte disputat, vtique non mediocriter historiam literariam, cui se a teneris fuisse deditissimum in Praefatione refert, illustrat. Caeterum cum *historia scholarum* membrum duntaxat aliquod sit literariae historiae, facile apparet, Conringianum illud opus non haberi posse pro compendioso Historiae literariae corpore.

IX.

Magis huc loci pertinet (*h*) *Conringii Commentarius de scriptoribus XVI. post Christum natum saeculorum*, quem priuatos intra parietes

(*g*) Prima editio prodierat a. 1651. Tertia fuit a me edita 1739.

(*h*) De hoc opere vid. *Struuii* Introductio cap. I. §. XI. p. 34. sqq.

tes discipulis suis exhibuit, daturus haud dubie meliorem, si eum eruditorum conspectui subiicere induxisset in animum. Edidit eum a. 1703. iterumque a. 1727. *Gottlob Kranzius*, non solum praemittens *Historiam eruditionis ante Christum natum* apud Hebraeos, (quo tamen in capite pro historia exhibet traditiones vulgares,) Barbaros, Graecos et Italos; sed etiam textui Conringiano subiiciens notas, in quibus laudat eos, qui de vnoquoque scriptore egerunt fusius: imo et *Supplementa* doctissima annectens de saeculi XVI. et XVII. scriptoribus. Habemus igitur hic vnam partem historiae literariae vniuersalis, sed tantummodo vnam, eamque descriptam perfunctorie.

X.

Felicioribus (*i*) auspiciis ad contexendam hanc historiam sese accinxit *Morhofius*, cuius *Polyhistor* a. 1688. edi coeptus, a *Mollero* a. 1708. iterumque a. 1714. integer publicatus est, ac tertium a. 1732. a *Fabricio*. Sed et hic vir vni duntaxat historiae literariae parti praecipuam impendit curam, non omnem eius ambitum,

(*i*) *Morhofiano* enim *Polyhistori* potissimum debetur cultura feruentior historiae literariae in Germania nostra. Ex eo certe tempore hoc literarum genus acerrime tractarunt populares nostri: vt pro duce tam numerosi nunc gregis iure habeatur Morhofius, perpaucis antea nantibus in vasto hoc gurgite. Nec taceri debet, famam insignem Morhofiano libro circumdedisse *Thomasium*, cum statim eum in *Colloquiis* suis *menstruis* recensseret et laudibus in coelum extolleret. Tum enim emendi eum perlegendique cupido incessit plurimos.

bitum, *lib. 1. cap. 2. §. 1.* recte ab ipso definitum, pari complexus industria. Scilicet constituerat is, facto historiae literariae et literariae prudentiae connubio viam lectoribus pandere ad πολυμάθειαν, hoc est, ad amplissimam eruditionem; et consilia dare, quae qui sequatur, *Polyhistoris* famam consequi ac tueri possit. Hunc in finem non solum, quid in literarum studio sequendum fugiendumue sit, edocet; sed etiam singula studiorum literariorum genera persequens, libros in quouis genere conscriptos diligenter recenset, suam de plerisque adiungens ἐπίκρισιν. Caetera historiae literariae capita etsi non aequa perfundit luce, ita tamen illustrat propemodum singula, vt pauciſſima sint, quae prorsus intacta praetermiserit. Quamquam igitur non potest hoc opus pro systemate historiae literariae haberi, suo tamen in genere eximium est, meritoque (*k*) commendatur accuratioris eruditionis candidatis.

XI.

Morhofianis vestigiis insistens *Struuius* a. 1704. publicae luci exposuit doctiſſimam (*l*)

(k) *Morhofium illustratum* siue Commentarium in Polyhistorem Morhofii promisit *Christianus Matthaeus Knesebeck* in *Prodromo suo iuris publici vniuersalis.* Sed promisso non stetit.

(*l*) Occasionem editioni huius libri praebuerunt octo Studiosi, *Struuium* rogitantes, vt ipsis exponeret in priuatis scholis notitiam rei literariae. Annuit is, et, Morhofio potissimum duce, aliquid elaborauit, posteaque ipsis dictauit excipiendum calamo. Veritus deinceps, ne-

im-

Introductionem ad notitiam rei literariae et vsum bibliothecarum, adiecta Dissertatione *de doctis impostoribus:* qui (*m*) liber vna cum amplissimis *supplementis* iterum a. 1706. ac tertium a. 1710. recusus est. Anno vero 1729. idem prodiit vna cum *Io. Christoph. Coleri, Mich. Lilienthalii*, et *Io. Christ. Koecheri* annotationibus. Verum nec hic liber haberi potest pro synopsi historiae literariae: ad quam tamen prope accedit. Namque doctissimus auctor duntaxat aliquot eius historiae capita exhibet, praetereaque scriptores recenset de historia literaria eiusque partibus bene meritos. Vnde quas postea edidit *Bibliothecas*, *philosophicam*, *historicam*, *iuridicam*, (adde iamdudum editam *numismaticam*,) pro continuatione istius laboris haberi debent: vt adeo non potuisset veriorem *Struuius* titulum indere *Introductioni* suae, quam si eam inscripsisset *Bibliothecam historiae literariae*. Verum videtur imitatus esse titulum libri Sagittariani, qui inscribitur *Introductio in Historiam ecclesiasticam*, cum inscribi debuisset *Bibliotheca historiae ecclesiasticae*, exhibens quippe, quod ipse titulus profitetur, *notitiam scriptorum veterum et recentium*,

imperfecta haec elaboratio typis exscriberetur, emendatiorem et auctiorem ipse edidit hunc librum. Ac magno statim applausu is exceptus est.

(*m*) A. 1723. prodierunt *Io. Christoph. Coleri Analecta ad Struuii Introductionem*, in quibus non solum illustratur et adaugetur *Struuii* liber, sed nec paucis ab erroribus liberatur.

tium, qui historiam ecclesiasticam siue vniuersalem siue particularem illustrant.

XII.

Paulo ante *Struuium* a. 1703. mense Maio *Nic. Hieron. Gundlingius* Halae ediderat lingua patria *Sciagraphiam* (*Entwurf*) *historiae literariae*, suis in scholis illustrandam viua voce. Hic sola capita nominat doctissimus ille vir, de quibus agendum putabat et ipse verba facturus erat in suo illo, quod vocant, *collegio historiae literariae.* Est igitur hic merus index materiarum suis, discipulis expositarum: ex quo discimus, eum in sex pensa siue *Capita* diuisisse suum illum laborem, differuisseque in *primo* de historia typographiae et typographorum, simulque de polygraphia Germanorum et eorum ingenio; in *secundo* de historia bibliothecarum, de varietate ingeniorum pro diuersitate aetatum ac nationum, de libris MSS. de criteriis boni libri, de scriptoribus anonymis: in *tertio* de Scriptoribus notitiam auctorum et librorum exhibentibus, de *Actis eruditorum* similibusque nouorum librorum recensionibus, de libris in *Ana*, de scriptoribus epistolarum literariarum, de scriptoribus vitarum eruditorum, de indicibus librorum expurgatoriis et prohibitoriis; in *quarto* de historia literaria *Lutheri* et eminentiorum nostrae Ecclesiae Theologorum; in *sexto* denique de historia literaria clariorum recentioris aeui philoso-

phorum. Facile apparet, de hoc labore idem, quod de *Struuiano*, ferendum esse iudicium.

XIII.

Ex eo tempore *Verulamianam* historiae literariae (*n*) delineationem secutus, Morhofianisque ac Struuianis instructus copiis, *Reimmannus* perquam elegantem ad historiam literariam vniuersalem (*o*) Manuductionem methodo dialogica adornatam a. 1708. emisit: annisque secutis *Historiam literariam Germanorum* quinque tomis separatim editis exposuit, non mediocrem consecutus eruditorum (*p*) applausum.

XIV.

Hinc *Carolus Arndius* a. 1714. publicauit (*q*) *Systema literarium* siue *scientiae literariae*. Ac-

(*n*) Lib. II. de augmen. scient. cap. 4. Idem *Verulamii* de conscribenda historia literaria consilium diductius exposuit, et ad vnam aliquam gentem restrinxit *Lilienthalius* in *Consultatione de historia literaria certae cuiusdam gentis scribenda*, a. 1710. edita: qui quidem conatus ei satis feliciter successit.

(*o*) Nec tamen haec *Manuductio* haberi debet pro veri nominis *Compendio historiae literariae*: vti supra iam monui in Praefatione editionis secundae.

(*p*) Non immerito tamen *pia*, quae vocat *Reimmannus*, *desideria historiae literariae* notauit *Michael Richey* in programmate quodam, cuius argumentum exhibetur in *Nouis literariae Germaniae* a. 1709. p. 106. Lege tamen et responsionem *Reimmanni* T. V. Hist. liter. p. 788.

(*q*) Hic auctor iam A. 1709. ediderat *Rudem delineationem Systematis selecti scientiae literariae historicopragmatici* haud honorifice exceptam in *Noua Bibliotheca*

Ac. a. 1715. accurante *Wolpherdo* quodam *van Bueren* Traiecti ad Rhenum prodiit in publicum *Io. Georgii Graeuii Cohors Musarum, siue historia rei literariae.* At satis constat, huius libri auctorem non esse *Graeuium*, valdeque indignatur *Burmannus* in praefatione, *Orationibus Graeuii* a. 1717. praemissa, Graeuianum nomen inscriptum esse *paedagogici ingenii libro.* Equidem ex libelli huius pagina 301. disco, *Ludolphum Kusterum* eius esse auctorem, cuius et *Historia librorum nouorum* saepius ibi laudatur. Cum vero *Kusterus* haec congesserit in vsum priuati auditorii, omnino editor male de eo meruisse censendus est. Neque enim ita comparatus est liber ille, vt eruditorum (*r*) ferre possit oculos. Caeterum an de *Arndiano Systemate literario* (*s*) idem ferendum sit iudicium, quod de *Pseudo-Graeuiana Historia literaria* tulit *Burmannus*, *alii viderint.*

XV.

A. 1726. *Io. Laur. Moshemius Institutionibus* suis *Historiae ecclesiasticae* per singula saecula post Christum natum decursa breuiter

theca Halensi T. I. p. 135. et 405. seqq. Conf. Unparthey-ische Gedanken von den Iournalen p. 260. seq.

(*r*) Vid *Acta eruditorum* 1716. p. 522. seqq.

(*s*) Ridiculum sane est, quod p. 4. §. 3. *Adamo*, primo mortalium, tribuit scientiam historiae literariae. Cur non et historiae Romanae? Recordor hac occasione, me aliquando vidisse Catalogum iocularem bibliothecae *Caini*, in quo potissimum memorabantur *Itineraria.*

quidem, sed erudite et concinne descriptam inseruit historiam literariam, exhibens eam in cuiusque *Saeculi Partis secundae capite primo.* Qua occasione recordor, etiam in *Historiae ciuilis Compendiis* nonnullos attingendam duxisse Historiam literariam. Vt *Dionysii Petauii* praeteream *Rationarium temporum*, inde a quarto post Christum natum saeculo id fecit (*t*) *Christoph Cellarius*: quanquam nomina duntaxat virorum doctorum et ortum singularum Academiarum exhibet, imo in *Historia noua* eos tantum (*u*) nominat, quos appellare solemus polyhistores. Vberior est *Eberhardus Rudolphus Rothius* in *Historia* sua *vniuersali ciuili, ecclesiastica et literaria*, ab orbe condito vsque ad a. C. 1706. deducta. Etiam *Gottfridus Ludouicus* in sua *Historia vniuersali* (*x*) Germanice scripta, duosque in tomos diuisa, non solum natales Academiarum annos indicat, sed etiam de viris cuiusque saeculi ingenio clarioribus copiose diligenterque agit, alia quoque multa ad Historiam literariam pertinentia commemorans. Denique *Hieronymus Freyerus* in duabus suis *Historiae vniuersalis* (*) Epitomis, et quidem in singularum periodorum historicarum quarta parte, historiam

(*t*) Vid. eius Praef. ad *Historiam medii aeui.*

(*u*) Vid Praefatio eius ad *Historiam nouam.*

(*x*) Habeo in manibus illam editionem, quae a. 1716. et 1717. prodiit.

(*) Prior inscripta est Erste Vorbereitung, posterior Nähere Einleitung zur Universal-Historie.

riam literariam pro eo, ac satis videbatur tironibus, attingit. Quid? Etiam in *Schraderianis* atque *Tappianis Historiae vniuersalis Tabulis* nomina virorum doctorum, sed sola nomina cum diebus emortualibus, in conspectum prodeunt legentium.

XVI.

Non est hic silentio praetereundum *Io. Gotlieb Krausii* institutum, qui a. 1715. *Nouellas* (*y*) *literarias* conscribere, ac singulis hebdomadibus Lipsiae publicare coepit. Hoc enim modo, quicquid in toto orbe literario geritur, ad nos perfertur, simulque inde existimari potest, quae singulis literarum generibus per singulos annos fiant accessiones, itemque quae studia acrius remissiusue excolantur, et id ge-

(*y*) Imitatione *Krausii* (qui earum auctorem se ipse profitetur in Praefatione *Nouis literariis Latinis*, a. 1718. editis, praemissa,) edita deinceps sunt *Noua literaria Westphaliae*, *Acta literaria Sueciae*, *Noua literaria Franconiae*, *Acta erudita Franconiae*, *Prussia literata*. Imo et Noua literaria singularum Academiarum ex eo tempore edi coepere, *Altorfinae* a *Koehlero*, *Ienensis* a *Strubbergio*, et postea a *Kunzio*, *Wittebergensis* a *Colero*, *Helmstadiensis* a *Kochio*, *Rostochiensis* ab ignoto. Adde *Lutetiam literatam* anni 1721. et 1722. de quo libro vid. *Acta erudit.* 1722. p. 570. Tantum valet aemulatio, affectus reip. literariae vtilissimus. Ipse vero *Krausius*, vir eximia eruditione, etiam antecessores habuit eos, qui multis annis ante Hamburgi ediderant *Noua literaria Germaniae aliorumque Europae regnorum*. Inspice, quaeso, Kohlianas *Nouellas literarias*, et quidem a. 1732. p. 686. sq. vbi commemorantur Nouellarum literariarum scriptores inde ab anno 1682. usque ad annum 1731.

nus plura. Optandum omnino est, vt coepta haec tela per omnes, qui ad finem vsque mundi sequentur, annos pari industria pertexatur. Aemulatus hanc industriam *Christoph. Frider. Leisnerus* a. 1729. 1730. Hamburgi similes edidit *Nouellas*, quas a. 1731. pertexuit (z) *Ios. Petrus Kohlius*, qui postea singulari in folio exspectare nos iussit huius laboris perpetuitatem. Ac sane vterque per proximos annos suas emiserunt *Nouellas*: quanquam alterum materiae inopia iam dudum ab hoc labore (*) auocauit. Ex eo tempore prodierunt *Nouellae literariae Francofurtanae*, *Ratisbonenses*, et a. 1739. *Gottingenses*. Et has quidem conscripserunt *Steinwehrius*, *Treuerus*, *Willichius*, *Oederus*, *Simonettius*, *Hallerus*, (qui quidem socios laboris perpetuos sibi adsciuit,) posterior quisque priori succedens. Accesserunt (**) a. 1743. *Nouellae literariae Holmienses*, lingua scriptae Suecica: et *Colonienses* Gallico sermone editae ab *Ignatio Roderico:* itemque *Gryphiswaldenses*. Hic annus 1745. accepit etiam *Altonauienses*, quae finem acceperunt cum anno 1748.

XVII.

Duo supersunt *historiae literariae* scriptores

(z) Ipse id indicat p. 695.

(*) Finem habuerunt Leisnerianae Nouellae cum fine anni 1737.

(**) Vid Kohlii *Noua literaria anni 1743. p. 9. et 85. et 87.*

res, patrio vsi sermone, *Martinus* (*a*) *Schmeizelius* et (*b*) *Io. Frid. Bertramus*, vir uterque eruditissimus. Ac *ille* quidem in vniuersum contemplatus eruditionem, commentatusque de natura, fontibus, vsibus et abusibus, causis, gradibus et adiumentis eruditionis, tum demum singulas disciplinas persequitur pragmatice, adiuncto catalogo meliorum de singulis librorum, optime merens non solum de Gymnasiorum Studiosis, quibus in titulo suam dicat operam, sed de omnibus sapienter ac prudenter tractaturis literas. Quanquam, vt verum fatear, maiori iure hic liber inscriptus fuisset *Introductio in eruditionem*, quam *Historia literaria*: id quod vel ex vltimo eius capite apparet. *Hic* vero currenti calamo libellum suum composuit, hac vsus (*c*) excusatione, quod solis suae scholae alumnis suam commodarit operam. *Simonis Pauli*, bibliopolae Argentoratensis, *Historia literaria*, a. 1671. edita, ideo duntaxat commemoranda nobis venit, quod non est Historia literaria, sed catalogus librorum in officina illius bibliopolae venalium, concinne tamen (*d*) dispositus. Quae Lon-

(*a*) *Versuch zu einer Historie der Gelehrheit.* Iena 1728. Recensio huius libri exstat in *Act. erud.* 1729. p. 139. sq.

(*b*) *Anfangs-Lehren zur Historie der Gelehrsamkeit, Braunschw. 1730.*

(*c*) p. 241. Ibidem et fatetur, inter fontes sui libri praecipue etiam esse meum *Conspectum reip. lit.* id quod nec antea celauit p. 66. 98. 115.

(*d*) Vid. Reimmanni *Catalogi Critici* Tomus II. p. 688.

Londini a. 1741. emissa est *Historia literaria*, quantilli pretii sit, docetur in eius anni *Nouellis literariis Gottingensibus p. 497.* Hoc ipso denique tempore (a. 1745.) promittit *Historiae literariae Epitomen*, sex alphabeta impleturam, *Io. Georg. Iac. Albertinus*, ICtus: eiusque iam edidit Bremae *Prooemium* decem plagularum: e quo satis elucet, quale opus resp. literata sit acceptura. Lundini 1748. edita Suecico sermone *Historia literaria Suencnis Bringii*, recensetur in Nouis literariis Gottingensibus 1750. p. 325. Anno 1752. edere patrio sermone coepit *Io. Andr. Fabricius*, philosophus pariter ac philologus eximius, *Historiam literariam.* Vtraque methodo, synthetica et analytica siue chronologica, eam contexuit in iusti systematis formam, praecipuamque sui et laboris et iudicii praestantia iniit et initurus est ab huius historiae cultoribus gratiam.

XVIII.

Ad me quod attinet, rudimenta ac primas lineas historiae literariae criticae ac (*e*) pragmaticae describendas hic suscepi, in singulis huius historiae partibus praecipua enarraturus, deque auctoribus et eorum libris, iis quidem, quos ipse satis noui, laturus iudicium, ac viam tironibus praeiturus ad maiora enitentibus, nec

(*e*) Edidit *Christianus Frid. Schmidius*, Lycei Luneb. Rector, Dissertationem *de Historia literaria pragmatice tractanda:* quae recensetur in *Actis Academicis* anni 1733. *p. 232. sqq.*

nec vulgari et perfunctoria quadam eruditione contentis. Quod bene vertat!

CAPVT III.

DE

ARTE SCRIBENDI.

Σύνοψις.

Ars scribendi vel chirographica vel typographica, I. *De literarum ortu,* II. *Scripta ante-Mosaica sunt omnia suppositia,* III. *De occasione inueniendae artis scriptoriae,* IV. V. VI. *De literis antiquissimis,* VII. *De origine scripturae a dextra versus sinistram ductae,* VIII. *De antiquitatibus scriptoriis,* IX. *De variis antiquorum scribis,* X. *De abbreuiaturis,* XI. *De interpunctionibus,* XII. *De accentibus Graecorum,* XIII. *Hebraeorum,* XIV. *De diuisione librorum in capita et versus,* XV. XVI. *De adiurationibus librariorum,* XVII. XVIII. *De arcana scriptura,* XIX. *Quantum Dei beneficium sit supellex libraria,* XX. *Prius ligato sermone libros compoſuerunt Graeci, quam soluto.* XXI. *De antiquissimo scriptore, qui supereſt, in oratione prosa et ligata,* XXII. *De veterum bibliothecis,* XXIII. *De ortu artis typographicae* XIV. *Mentio insignium aliquot de ortu huius artis librorum, quos edendi occasionem praebuit Iubilaeum anni 1740. typographicum,* XXV.

I.

Studia literaria a *literis*, quarum adminiculo propagantur et amplificantur, cum nomen gerant, merito primordia literariae historiae capimus ab historia literarum artisque scriptoriae. Quae cum duplex sit, *chirographica,*

phica atque *typographica*, de illa, quae hanc vetuſtate longe antecedit, prius vtique agendum eſt.

II.

Variae autem ſunt de origine literarum ſententiae, aliis ad Adamum, aliis ad Moſem, aliis ad alios transferentibus inuentionis gloriam. Scilicet cum teſtibus fide dignis hac in re careamus, res redit ad coniecturam, quae, quantum fieri poteſt, ad liquidum perduci, non lubrico fundamento ſuperſtrui debet. Ipſe non ita pridem mentis aciem intendi ad veſtigandam literarum originem, mihique demonſtraſſe (*a*) videor, ſcribendi artem inuentam

(*a*) In *Actis philoſ.* P. V. cap. 1. §. 23-34. Addatur *Io. Henr. Vrſinus* lib. *de Zoroaſtre* Exercit. III. Sect. 3. p. 203. ſqq. Contendunt quidem *Vitringa Obſ. ſacr.* lib. I. cap. 4. §. 3. & *Loeſcherus* lib. II. *de cauſis ling. Hebr.* cap. 1. §. 17. vſum artis ſcriptoriae diluuio eſſe antiquiorem: ſed non ſatis validis vtuntur argumentis. Plus ſpeciei habet argumentum *Iac. Basnagii, Hiſt. Iud.* lib. VI. cap. 5. §. 1. ſtatuentis, *Kiriath-Sepher*, quae vrbs *Ioſuae XV, 15*, memoratur, eſſe *vrbem librorum*, in qua regionis bibliotheca publica eſſet. Ac ſane LXX. Interpretes id nominis reddiderunt πόλις γραμμάτων, et Latinus vetus interpres *ciuitas literarum*. Verum ſi quis dicat, *Sepher* fuiſſe nomen conditoris, quo ſenſu et occurrit *Kiriath-Arba*, (Vid. *Relandi Palaeſtina* lib. III. p. 725.) nihil habebit, quo eum refutet, Baſnagius. Certe *Buddeus hiſt. eccl. Vet. Teſt.* T. I. p. 942. agnoſcit, *non ſatis euictum eſſe, quod vrbs* Kiriath-Sepher *a libris denominationem ſuam acceperit*. Nec illud contemno, quod quidam vrgent, Moſem genealogias ſuas et antiquiſſimorum

tam esse eo interuallo (*aa*) temporis, quo Iacobi patriarchae posteri in Aegypto sunt versati: adeoque initium historiae literariae a Mose

rum temporum historias (quas cum aeque, ac Lucam, non e sola DEI reuelatione perscripsisse, veri simillimum est,) non potuisse aliunde haurire, quam e scriptis maiorum suorum. Vid. *Clericus* ad Genes. XXXXI. 21. et 40. itemque *Funccius* lib. *de pueritia ling. Lat.* cap. 1. §. 9. Sed fieri potuit, vt veteres Hebraei, quod et priscos Germanos fecisse, docet Tacitus, historias versibus comprehensas mandarent memoriae crebra concentione. Idque facilius credo, cum mecum reputo, Mosem, quae suo aeuo sunt propria, descripsisse copiosius, (vt historiam Iacobi a cap. 27. *Geneseos* vsque ad cap. 50.) cum contra longinquiora partim omiserit, partim paucissimis attigerit. Nec dicas, cantilenas illas rudis plebeculae carere fide historica. Suppono enim, carmina illa Hebraea condita fuisse a viris sapientia et pietate eminentibus, nec nisi exploratissima quaeque memoriae posterorum prodentibus.

(*aa*) Non debemus mirari, tam sero inuentam esse artem scribendi. Quam noua est ars typographica, quam inuenire longe facilius erat! Hic non debeo omittere egregiam meditationem celeberrimi Gymnasii Gothani Rectoris, *Stussii*, qui in singulari Diss. a. 1740. edita et 1741. recusa, postquam obseruauit, eo tempore, quo Iosephus in Aegypto ad proximum regali fastigium fuit euectus, adhuc incognitam fuisse scribendi artem, statim vero post emigrationem Israëlitarum ex Aegypto vsitatam fuisse; et inde concluſit, eo temporis tractu, quo illi in Aegypto habitarunt, istam artem natam fuisse; hanc inuentionem *Iosepho*, viro vtique ingeniosissimo, tribuere non dubitat. Confirmat id antiquissima traditione, quae literarum inuentorem exhibet *Hermetem*. Hoc autem

sub

Mose (*b*) demum eiusque libris capi debere.

III.

Efficitur hinc, vniuersa scripta auctoribus Mose antiquioribus tributa suppositicii generis esse, e. g. Oracula Sibyllina et Zoroastris, libros Henochi & Abrahami, Testamenta XII. patriarcharum: de quibus *Lambecius* libro supra memorato copiose differit, itemque *Fabricius* in *Codice pseudepigrapho V. T. et Bibliothecae Graecae libro primo.*

IV.

Occasionem inueniendae arti scriptoriae dedisse videtur (*c*) *pictura*, quam scribendi arte propterea antiquiorem iudico, quod facilius

sub nomine *Iosephum* latere, docet doctissime. Ea sententia 1743. etiam a *Carpouio*, defensa est in Diss. critica *de linqua eiusque perfectione.* Iam Spencerus *lib. III. de legibus Hebraeorum ritualibus Diss. V. cap. 8. sect. 3. p. 1176.* docuit, Iosephum *literis instruxisse Aegyptios.*

(*b*) Valeant igitur *Maderi* bibliothecae antediluvianae. Valeant et *columnae Sethi*, de quibus egi *Act. Philos.* T. I. p. 941. sqq.

(*c*) Sic ars typographica fuit inuenta occasione artis (non inciſoriae, *der Kupfer-Stecher-Kunſt*, quippe cui inueniendae occasionem demum dedisse typographiam, *Paschius* docet in *Nouis inuentis* cap. 7. §. 67. p. 793. sed) caelatoriae et sculptoriae, de qua vid. *Plinius* lib. XXXIII. cap. 12. ac *Virgilius* ecl. III. 37. sqq. Scilicet *pictura* nihil aliud est, quam scriptura obiectorum in oculos incurrentium; et *scriptura* est pictura obiectorum in aures incurrentium.

cilius (*d*) hominibus in mentem venit, repraesentare imagines rerum oculis subiectarum, quam rerum auditu vel etiam solo intellectu perceptarum. Sic homo *se in littore videns, cum placidum ventis staret mare*, facile permotus est, vt naturam imitans exprimere conaretur imaginem solis, lunae, hominis, animantium, arboris, domus, etc.

V.

Postea vrgente necessitate mortales constituisse videntur certa signa numerorum. Vnde et illorum antiquissima signa, quae Latini retinuerunt, (nam ceterae gentes adsciverunt postea pro numerorum signis literas,) sunt naturalia, et a digitorum (*e*) forma desumta. Numerus quoque horum signorum respondet numero (*f*) digitorum, quibus in nume-

(*d*) Vnde relatum legimus, homines omni literarum notitia vsuque carentes repraesentatas habere res a maioribus suis gestas per signa et imagines. Testis de Canadensibus est *Lahontanus* Itinerarii Gallice scripti P. II. p. 193. edit. Germ. p. 560. seqq.

(*e*) Sic *I* est figura vnius digiti, *U* totius manus, quae figura transiit in *V* et *quinque* significat. Hae duo *V* in fundamento elegantiae studio connexae, *X*, sunt *decem*. Vid. *Ehrenbergeri* elegans Disp. Ienae a. 1705. edita *de origine denarii*.

(*f*) *Plutarchus* lib. I. *de placitis philosophorum*: *Ad decem vsque numerando progrediuntur omnes et Graeci et barbari, et hinc rursus ad vnitatem regrediuntur.*

numerando vtebantur. Ac certae leges inventae sunt, digitorum variato positu innumeros exprimendi numeros: quas leges singularibus opusculis proposuerunt *Nicolaus Smyrnaeus* et *Beda*, illustrati a *Possino* in *Spicilegio evangelico* §. 75.

VI.

Postea vero quam signa numerorum praesto erant, quae parieti vel insculpere vel materia cretae carboniue aut sinopidi simili inscribere potuerunt; necessario homines in eam ingressi sunt curam, vt et rerum signa invenirent. Nam signa numerorum per se posita nihil significant, sed signis rerum adiuncta. Caeterum cum antiquissima quaeque sint simplicissima, haud dubie primum singulae res singulis signis fuerunt expressae: id quod hodienum vsitatum Chinensibus, & olim Aegyptiis, quorum hieroglyphica scriptura adhuc in pluribus monumentis superstes est. Cum vero ea res maximas pareret difficultates tot signis memoriae imprimendis, tandem solertia hominum certa vniuscuiusque soni statuit signa, quae antiquitus figurae oris (*g*) quam simillima fuisse videntur. Facile tamen intelligitur, quia vocales seperatim pronuntiari possunt,

untur. Huic rei originem dedisse numerum digitorum, docet etiam *Io. Clericus* annot. ad *Seldeni* cap. III. *de decimis* §. 1. p. 636.

(*g*) E. g. בּ, ח, ס.

possunt, earum signa (*h*) prius excogitata fuisse, quam consonantium. Ad nomina literarum quod attinet, nec haec dubito olim fuisse simplicissima, atque adeo illa esse vetustissima censeo, quae Latini retinuerunt, *a, be, ce*, etc. ista vero, *aleph, alpha, beth, betha, daleth, delta*, originem debere suum scholis grammaticorum Hebraeorum. Ac his quidem placuit, nomina literis quibusdam imponere ab illa re, quam repraesentare videbantur. Quia e. g. ב figuram *domus*, ד figuram *ianuae*, videbatur exhibere, hinc illi *beth*, id est, *domus*, huic *daleth*, ist est, *ianua*, appellari contigit.

VII.

Antiquissimas omnium literas adhuc superesse, easque esse Hebraicas, non dubito. Si enim vel maxima lingua Hebraeorum non sit omnium prima, tamen literas Hebraicas omnium esse antiquissimas ideo credo, quia, vt supra dixi, perpaulo ante Mosis tempora literae fuerunt inuentae. Cum igitur Moses haud dubie sit vsus literis tum inuentis et vsitatis, sequitur, literas Mosaicas siue Hebraicas esse illas ipsas, quas primum inuenit solertia mortalium. Quanquam haud aegre concedo,

(*h*) Vnde facile concedo, antiquissimos Hebraeos non caruisse vocalibus. At non ea habebant signa vocalium, quae a grammaticis diu postea inuenta hodie quoque vsurpantur, sed א erat *a* et *e*, י *i*, ו *o* et *u*. Vid. *Vitringa* Obs. sacr. lib. I. Diss. III. cap. 2. §. 4. et 6.

eas primo tempore rudiori (α) scriptura expressas fuisse, quam hodie. Facile etiam intelligo, ab Aegyptiis literas accepisse per commercia Phoenices, ab his (i) Graecos, a Graecis Latinos, a Latinis (k) Germanos. Idque confirmat horum vocabulum *schreiben*, quod est factum e latinorum *scribo*, vti hoc e Graecorum γράφω.

VIII.

Qua re inducti initio a dextra scripserint homines versus sinistram, altioris est indaginis.

(α) Sic etiam censet *Deylingius* Obs. sac. T. III. num. 25. §. 18. et 20. Aduersam tamen sententiam tuetur *Wolfius* Biblioth. Hebr. T. II. p. 421. sq.

(i) *Cadmum* literas e Phoenice detulisse ad Graecos, constans apud veteres fama fuit. Vid. *Herodotus* lib. V. et *Diogenes Laërtius* VII. 30. Vid. et *Bouhierii* Diss. *de ortu literarum Graecarum et Latinarum*, quae sub exa est *Montefalconii Palaeographiae*. Adde tabulam literarum harmonicam, in *Loescheri* opere *de causis linguae Hebr.* extantem p. 224.

(k) Germani sero scribendi artem didicerunt et exercuerunt, similes priscis Thracibus, de quorum ἀγραμματίᾳ, hoc est, scribendi imperitia, *Aelianus Var. Hist.* lib. VIII. cap. 6. De Germanis vid. *Conringius* lib. *de orig. iur. Germ.* cap. 1. p. 1. et cap. 2. p. 3. itemque *Poecile* mea T. I. p. 637. Contrarium quidem sibi probare videtur *Wachterus* in *Glossario Germ.* p. 260. ex literis duorum principum Germanorum ad Imp. Tiberium missis. Sed vt taceam, eos vel sacerdotis alicuius sui vel Romanorum hominum ministerio ea in re vti potuisse, facile concedo, illo ipso tempore a Romanis ad maiores nostros transiisse scribendi artem.

nis. Mihi haec videtur fuisse eius moris origo. Ante scripturam literarum cum in vsu esset scriptura numerorum, vt §. *V.* monui, eum in modum scribebant numeros, vt maioris numeri notam ponerent loco dextro, tanquam digniore, minorem loco sinistro, tanquam inferiore. Superest haec scribendi ratio apud Hebraeos, e. g. יא *vndecim.* Hac igitur consuetudine recepta, primi literarum inuentores eodem ordine scribendas censuerunt literas. Potest et haec fuisse eius rei occasio et causa. Cum ars pictoria dederit ansam inueniendae arti scriptoriae, pictores vero a dextra sinistrorsum pingere soleant, hinc facillime factum, vt etiam literarum pictura initio fieret sinistram versus. Cum vero expeditius esset, a sinistra literas ducere versus dextram, Graeci, gens peracuta, hanc scribendi (*l*) rationem veteri praetulerunt: quos secutae sunt vniuersae nationes occidentis, ad quas quippe a Graecis scribendi ars peruenerat.

(*l*) Nam et Graeci antiquitus scribebant sinistrorsum. Vid. *Marshamus Can. Chron.* saec. IX. p. 124. Idem fecerunt Etrusci. Vid. *Acta erud.* 1739. p. 3. Huc pertinet vetustissimorum Graecorum scriptura βουστροφηδὸν dicta, de qua vid. *Acta erud.* 1722. p. 58. et *Fabricius* Biblioth. Graecae lib. I. cap. 27. §. 3. et 4. Huic opponuntur duo illa scribendi genera, quae πυργηδὸν et σπειρηδὸν fieri dicebantur: de quibus vid. *Croius* Obs. sacr. cap. IX. p. 70. sq.

IX.

Inuentas iam literas vetustissimi mortalium inscripserunt foliis (*m*) palmarum, et prius corticibus (*n*) arborum et (*o*) saxis: hinc (*α*) linteo, (*p*) papyro, membranis (*q*) Pergamenis,

(*m*) Vid. *Fabricius* lib. cit. cap. 30. § 1. et *Ios. Scaliger* Var. opusc. p. 13. Nostri quoque aeui Indos *e palma* petere materiam librorum, testis est *Tursellinus* in Vita *Xauerii* lib. II. cap. 1. et *Bericht der Dänischen Missionarien* T. I. p. 126. sp.

(*n*) Vnde nomen mansit *librorum*. Vid. *Hieronymus* Epist. 42. *Curtius* VIII. 9. 15. *Cassiodorus* lib. XI. epist. 38. Sic et nos Germani *Buch* vocamus ab arbore *Buche*, cuius cortex ad inscribendum aptissimus. Vid. et *Lahontanus Itin.* p. 399.

(*o*) Notatu dignum, ab ipso Deo decalogum inscriptum fuisse tabulis lapideis. Huc pertinent priscis memoratae columnae inscriptae, e. g. *Beli* apud *Aelianum* XIII. 3.

(*α*) Librorum vetustissimae aetatis *linteorum* mentio apud *Liuium* X. 38. et *Plinium* XIII. 11.

(*p*) Credere par est, ipsum Mosem suum *Pentateuchum* inscripsisse papyro Aegyptiacae. Ipse enim scribere didicerat puer in Aegypto, vsus illius regionis papyro. De hac papyro *Plinius* agit lib. XIII. cap. 11.: quem locum emendat et illustrat *Ios. Scaliger* in Variis opusculis p. 1-52. Vid. et *Acta erud.* 1727. p. 534. *Montefalconii* Disputatio accurata de omnibus papyri generibus exstat in Tomo VI. *Commentariorum Academiae Parisiensis Inscriptionum et elegantiorum literarum.* Doctam quoque *de papyro frutice* Dissertationem Lipsiae nuper edidit *Io. Godofr. Vngerus.* Obseruatu dignum, apud Graecos *βίβλος*, *libri* nomen, proprie et primitiue significasse *papyrum Aegyptiam.* Testis *Lucanus* lib. III. 222.

(*q*) Vid. *Hieronymus* Epist. 43. *Sidonii Apollinaris* et

menis, (*r*) chartae: quas antiquitates perſequuntur *Hermannus Hugo*, Ieſuita, in libro *de prima ſcribendi origine et omni literaria antiquitate*, *Mabillonius* (*s*) in opere *de re diplomatica*, *Montefalconius in Palaeographia Graeca*, aliique a *Fabricio* (*t*) producti *Bibliogr. antiquariae* cap. XXI. §. 7. et 9. vbi et ſcriptores

et *Symmachi* aeuo inſcriptum fuiſſe *membranae*, diſces ex illius lib. VIII. epiſt. 16. et lib. 9. epiſt. 11. huius vero ex lib. IV. epiſt. 28. et 33. et 34. Scriptionem tamen in *pellibus ouillis* (*Pergamen*) iam *Herodotus* commemorauit lib. VI. Vid. et *Voſſius* lib. III. de idol. cap. 70. p. 1107.

(*r*) De vetuſtis chartae generibus *Plinius* agit lib. XIII. cap. 12. De antiquitate hodiernae chartae, ex detritis pannis confectae, vid. *Montefalconius* Palaeogr. lib. I. cap. 2. p. 17. 18. ſeq. et lib. IV. cap. 3. p. 278. Docet, iam decimo poſt Chriſtum natum ſeculo eam in vſu fuiſſe: an et antea, ignorari. Conf. *Acta Erud.* 1724. p. 102; *Fabri* Lexicon v. *charta*; *Valeſius* ad Euſebii Hiſt. eccl. lib. VIII. cap. 5. De *Sinenſium* papyro vid. *Iournal de Scauans* Berolini a. 1697. p. 15.

(*s*) Et ex eo *Struuius* Act. liter. Faſc. I. cap. 1.

(*t*) His addeudus *Priedeaux* Hiſt. Vet. Teſt. T. I. lib. VII. p. 627. ſqq. (edit. Germ.) qui breuis eſt, ſed accuratus; docens etiam, Pergamenas membranas dudum ante in vſu fuiſſe, quam ita appellarentur. Adde item *Io. Clerkii*, Angli libellum de veterum ſtylo et pennis et papyro: qui recenſetur in *Iourn. des Scau.* T. 125. p. 130. ſqq. *Calmeti* diſſertationem de antiquitatibus ſcriptoriis nuper a *Moshemio* illuſtratam; *Io. Nic. Funcii* librum de ſcriptura veterum, 1743. editum. *Trozii* annotationes ad *Hugonis* de ſcribendi origine librum a 1738. recuſum valde contemnuntur in *Biblioth. raiſ.* T. XXI. p. 71. ſqq.

tores *de atramentis* (*u*) nominat: quibus adde Regiomonti 1731. editam *Io. Iac. Quandtii* Dissertationem *de atramento Hebraeorum*. Maxime memoratu digna est Romanorum scribendi ratio, qui in cera literas fingebant *stylo* (*x*) ferreo, osseo vel eburneo, eoque inuerso scripta rursus delebant. Vid. *Plautus Bachid. IV. 4. 64. sqq.* et, qui hunc Plauti locum diligenter explanat, *Ianus Dousa* in *Centurionatu lib. II. cap. 24.* Idem tamen et in membrana scribebant, ac scripturam delebant (*y*) spongia. Non est hic omittenda mentio *pennarum anserinarum*, quibus nunc vtimur scribentes: cuius artis auctor tam bene meritus est de humano genere, vt *anser* videatur pro *noctua* appingendus esse Mineruae. Elegans est hac de re meditatio *Bierlingii* in *Pyrrhonismo* suo *historico cap. III. §. 9. p. 189.*

X.

De variis veterum modis scribendi scriptores laudat *Holmium* et *Salzmannum* loc cit. *Fabricius* §. 9; quibus addo *Vossium* lib. IV. de idol. c. 91. *Struuium Act. lit.* fasc. I. c. 1. ipsumque *Fabricium*

(*u*) De atramento quodam sympathetico et eius conficiendi modo vid. *Fellerus* in *Vita Leibnizii* p. 7. sqq. Perbene quoque de scriptoriis antiquitatibus est meritus *C. G. Schwarzius*, Prof. Altorfinus, in aliquot Dissertationibus.

(*x*) Vid. *Schefferus* de stylo cap. I. §. 1. *Lipsius* Instit. epist. cap. 1. et 4; *Lactantius* Symposii sui aenigmate primo et a me ibi annotata.

(*y*) *Suetonius* in Augusto cap. 85.

cium Biblioth. Graec. lib. I. c. 27. §. 3. et 4. Adde, qui de *encausto* Imperatorum agunt, *Pancirollum* lib. I. *de rep. deperd.* cap. 2. *Borremansium Var lect.* cap. 4. *Sam. Stryckium et Io. Behmium*, quorum ille 1680. hic. 1715. singularem edidit de imperatorio encausto Disputationem. Agit de eo etiam *Adr. Stegerus* in libello de *purpura* p. 57. sqq. De *tachygraphis* (z) eorumque (*) notis (vnde (**) *notarii* dicti,) agit *Lipsius Cent. I. ad Belgas*

 epist.

(z) Singulare exemplum tachygraphi est *Caspar Cruciger*, Wittebergensis theologus. Is tantum valebat scribendi velocitate, vt ne unum quidem verbulum concionatoris rapidam ac rapacem eius manum effugeret. Testis huius rei *Myconius* est Hist. Reform. cap. 12. p 47. his verbis: *Er kunte so behende schreiben, dass, wenn er* Luthero *in der Predigt oder* Lection *nachschrieb, er kein Wort versahe.* Ad hoc scripturae miraculum illud adiungo, quod *Henr. Stephanus* potuit in tenebris scribere, adeoque absque omni oculorum vsu. Testis est ipsemet in *Apologia pro Herodoto* illa, quae praefixa est ipsius Herodoto 1584. edito p. 61.

(*) De *notis* Tyronis et Senecae vid. *Morhofius* Polyhist. lit. lib. IV. cap. 2 §. 4. et *Fabricius* Bibl. Lat. lib. II. cap. 9. §. 7. p. 363. sq *Senecam* non esse auctorem istarum notarum, nec patrem ipsius, ipse nos docet Epist. 90: *Quid verborum notas*, inquiens, *quibus quamuis citata excipitur oratio? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt.* Addo e *Diogene Laërtio lib. II. 48.* iam ante Socratis tempora Athenis fuisse vsum harum notarum tachygraphicarum siue huius ὑποσημειώσεως.

(**) Teste *Augustino* lib. II. *de doctr. Christ.* cap. 26. De *notariis* veteris Ecclesiae agit *Quenstedius* Antiquit. Bibl. et eccles. cap. 2. num 8. §. 6. p. 129. sqq. et *Suicerus* Thes. eccl. T. p. 431. et *Io. Christoph Colerus* Anthol. p. 87. sq.

epist. 27; *Sixtus Senensis Bibliothecae Sanctae* lib. III. p. 171. sqq. Qui describendis libris nauabant operam, quique eos vendebant, *librarii* (*a*) vocabantur, de quibus *Montefalconius Palaeogr.* lib. I. cap. 5. sqq. Lectu quoque digna est *Schoetgenii* Dissertatio (*b*) *de librariis et bibliopolis veterum*, et *Eschenbachii* Disputatio (*c*) *de scribis Romanorum.* Hebraicorum librariorum catalogum exhibet *Wolfius Biblioth. Hebr.* T. II. lib. III. c. 3. § 2. Librariorum quoddam genus erant *antiquarii*, qui antiquos describebant codices in bibliothecis, de quibus vid. *Struuius* Dissert. *de iure bibliothecae* c. I. §. 22. 23. 24. Adde, fuisse etiam librarias, hoc est, mulieres libris describendis operam nauantes. Certe *Eusebius* earum meminit *lib. VI. hist. eccl. c. 23.* Ac *Diemudis*,

(*a*) Medio aeuo etiam, qui monachorum sui monasterii bibliothecae praeerat, vocabatur *librarius*. Eodem tempore bibliothecam appellabant *librariam*, Germanice *die Liberey*. Vid. *Dufresnii* Glossarium v. *libraria*.

(*b*) Lipsi. 1710. Idem eam auctiorem edidit sermone patrio a. 1722. quae editio recensetur in *Actis erud.* Suppl. T. VIII. p. 508. Adiicio de librariorum veterum diligentia locum Sidonii Apollinaris, lib. V. epist. 15. memoriae prodentis, libros nouiter descriptos consuesse ab erudito quopiam relegi et retractari, et quidem altero contra legente illum codicem, e quo nouus erat descriptus. Mirus error, quo librarius quidam, *Aemilius Probus*, diu habitus pro auctore *Vitarum excellentium imperatorum*. Scilicet exemplaribus suis librarii solebant nomina sua modo praescribere, modo subscribere.

(*c*) Exstat in Fasciculo Dissertationum Roterodamensi P. II. p. 253. spp.

mudis, monialis Germanica saeculi vndecimi, ob plurimos eleganti sua manu descriptos libros maiorem in modum laudatur a *Bern. Bezio* in Praef. ad Tomum primum sui *Thesauri Anecdotorum* §. 37. p. 20. sq.

XI.

Vtebantur etiam prisci compendiis quibusdam scripturae. Ac de Hebraeorum quidem abbreuiaturis *Buxtorfii* liber exstat: cui supplementa nuper adiecit *Wolfius* in *Bibliotheca* (*d*) *Hebraea*. De Romanorum notis (*e*) egit *Valerius Probus*, itemque *Sertorius Vrsatus*, cuius opus Patauii a. 1672 in forma folii prodiit. Singularis harum notarum index vna cum earum interpretatione adiectus est Gruteriano *Corpori Inscriptionum*. De Latinis medii aeui abbreuiaturis optime meriti sunt Hanouerae *Baringius* et *Waltherus*. De Graecorum librariorum abbreuiaturis et siglis exponit *Montefalc. Palaeogr. Graecae* libro quinto toto. Exstat etiam *Ioannis Nicolai* liber *de siglis veterum*, a. 1703. Lugduni in Batauia editus. De *veterum criticorum notis* singularis *Eschenbachii* Dissertatio (*f*) inserta est Fasciculo (*g*) Roterodamensi.

XII.

(*d*) Tomo II. lib. III. cap. 3. §. 8. p. 575. sqq.

(*e*) Conf. *Struuii* Biblioth. numism. cap. V. p. 217. sq. Huc pertinet nummariae rei studiosorum concertatio de CONOB. cuius de abbreuiaturae sensu mihi quoque nuper placuit meam publice exponere sententiam.

(*f*) Addatur *Rich. Simonius* Bibl. crit. T. I. c. 13. *Fabricius* Bibl. Graec. l. II. c. 2. §. 18. p. 274. *Act. erud.* Suppl. T. V. p. 154. sq. (*g*) P. II. p. 283. sqq.

XII.

De *distinctionibus* siue *interpunctionibus* veterum docte disputat *Clericus artis Criticae* P. III. Sect. I. cap. 10; *Stolbergius* in *Exercitationibus de distinctionibus*, *cumprimis N. T.* et *Montefalconius* lib. I. *Palaeogr.* cap. 4. p. 30. sqq. Est vero magnopere dolendum, veteres grammaticos non etiam excogitasse *notam pronuntiationis emphaticae*, vt cognosceret lector, cui verbo accentus imponi debeat. Saepe enim fit, vt oratio sit obscura, quando pronuntiatur perperam; simul ac vero verbo emphatico suus imprimitur accentus, euadat lucidissima. E. g. horum Christi verborum *Ioan. X. 11*: Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, falsa pronuntiatio hanc peperit versionem: *Ich bin ein guter Hirte.* Debebat vero τῷ *ich* imponi accentus: *ICH, ich, sage ich, bin der von den Propheten verkündigte grosse Hirte Israëls: ICH bins, und kein anderer.* Similis locus est 2. *Paralip.* XXXIII. 4. *zu Ierusalem soll Mein (und keines andern Gottes) Nahme seyn ewiglich.* In *mein* enim debet acui pronuntiatio: quod idem fieri oportet in *v.* 7. *meinen Nahmen.* Faciendum idem 2. *Regum XXI.* 4. et 7. Ita si *Matth. XXVI.* 10. colloces accentum, quod vulgo fit, in *patrauit*, a vero sensu aberres necesse est. Sic igitur legito: *Nam opus bonum patrauit erga ME.* Sensus enim hic est: Si opus bonum erga paupe-

res

res patratum censetis laude dignum, quanto laudabilius erit opus in ME, in ipsum Dei Filium, patratum! Etiam *Lucae IX. 55*: *Wisset ihr nicht, was für eines Geistes Kinder Ihr seyd?* et *Ioan. XVIII. 21. Quid interrogas ME? Interroga eos, caetera.* Pari modo in tertia *Ciceronis* contra Catilinam oratione, eiusque capite primo, haec verba: *laboribus*, *consiliis*, *periculis meis*, accentum debent nanciscí in verbo vltimo. Est enim hic *Cicero* orator gloriosus, exultatque et triumphat ob insidias Catilinae patefactas. Si igitur non intendatur et veluti acuatur pronuntiatio in verbo *meis*, oratio fit languida simul et obscura. Intelligere hinc licet causam, cur interdum ea oratio, quam admirabundi accepimus nostris auribus, non habeat parem vim in animo alterius, qui eandem legit. Verbis scilicet suus accentus (*) deest et sua quasi vita. Ac laetatus sum, cum nuper vidi, *Zeltnerum* in editione sua Bibliorum

(*) Aliud pronuntiationis emphaticae exemplum est in *Orat. Ciceronis pro Archia cap. 3.* Si enim haec verba: *non negligebantnr*, ita fuerunt ab oratore pronuntiata, vt τὸ non proferretur voce elatiori grauiorique, fuit *litotes*, significauitque Cicero, Romae tum vehementissime culta fuisse literarum studia. Sin ea verba simplici pronuntiatione effudit, contrarium significauit, Romae videlicet non aeque acriter, ac in caeteris Latii oppidis, cultas tum fuisse literas. Posterior. haec interpretatio placet Manutio, prior illa mihi. Neutra tamen est satis certa: adeoque certissima Ciceronis sen-

rum Germanicorum primam literam verborum *der* et *ein*, vbi accentus in ea incidere debet, maiuſcula forma ſcriptam voluiſſe, atque ita initium quoddam feciſſe ſignandi veram et non cuiuis lectori obuiam pronuntiationem emphaticam.

XIII.

Vti olim nullis vtebantur in ſcribendo diſtinctionibus, ita nec accentibus: cuius vtriusque moris ſpecimen videre eſt in *Actis Apoſtolorum* ex mille annorum codice, in bibliotheca Bodleiana aſſeruato, anno 1715. Oxonii a *Thoma Hearnio* editis. Aliud ſpecimen *Mareſchellus* exhibuit ad *Verſionem N. T. Anglo-Saxonicam* p. 497. De Graecorum accentuum origine et vſu exſtant *Henninii* ac *Maioris* Diſſertationes paradoxae: quarum argumentum exhibetur in *Actis* (*h*) *eruditorum* Exſtat

ſententia ignoratur ab eius poſteritate. Sic certant Critici, vtrum Liuius, Polybium *lib. XXX. cap. 45.* appellans *auctorem haudquaquam ſpernendum*, laude eum an contemtu affectum voluerit. Mihi quidem videtur honoris cauſa eum ita nominaſſe. Nam et alibi (*lib. X. cap. 30. et 40.*) honorifico ſenſu dixit *haudquaqum ſpernendus.* et *lib. XXXIII. cap. 10.* haud dubie laudat Polybium, cum eum vocat *non incertum auctorem cum omnium Romanarum rerum, tum praecipue in Graecia geſtarum.* Aequum igitur eſt credere, eandem fuiſſe Liuio mentem, quae Ciceroni fuit, *lib. III. de officiis cap. 32.* appellanti Polybium *bonum auctorem in primis.*

(*h*) A. 1785. p. 147. et a. 1686. p. 331. Vid. ibidem a. 1730. p. 431.

Exstat item *C.G. Hofmanni* Commentatio de genuina Graecae linguae modulatione s. accentibus, iterum edita Lipsi. a. 1733. Mea quidem haec est sententia. Antiquissimis temporibus Graeci scribebant secundum pronuntiationem, et e. g. quod *o* pronuntiabatur producte, scribebant ω, quod vero breuiter, *o*, Hinc sequitur, eos et scripsisse et pronuntiasse e. g. ἀνθρωπος, Ὁμηρος media syllaba longa. Postea vero vulgus in plurimis vocibus pronuntiationem vitiabat, dicens e. g. ἄνθρωπος, Ὅμηρος; media breui. Tandem vsus fiebat pronuntiationis tyrannus, et eruditi quoque plebeiam sequebantur pronuntiationem. Soli poëtae seruabant pronuntiationem Homericam, id est, vetustissimam. Grammatici igitur nouam pronuntiationem sequebantur collocandis accentibus, id vnum prouidentes, ne rursus alia inueheretur pronuntiatio, sed vt in pronuntiatione tandem esset aliquid certi.

XIV.

Ad Hebraeorum puncta et accentus quod attinet, vulgatior sententia pro eorum vltima antiquitate propugnat acerrime. Sed cordatiores sententiam hanc inter Rabbinorum referunt mendacia, atque cum *Luthero* (*i*) statuunt,

(*i*) Comment. in Genes. cap. 36. fol. 450. b. Atque hac de causa *Zeltnerus* in Dis. ad 2 *Sam. V. §.* a. 1729. edita §. vlt. iudicat, *Lutheranos decere, ita sentire*, hoc est, punctorum iuniorem aetatem agnoscere. *Loescher*

tuunt, *puncta recens inuenta esse, quibus non vbique possimus tuto niti.* Etsi igitur *Buxtorfius* et *Wasmuthius* vulgarem opinionem summis viribus defenderunt, hodie tamen doctissimus (*k*) quisque *Cappello*, victo tandem praeiudi-

Loescherus, qui lib. II. *de caus. ling. Hebr.* cap. 3. et 5. recentissimus est vulgaris opinionis patronus. p. 279. scribit, *Lutherum, cum a criticis quibusdam exacerbatus paulo durius contra antiquitatem vocalium punctorum pugnasset, in posterioribus curis, praesertim Commentario in Genesin, rectius disputasse.* Sed falsam commentitiamque esse hanc narrationem, non solum is, quem modo memorani, locus manifestum facit, sed et alius eiusdem Commentarii f. 700. b. et f. 701. a, vbi vltimum Capitis XLVII. versum illustrans Lutherus acriter punctorum nouitatem propugnat. Non igitur *Loeschero* fidem habere debebat *Wolfius* Bibl. Hebr. T. II. p. 483.

(*k*) *Tanta enim rationum euidentia id adstructum est a praestantissimis saeculi nostri viris, vt veli gnorantiam vel contumaciam prodat, quisquis contrarium opinatur*, inquit *Vitringa* Obs. sacr. lib. I. Diss. III. cap. 2. §. 4. p. 185. Addo verba *Ios. Scaligeri*, asperius ita pronuntiantis in *Opusculis* p. 342: *Delirant, qui puncta vocalia simul cum lingua nata esse putant, quos ratio, vetustas, et* ὀφθαλμοφάνεια *ipsa insanire vincit.* Cum quo concinit *Cunaeus*, lib. I. de Rep. Hebr. cap. 19. iudicans, *nugacissimis vti argumentis, qui negent, esse hoc Masoritarum inuentum.* Eundem in modum *Schickardus* in libri *de iure regio* Theor. V. p. 109. *Valde miror, superesse, qui vocalium Hebraicarum antiquitatem serio credant.* Nec aliter *Hacspanius* censet in *Sylloge Disp.* p. 176. 180. 182. 191. 192. *Zeltnerus* quoque in *Disp. de nomine Iehoua* a. 1712. emissa §. 4. ait, puncta literis in S. codice adiecta esse *peregrina, tanta argumentorum vi*

iudicio, assentitur. Duas (*l*) tantummodo laudare libet hanc in rem Dissertationes. Altera, *Andream Sennertum* habens auctorem, inscripta est *de punctorum vocalium Hebraeorum neque cum literis, neque cum verbo DEI scripto coaeuitate*, Wittebergae a. 1680. recusa. Altera (*m*) *Io. Brunsmannus* ostendit, *accentuationem Hebraicam esse rem ineptam, et nulla auctoritate dignam.* Addatur *Iablonskii* praefatio ad Biblia Hebraica, itemque *Prideauxii Historia Vet. Test.* T. I. p. 438-458. et *Io. Frid. Cottae* a. 1726. editus et *Clerico* in postremo *Bibliothecae* suae *antiquae et nouae* tomo valde laudatus liber *de origine Masorae punctorumque Hebraicorum.* Vid. et *Waehneri Antiq. Hebr.* T. I. p. 121. sqq. Illud denique obseruatu dignum, primum e *Iudaeis* nouitatem

vi atque robore demonstratum esse, vt, caetera. Eadem est *Relandi* sententia in Praef. ad *Dissert. de pronuntiatione nominis Iehoua.* Ac nuper in ipsa Wittebergensium Academia id profiteri sustinuit *M. E. F. Kobius* in Disp. *de mingente in parietem*, a. 1725. edita, p. 4. Conf. *Weismannus* Sched. Acad p. 441. sq.

(*l*) Plenissimam hac de controuersia tractationem reperies in *Wolfii* Biblioth. Hebr. T. II. lib. III. cap. 2. §. 4. seqq. p. 476. sqq. Adde *Acta erud.* Suppl. T. VII. p. 72. et a. 1725. p. 345. sq. et in Nouis Suppl. T. III. p. 284. seqq. et *Carpzouii* Crit. S. cap. V. Sect. 7. Lucidissimis etiam argumentis nouitatem punctorum vocalium demonstrat in epistola ad Buxtorfium *Ioannes Morinus*, inter huius *Epistolas* Londini 1682. editas p. 368-395.

(*m*) Hafniae 1708.

tatem punctorum vocalium et accentuum Hebraicorum agnouisse et propugnasse *Eliam Leuitam;* primum e *Christianis Ludouicum Capellum*, professorem Sedanensem; primum e *Lutheranis Io. Christoph. Kohlhansium*, Professorem Gymnasii Gottingensis: qui quam acriter contra aduersarios tuitus sit hanc sententiam, docui in *Historia Gymnasii Gottingensis* cap. III. §. 24.

XV.

Olim quoque codices vna serie contexebantur, donec vtilitati communi melius consultum est distinctione librorum in capita, capitum in versus: quem morem inconsulto antiquitatis amore victus damnat *Salmasius*. Totum sacrum codicem primus omnium *Stephanus Langtonus*, Anglus, saeculo XIII. in hodierna *capita* diuisisse dicitur *Pitseo* apud (*n*) *Bluntium*. Habet tamen (*o*) *Heideggerus*, cur diuisionem illam contendat esse antiquiorem. *Capita* illa in Vet. Test. primus in (*p*) *versiculos*

(*n*) Cens. aut. p. 403- *Stephanus*, *Cantuariensis Archiepiscopus, totam Bibliam in capitula, quibus nunc utuntur moderni, distinxit:* inquit *Nicolaus Triuetus in* Chronico suo ad annum 1228. Vid. et *Lelandi* Collectanea de rebus Britannicis T. II. p. 327.

(*o*) Enchir. Bibl. lib. I. c. 1. §. 6. et lib. III. c. 1. §. 7. Vid etiam *Pritius* Introd. in lectionem N. T. cap. 26. §. 1.

(*p*) *Aliam* Codicis V. T. in *versus* diuisionem fecerant iam olim Origenes et Hieronymus. vid. *Valesius* ad Eusebii Hist. eccl. lib. VI. cap. 16. et *Rich. Simonius* in Hist. crit. V. T. lib. 2. cap. 28. itemque *Io. Croius* in

Obs.

los diuisit *Santes Pagninus*, testibus *Sixto Senensi* et *Scaligero* apud (*q*) eundem *Bluntium*. Sic etiam *Paulus Fagius* in versus diuisit *Para-*

D 2 *phrasin*

Obs. sacr. cap. 2. 3. 6. 7. et 8. Etiam *Carolus M.* lib. I. *de imaginibus* cap. 30. et lib. II. cap. 1. 2. 3. & 11. memorat, *versiculos* Psalmorum, quos et *commata* vocat itemque *capitula*. Imo ipsi Hebraei suam habent sacri codicis in versus diuisionem, de qua vid. *Wolfius* Bibl Heb. T. II. p. 44. De alia librorum Biblicorum in versus distinctione versionis Graecae veteris Testamenti, saeculo XIII. facta, vid. *Montefalconius* Palaeogr. lib. IV. cap. 8. p. 316. sq. Hodiernam vero versuum numerationem debemus *Pagnino*.

(*q*) Lib cit. p. 536. et 538. Dolendum vero, versus Veteris Testamenti haud raro male diuisos esse, malamque illam diuisionem tenebras offundere interpretibus, connectentibus cum priori oratione, quae cum posteriori erant coniungenda. Statim secundus ac tertius *Geneseos* versus ita diuidendi erant: *2 Et terra -- abyssi. 3. Et Spiritus Dei motum faciebat super aquis; dixitque Deus Fiat lux. Et Facta est lux.* Rursus cap. II. versus 20. haec deberet continere verba: *Et vocauit homo -- bestiae agri;* versus autem 21. ista: *Cum vero homini non inueniretur adiutorium, immisit Deus homini soporem*, caetera. Ita et cap. XXXII. haec verba: *Et remansit Iacob solus*, deberent esse finis versus 23. non initium versus 24. Insignis etiam error diuisionis occurrit *Ierem.* XIV. 17. Nam versus prior concludendus erat his verbis DEI: *Quae modo tibi dixi, loquaris ad populum.* Sequuntur nunc non DEI, sed prophetae verba: *Lacrymor dies noctesque.* Nec *Nouum Testamentum* caret malis versuum diuisionibus, iisque impedientibus, quo minus cognoscatur verus verborum sensus. Non ita pridem id accidisse docui *1 Cor.* IX, 9. 10. et *2 Petri* III, 11. 12. Perbene nuper hoc nomine meritus est de N. T. lectoribus *Schoetgenius* sua eius editione laude dignissima. Vid. et *Gataker* Adversar. posthum. cap. 17.

phrasin Pentateuchi Chaldaicam: id quod quo consilio fecerit, ipse docet in Praefatione. Noui Testamenti in versiculos partitionem debemus (*r*) *Roberto Stephano*, teste ipsius filio *Henrico* in praefatione ad *Concordantias N. T.* et hinc *Heideggero Enchir. Bibl.* lib. III. cap. 1. §. 9. itemque *Pritio Introd. in lectionem N. T.* cap. 26. §. 2. Hanc *Henrici Stephani* narrationem inspicientes, non sine summa admiratione legere possumus, quae scripta reliquit in *Chronographia* (*s*) sua *Genebrardus*. *Augustinus Iustinianus*, inquit, *Episcopus Nebiensis*, a. 1516. *Nouum Testamentum per versiculos distinguit, numerorumque notis diuidit: quam versuum distinctionem deinceps nostri secuti sunt.* Hinc cum manifestum sit, aut *Stephanum* mentiri aut *Genebrardum*, iustius huic tribuerim mendacium, quippe pro acerrimo suo in haereticos odio ea narratione cauere studuisse videtur, ne vel leuissimum quippiam esset in Catholicorum sacris codicibus, quod auctorem haberet hominem haereticum.

XVI.

Ad caeteros auctores siue profanos siue ecclesiasticos quod adtinet, docemur a

(*n*) De alia *Euthalii* distinctione N. T. in capita et versus vid. *Fabricius* Bibl. Graec. lib. V. cap. 24. p. 367. Addatur eiusdem lib. IV. cap. 5. §. 21. p. 221. sqq. itemque eius editio *Hippolyti Operum* T. II. p. 205. sqq.

(*s*) Lib. IV. p. 713.

a (*t*) *Trithemio*, primo *Ioanni de Lapide*, saeculi XV. Scholastico, in mentem venisse, ad facilius indicanda et inuenienda eorum loca facere illam librorum diuisionem in *capita*, sine qua vix vllus veterum scriptorum hodie typis exscribitur. Ea vero versuum dinumeratio, qua non pauci classici auctores hodie gaudent, recentissimae aetatis est, primumque auctorem habet *Matthiam* (*u*) *Berneggerum*, quem secutus est gener ipsius, *Ioannes* (*x*) *Freinshemius*, vir non minus praeclare de literis promeritus.

(*t*) De scriptor. Eccles. cap. 894. Scias tamen, lector, non omnino olim incognitam fuisse librorum in capita diuisionem. Tractabantur enim quibusdam in libris diuersa argumenta: vnde per se nascebatur eorum librorum in certa capita partitio. Exemplo est *Theophrasti* liber *de characteribus morum*. Huius generis sunt *Gellii Noctes atticae*, qui et ipse vltimis earum verbis fatetur, se ipsum libros suos in capita diuisisse. Sic et *Ouidii* libros *Tristium* in capita siue Elegias diuidi res ipsa iubebat. Alios vero libros e. g. *Ciceronis Orationes et Officia*, *Liuii Historiam*, veteres habebant indiuisos.

(*u*) Freinshemius in Praef. *ad Florum: Berneggerus omnes auctores commodioris vsus gratia in versiculos distribuit.* Ipse quidem Berneggerus Praef. in *Florum* scribit, *Robertinum* quendam, discipulum suum, quem Borussum natione fuisse, aliunde cognitum habeo, *Florum dissecuisse in tmematia seu versiculos.* Sed a *Robertino* id factum iussu et auspiciis Berneggeri, vix est, quod dubitemus

(*x*) Ita enim scribit in Dedicatione sui *Taciti: Indicis necessitas hanc quoque curam secum traxit, vt singula capita in versus partienda, versuumque numerus in margine paginarum adscribendus esset.*

XVII.

Notandus quoque mos veterum est, ad comprimendam impostorum librariorum audaciam librorum conclusionibus adiiciendi adiurationes. Qua de re singulares exstant dissertationes *Fabricii* et *Lilienthalii*, illius in *Bibl. Graeca* lib. V. cap. 1. p. 74. sqq. huius in *Selectis historico literariis*, loco primo. Insigne exemplum *Ioannis* apostoli in exitu *Apocalypseos*, et *Irenaei*, apud *Hieronymum* in *Catal. script. eccl.* cap. 35. Plura talium adiurationum exempla *Palaeographia Graeca Montefalconii* exhibet p. 58. 63. 69. 75. 76. 89. 230. 292. 385. Mihi vnam adiicere libet, quae nuper occurrit legenti duorum Benedictinorum *Iter literarium* a. 1724. Lutetiae editum. Ibi enim *p. 45.* librarius ita finit suam subscriptionem:

Quem (librum) *si quis tollat, tellus huic ima dehiscat,*
Viuus et infernum petat amplis ignibus atrum.
Fiat, Fiat.

XVIII.

Caeterum cum hodie quoque tot tantaeque occurrant eruditorum querelae de vitiosa librorum suorum descriptione typographica, non male facturi videntur auctores, si adiurent bibliopolas, vt edendis suis libris adhibeant correctorem quam religiosissimum. Nec iniuste fecerint iidem, si tali adiuratione arceant posteros ab editione scriptorum suorum publicae luci non destinatorum. Idque iam fecit

Lipsius,

Lipsius, testamenti tabulis (*y*) vetans quicquam suorum scriptorum a morte euulgari, adiecta hac formula: *Si quis aliter, sacer atque intestabilis esto, et Deus vindicato in ipso posterisque.*

XIX.

Excogitata quoque fuit arcana scribendi (*) ratio, quam *steganographiam* vocant, cui opponitur ars *decifratoria*, quam nostris temporibus excellentissime (*z*) calluit *Ioannes Wallisius*, mathematicus Oxonienſis. Com-

(*y*) Testis *Miraeus* in Vita *Lipsii* p. 129. Quid igitur fiet *Burmanno*, qui nuper non sibi duxit religioni, publicare plurimas nondum antea editas *Lipsii* epistolas? An forte vir optimus credidit, vanam hanc fuisse *Lipsii* iram, maluitque commoda augere reip. literatae, quam parere edicto praetoris vitio creati? Scilicet hac vna in re voluntati illi vltimae eruditorum morem geri non debere arbitror, si scriptis eorum posthumis insint, quae historiam partim emendent, partim confirment, partim augeant. Talia enim perire pati, piaculum esse videtur.

(*) Libet hic proferre, quod ad me scripsit doctissimus vir, *M. Io. Andreas Fabricius*, Ienae a. 1733. *Memini arcani steganographici imperscrutabilis, quod paucis tecum communicabo. Conueniant duo amici inter se de libelli cuiusdam editione. Scribant deinde ita, vt loco literae scribendae paginam et lineam, in qua littera illa prima est, ponant. Sic nemo scriptionem hanc detegere poterit. E.g. 85.7; 14.8; 15.1; 15.13; 16.1; 17.9; 17.5; 8.2; 9.4; 5.2; 6.2; 54.2; 40.1; 64.1; 71.3; 16.2; 3.8; 6.6; id est*, Hic est eruditissimus, *evolutis scilicet paginis* Conspectus *tui* reip. lit. *editionis anni 1733.*

(*z*) Vid *Acta erud.* 1713. p. 398. et 1729. p. 38. et 255

mendandi hic mihi sequentes (α) libri sunt: *Crellii* Disp. *de Scytala Laconica*, Lipsi. 1697. *Lud. Henr. Hilleri Mysterium artis steganographicae nouissimum*, Vlmae 1682. 8. *Io. Bapt. Portae de furtiuis literarum notis libri V.* Neapoli 1602. fol. *Io. Sestri Methodus breuissima in omni lingua occulte scribendi*, Romae 1711. 4. Addatur *Verulamius* lib. VI. *de augm. scient.* cap. 1. p. 279. sqq. Nec omittenda, quae de Hebraeorum cryptographia tradit *Buxtorfius* lib. *de abbreuiat.* p. 26. sq. et 30. deque Graecorum cryptographia librariorum *Montefalconius* Palaeogr. lib. IV. cap. 4.

XX.

Perfecta ita scribendi arte ab antiquissimis inde temporibus praestantissima quaeque ingenia libris conscribendis dederunt operam. Agnoscamus, quaeso, ingens DEI beneficium, quo libros dedit humano generi. Quam suauem hi reddunt vitam nostram! Quam foret ea iniucunda, si careremus libris! Quid magis mentem hominis delectat, quam versari inter homines doctos, et ab iis aliquid iucundae scientiae accipere? Atqui ea felicitate fruitur, qui libros legit. In his enim alloquitur te modo

(α) Alii etiam huius generis libri commemorantur in *Io. Alb. Fabricii* Opusculis p. 12. et 13. Recentissima est *Christiani Breithaupti* Ars decifratoria, 1737. et *Davidis Arnoldi Conradi* Cryptographia denudata 1739. qui prioris institit vestigiis. Legi in primis meretur *Thuanus* lib. CXXIX. p. 1004. de decifrandi arte *Francisci Vietae*, mathematici Galli.

modo hiſtoricus aliquis, modo orator, modo poëta, modo philoſophus, *etc.* mentemque tuam paſcit epulo dulciſſimo. Dici itaque poſſumus exercere artem necromanticam non modo ſine crimine, ſed etiam cum laude, dum iubemus, quoties licet, ad nos venire mortuos et verba facere ſalis mellisque plena. Alius enim Ciceronem euocat, alius Liuium, alius Platonem, alius Lutherum, alius Thuanum, alius Carteſium, alius alium: Veni huc, inquiens, et tuo me ſermone oblecta, quamdiu mihi libuerit audire vocem tuam. Quanta vero illa felicitas noſtra, cum nos, quotiescunque codicem legimus ſacrum, alloquitur propheta aliquis vel apoſtolus, imo per prophetas et apoſtolos ipſe DEVS! Quanto infeliciores erant maiores noſtri, qui libris carentes *multum venatibus, plus per otium transigebant, dediti ſomno ciboque:* cuius rei Tacitus teſtis eſt *Germ. Cap. 15.* Nobis vero nullum tempus taedioſum, imo nullum non iucundiſſimum. Nunquam enim minus ſumus ſoli, quam cum in bibliotheca credimur eſſe maxime ſoli. Nec viri ſolum, ſed et foeminae multae, neque ſolum docti, verum etiam aliis vitae generibus addicti, tempus ſuum hac voluptatae ſolent fallere, magis ac magis cognoſcentes, et prodeſſe libros et delectare.

XXI.

Ac initio quidem, quicquid librorum componeretur, verſibus contextum fuiſſe, *Strabo*

tradit libro primo, isque est vniuersae consensus Graeciae. Vnde etiam (a) *Lactantius*: *Poëtae sunt multo antiquiores*, inquit, *quam historici et oratores, et caetera genera scriptorum.* Scilicet etsi simplicius est ac facilius, oratione vti soluta, tamen, quia ne prosa quidem oratio tum temporis exculta erat, ne nimis vulgare videretur, quod ab iis scribebatur, qui vulgo videri volebant doctiores, vti placuit (b) versibus. Et haec caussa est, cur nomen (c) ποιητὴς, quod proprie significat *auctorem factoremque libri*, solis carminum scriptoribus aetate secuta adhaeserit. Tandem primus *Pherecydes prosam orationem condidisse* dicitur. Testis eius rei his ipsis verbis est *Plinius* libro (d) septimo. Audiamus et *Apuleium*. Is in (e) *Floridis* Pherecydem scribit *primum, versuum nexu repudiato, conscribere ausum esse passuis verbis, soluto locutu, libera ora-*

(a) Lib. VII. cap. 22. n. 2. Adeatur et *Vauassor* lib. de epigr. cap. 9; *Ioan. Strauchius* Diss. I. in Taciti Germ. cap. 2. §. 3; *Menagius* in Laërtii I. 119.

(b) Sic *Ioannis Saxonis*, Noribergensis illius libri Germanici a vulgo auide fuerunt lecti, quia numeris et rhytmis constabant. Eosdem nemo typographus vendere potuisset, si profluxissent verbis solutis.

(c) Conf. *Fabricius* Bibl. Graec. lib. I. cap. 1. §. 1. et 2. Generali hoc sensu *poëta* dicitur a *Plauto Asin. IV. 1. 3.* E contrario ποιᾶν *librum* restrictiore sensu a *Diogene Laërtio* II. 111. dicitur, qui totius operis sui sermonem metri lege coërcet.

(d) Cap. 56

(e) P. m. 351. sp.

oratione. At alio (*f*) loco *Cadmum* Milesium huius rei auctorem facit *Plinius*, vt adeo a semetipso dissentire contrariaque tradere videatur. Quae res sollicitauit (*g*) Criticos, parum perspicientes, quo pacto in concordiam redigi queant diuersae *Plinii* narrationes. Mihi vero ex voto res videtur succedere, si dicas, *Cadmum* historici, *Pherecydem* philosophici argumenti libros composuisse primum oratione libere profluenti, eamque ipsam esse *Plinii* sententiam. Memoratu nec hoc indignum, quod, qui primus omnium Germanica lingua scriptum librum edidit, Ottfridus, ligato sermone usus est.

XXII.

Etsi vero cum ligato, tum soluto sermone scripta fuerant (α) volumina quamplurima, tamen

(*f*) Lib. V. cap. 29.

(*g*) Vnum nomino *Ptolemaeum Flauium*, eiusque *Centuriae criticae* caput vltimum, quod in *Gruteri Thesauro critico* exstat T. I. p. 994. sq.

(α) Scriptores, qui ante Homerum libros ediderunt dudum deperditos, *Fabricius* recenset in primo *Bibliothecae Graecae* libro, itemque *Ionsius* lib. I. cap. 3. Horum scripta cur interierint, duae potissimum causae sunt. Primo qui versibus scripserant, eorum libri ideo facile peribant, quia nemo eorum non erat longo interuallo inferior Homero: cuius poëticum opus cum tantae esset molis, omnem legentium operam absumebat. Qui vero prosa vsi erant, eorum scripta tum negligebantur, cum, quae scripserant, suos congessissent in libros longeque et accuratius et ornatius exposuissent Herodotus et secuti eum scriptores. Deinde mortem tot libris attulit vastatio Athe-

tamen partim temporis iniuria, partim vilitatis suae culpa, librorum maxima pars periit, ac, si ab Hebraeis discesserimus, vetustissimus scriptor ligati sermonis, quem habemus, *Homerus* (*h*) est; soluti, *Herodotus*. Nam quae *Homero* antiquiora iactantur poëmata, consentientibus eruditis spuria sunt. Pari modo quae scripta soluta oratione feruntur ante *Herodotum*, qui CCCCL. annis ante natum Christum floruit, ab eruditissimo quoque agnoscuntur suppositicia, *e. g. Aesopi fabulae, Phalaridis* ac *Themistoclis Epistolae, etc.*

XXIII.

Librorum multitudo iam olim (*) occasionem dedit colligendis bibliothecis, quarum hodie non nisi fama supereſt. De celebrioribus antiqui orbis bibliothecis singulari syntagmate egit *Lipsius*, in quo potissimum fata describit bibliothecae Alexandrinae, Pisistrateae, Aristoteleae, Attalicae, Octauiae, Capitolinae. Quem librum dolendum est non pro-

Athenarum ac totius Graeciae a Xerxe facta, quam ipse Herodotus libro octauo describit: cui succesſit altera duce Mardonio a Xerxe relicto: quam idem in libro nono commemorat.

(*b*) Hinc *princeps literarum* recte appellatur *Plinio* lib. II. cap. 6. qui et *primum doctrinarum et antiquitatis parentem* eum vocat lib XXV. caq. 2. *Herodotus* vero, antiquissimus historicorum Graecorum, qui supersunt, a *Cicerone* vocatus est *historiae parens*.

(*) De *Euthydemi* cuiusdam copiosa bibliotheca tempore *Socratis* vid. *Xenophon* Memorab. Socr. lib. IV. p. 791. et 793.

prodiisse denuo annotationibus *Georgii Hieronymi Welschii* auctum, qui et adiunxerat catalogum bibliothecarum ac pinothecarum praestantiorum. Testis enim est in eius *Vita Lucas Schroeckius*, laborem illum iam perfectum reliquisse publicaeque editioni maturum *Welschium*. Adeatur et *Struuius Introd. in rem lit.* cap. 2. et *Hottingerus*, qui alphabeticum exhibet catalogum bibliothecarum tum veterum, tum hodieque exstantium in *Bibliothecario* suo (*i*) *quadripartito*.

XXIV.

Tandem ars typographica (cuius beneficio bibliothecarum plena facta sunt omnia, vt hodie vix vlla sit praeclare eruditi viri bibliotheca, quae non praeferri mereatur celeberrimae illi Alexandrinae,) saeculo XV. inventa est, de auctore eius certantibus Harlemo, Moguntia, et Argentina. Id nemo dubitat, patriae nostrae deberi vtilissimae artis inuentionem, *Beroaldo* (*k*) ita canente:

O Germania, muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetustas,
Libros scribere quae doces premendo.

Caeterum Moguntiae artis huius incunabula tribuere non dubito, permotus auctoritate *Hartmanni Schedelii* et *Io. Trithemii*, scriptorum fide dignorum. Ille in *Chronico* suo

(*i*) Cap. II. §. 5. p. 12-33.
(*k*) Opusc. f. 123. a.

ſuo (*l*) teſtis eſt, *artem imprimendi libros apud Maguntiam, Rheni vrbem, a. 1440. inuentam eſſe.* Hic in Epiſtola quadam, teſte *Rich.* (*m*) *Simonio*: *Impreſſoria*, inquit, *arte NOSTRIS DIEBVS apud Moguntiacum inuenta*, caetera. Ars haec a rudibus (*n*) profecta

(*l*) f. 252. b. Etiam *Wernerus Roleſink* in *Faſciculo temporum* pagina vltima ſcribit, *impreſſiones librorum ortum ſuae artis habuiſſe in Maguntia.* Alia certae fidei teſtimonia de inuentione artis typographicae Moguntina pete ſis ex *Appendice* Tomi ſecundi *Bibliothecae Vffenbachianae vniuerſalis* p. 12. 16. 24. 51. 80. 84. 99. 110. 111. 112.

(*m*) Bibl. crit. T. IV. Epiſt 20. p. 159. Simillimum locum alium Trithemii exhibet *Schelhornius* Amoen. T. VII. p. 283. qui et videatur p. 285. in nota. Idem Trithemius in *Epiſtolis familiaribus*, Haganoae 1536 excuſis, p. 305. ita ſcribit: *Ars, quam impreſſoriam vocant, tempore infantiae meae apud Moguntiam, metropolim Francorum, inuenta*, caetera. Harlemi tamen verius, quam Moguntiae, natam eſſe hanc artem, innuit, ni fallor, *Io. Badius Aſcenſius*, in Praefatione ad *Occami Dialogum* a. 1494. editum haec ſcribens: *Ex quo diuina imprimendi facultas inuenta, aut, vt verius dicam, in meliorem formam reuocata eſt*, caetera.

(*n*) Conf. *Melch. Adamus* Vit. philoſ. p. 1. ſq. *Struvius* Introd. cap. XI. quo hiſtoriam typographicae artis curate perſequitur; *Oudinus* T. III. de ſcript. Eccl. p. 2741. ſqq. *Fabricius* Bibliogr. antiq. cap. XXI. §. 11; *Ioach. Langius* Inſtit. ſtudii theol. liter. p 152. ſqq. De primitiis typographiae Harlemenſibus legi debet *Vffenbachii* epiſtola in *Schelhornii* Amoenit. liter. T. IX. p. 969. ſqq. Inprimis laudandi ſunt *Maittairii* et *Orlandi Annales typographici*, quos recenſent *Acta erud.* a. 1719. p. 487.

fecta initiis tanta cepit (*o*) incrementa, vt hodie, quo progrediatur, non (*p*) habeat.

XXV

p. 478. et a. 1724. p. 101. Suppl. T. VIII. p. 104. *Maittairio* doctissima supplementa adiecerunt *Loescherus* Stromat. p. 134. sqq. et p. 238. sqq. *Schelhornius*, Miscell. Lips. T. XII. p. 66. sqq. et in Amoenitatibus suis *literariis*, itemque *Seelenius* in *Selectis* suis *literariis*. Hebraicorum typographeorum et typographorum notitiam suppeditat *Wolfius* Biblioth. Hebr. T. II. lib. IV. cap. 5. §. 8. sqq.

(*o*) Dignus lectu est *Pauli Patris* liber *de Germaniae miraculo optimo maximo*, *typis literarum*, a. 1710. Lipsiae editus, in quo vniuersam rationem atque pulchritudinem artis typographicae explicat, atque omnia typorum genera exhibet, simul cap. 1. de inuentoribus huius artis differens, quibus quidem perperam adscribit socium *Ioannem Regiomontanum*, fauore scilicet impulsus erga Mathesin, cuius Professor erat: et cap. 2. multorum doctissimorum virorum laudes producens artis typographicae. Adde *Erh. Reuschii Nachricht von den ersten, insonderheit Nürnbergischen Buchdruckern:* quo de libro vid. *Arbeiten der Gelehrten im Reiche p. 236. sq.*

(*p*) Fuit, qui typographicas literas magis assimilare studeret chirographicis. Certe enim eae literae, quibus inscribendo vtimur, non omnino aequant figuras typographicarum. Sed merito caruit consilium illud successu. In manibus habeo librum quendam nouis illis typis expressum, cuius ecce titulum: *Lettres missives du Sr. de Rangouze. Imprimé à Paris, de l' Imprimerie de nouveaux Caracteres, inventéz par P. Moreau, Escrivain juré à Paris, et Imprimeur ordinaire du Roy*, 1648. in 8. Scio, etiam Lipsiae huius generis typos haberi, et iis interdum excudi carmina epistolica. Fuit praeterea quidam *I. B. de Lana*, qui a. 1734. iactaret nouam eamque expeditiorem artem typographicam: cuius de ea literas inserui *Parergorum Gottingensium* libro quarto p. 141. sq.

XXV.

Libet hic subiicere mentionem aliquot egregiorum de ortu artis typographicae librorum, quos componendi occasionem suis auctoribus praebuit *Iubilaeum typographicum* anno 1740. in Germania celebratum. Hagae scilicet eo anno *Prosper Marchand* ἀνωνύμως edidit *Histoire de l' origine et des premiers progrès de l' Imprimerie*, summa statim laude affectus in *Bibliotheque Germanique* T. XLIX. p. 1. sqq. Ad hoc opus *Supplementum de libris saeculo decimo quinto (q) excusis* exhibetur in *Bibliotheque raisonnée T.* XXV. p. 271. sqq. Eodem anno Altorfii *Christianus Gottlibius Schwarzius* edidit et illustrauit *Primaria quaedam documenta de origine typographiae*, tribus inclusa Disputationibus Academicis. Anno eodem Lipsiae *Io. Henr. Leichius* librum emisit *de origine et incrementis typographiae Lipsiensis*. Adiunxit *Diatriben de libris ligno incisis*, itemque *ad Maittairii Annales typographicos Supplementum librorum saeculo XV. excusorum.* Eodem anno Harlemi *Io. Christianus Seizius* edidit *Succinctam tractationem historicam de arte typographica*, eius natiuitatem Harlemo vrbi vindicans: qui liber in *Actis eruditorum* recensetur a. 1743. p. 93. sqq.

(q) Librorum ante annum 1500. excusorum, quos habet bibliotheca Regis Galliae, catalogum exhibet *Phil. Labbeus* in *Noua bibliotheca MSS. librorum*, Lutetiae 1653. (in 4.) edita, p. 337-358.

sqq. Anno eodem Noribergae *Sebast. Iac. Iungendresius Disquisitionem*, protulit *in notas characteristicas librorum a typograhiae incunabulo ad annum 1500. impressorum*: et *Frid. Christianus Lesserus* Lipsiae *Typographiam iubilantem*: et Hamburgi *Io. Christianus Wolfius* comprehensa duobus voluminibus *Monumenta typographica*. Anno 1741. prodiit Lipsiae *Ioannis Davidis Koeleri Hochverdiente und aus bewaehrten Vrkunden wohlbeglaubte Ehrenrettung IOHANN GVTTFNBERGS wegen der ersten Erfindung der Buchdrucker-Kunst, mit gaenzlicher und unwidersprechlicher Entscheidung des darüber entstandenen dreyhundertjaehrigen Streites getreulich und mit allem Fleis ausgefertiget*: qui liber recensetur summoque merito laudatur in *Actis eruditorum* anni 1744. p. 622. sqq. Eodem anno (1741.) editus est *Io. Georgii Hageri* tertius Tomus *de arte typographica*, historiam huius artis literariam praeclare illustrans: cuius recensio exhibetur in *Nouellis literariis Lipsiensibus* eiusdem anni p. 335. et 336. Ac ipso illo anno *Samuel Engelius* Bernae scripsit *Remarques sur l'origine de l'art de l' Imprimerie*: et a. 1742. epistolam subiunxit cum de typographiae initiis, tum de antiquissimis aliquot librorum editionibus. Quas duas dissertatiunculas (implent enim vix quatuor plagulas, insertas etiam *Diario literario Heluetiae* Gallice scripto,) iis legendas commendo, qui breui tempore cog-

noscere auent litem hanc exactissime definitam. Inuentionem videlicet huius artis primam asserit Sinensibus, secundam Germanis: quibus tum cognitam fuisse negat artem Sinensium. Inter Germanos *Laurentio Costero* primum vindicat inventionis huius gradum, docetque, hoc fundamento nixum *Ioannem Guttenbergium* expeditiorem reddidisse hanc artem et perfectiorem, nec multo post colophonem huic arti imposuisse *Petrum Schoifferum.*

CAPVT IV.

DE

ORTV ET PROGRESSV STVDIORVM LITERARIORVM.

Σύνοψις.

Literarum cultura antiquissimis temporibus in Aegypto et Chaldaea, itemque in gente Hebraeorum, I. *De Hebraeorum scholis propheticis,* II. *De occasionibus et incitamentis excolendarum disciplinarum,* III. *Diuisio Historiae literariae in* antiquam, mediam *et* nouam, IV. *De sapientia veterum Aegyptiorum,* V. *De Graecorum in Aegyptum peregrinationibus literariis,* VI. *Quod et cur Graeci caeteris gentibus eruditione antecelluerint,* VII. *Catalogus praecipuorum Graeciae scriptorum.* VIII. *Athenarum gloria literaria,* IX. *itemque Alexandriae,* X. *Occasio literaturae a Graecis communicatae cum aliis gentibus,* XI. *Propagatio Graeciae literaturae ad Asiae gentes,* XII. *ad Romanos,* XIII. *Catalogus praecipuorum scriptorum classicorum Latinorum*

rum, XIV. *De literarum cultura inter Christianos priorum saeculorum*, XV. XVI. *Catalogus Patrum Ecclesiae*, XVII. *De quantitate eruditionis Patrum Ecclesiae*, XVIII. XIX. XX. *De Principibus Patrum Ecclesiae*, XXI. *De Patribus Ecclesiae secundanis*, XXII. *De cultura iuris ciuilis sub Impp. Constantinopolitanis*, XXIII. *Catalogus scriptorum Ethnicorum adulta iam religione Christiana florentium*, XXIV. *De barbarie per orbem Christianum medio aeuo regnante, eiusque causis*, XXV. *De statu rei literariae saeculo sexto, septimo et octauo*, XXVI. *Quo tempore desierit vsus Latinae linguae vulgaris*, XXVII. *De statu rei literariae saeculo nono*, XXVIII. XXIX. XXX. *saeculo decimo*, XXXI. *De causis collapsae rei literariae*. XXXII. *De statu rei literariae saeculo vndecimo et duodecimo*, XXXIII. *De schola Parisiensi*, XXXIV. *De Iudaeorum hoc aeuo, studio literarum*, XXXV. *De origine Academiarum*, XXXVI. *De studiis literariis Arabum medio aeuo*, XXXVII. *De praecipuis Scholasticis*, XXXVIII. *De primo Academiarum statu*, XXXIX. *De vtilitate Academiarum ad perpetuitatem studiorum literariorum*, XL. *De statu rei literariae saeculo decimo tertio*, XLI. *Scriptores huius saeculi*, XLII. *De rei literariae statu saeculo decimo quarto*, XLIII. *Huius saeculi scriptores*, XLIV. *De* Petrarcha, *sapientiae literatae instauratore*, XLV. *De causis prosperi progressus literarum saeculo decimo quinto*, XLVI. *Huius saeculi scriptis clari Graeci et Itali*, XLVII. *et Germani*, XLVIII. *De huius saeculi statu rei literariae*, XLIX. *De testibus veritatis deque Academiis huius saeculi*, L. *De statu rei literariae saeculo decimo sexto*, LI. *De Maecenatibus huius saeculi*, LII. *Scriptores huius saeculi*, LIII. *Academiae et bibliothecae hoc saeculo conditae*, LIV. *De saeculi decimi septimi Maecenatibus et Academiis*, LV. *De statu Gymnasiorum huius saeculi*, LVI. *De Regiis scientiarum Societatibus*, LVII. *De philosophiae nouis ducibus hoc saeculo*, LVIII. *De restituta philosophis*

hoc saeculo libertate LIX. *Scriptores huius saeculi celebriores,* LX. *De bibliothecarum aliarum interitu, aliarum ortu,* LXI. *De statu rei literariae apud Pontificios hoc saeculo* LXII. LXIII. *De fontibus historiae literariae saeculi nostri,* LXIV. *De Maecenatibus huius saeculi,* LXV. *De hodierno statu in Italia,* LXVI. *et Hispania,* LXVII. *De Attalis huius saeculi literariis,* LXVIII. *Scriptores saeculi huius nostri,* LXIX. LXX. LXXI. LXXII. *De literatura hodierna Ecclesiae Graecae, itemque Iudaeorum,* LXXIII. *Sinensium,* LXXIV. *Muhammedanorum,* LXXV. *Malabarum,* LXXVI.

I.

Etsi non est dubium, iam ante inuentam scribendi artem variis modis exercitasse ingenia sua (*) homines; (nam et nostros maiores cum nondum literas nossent, qualescunque poëtas ac musicos habuisse, *Tacitus* (*a*) testis est:) tamen post Mosem primi omnium Aegyptii, a quibus inuentas literas supra diximus, monumenta confeciisse videntur literaria. Vnde quamuis *Diogeni Laërtio* (*b*) assentiamur, Chaldaeos (*c*) priores Aegyptiis ingeniorum culturae se dediisse; illi tamen his rursus vsi sunt magistris, ab eisque et scribendi artem acceperunt et alia literarum adminiculo vel primum inuenta, vel solertius exculta. Confirma-

(*) Vid. *Geneseos* IV. 20. 21. 22.

(*a*) De mor. Germ. cap. 3. Conf. *Strauchius* Diss. I. in Taciti Germ. cap. 3. §. 2. sqq.

(*b*) Prooem. §. 8.

(*c*) Nam Chaldaea prius habitata est, quam Aegyptus.

firmatur id sacri codicis auctoritate, in quo(*d*) quippe et Chaldaeorum et Aegyptiorum σοφία id (*e*) est, *eruditio* celebratur, simulque indicatur studiorum literariorum conditio in gente Hebraeorum; vberius a me exposita in *Actis* (*f*) *Philosophorum.* Inter Hebraeos vero quam laetae floruerint literae, ex eo apparet, quod, vt Salomo *Eccles. XII. 12.* refert, ingens erat apud eos prouentus librorum.

II.

Ibi vero cum omiserim mentionem *scholarum Propheticarum*, nunc addere debeo Prophetas Hebraeos, sapientiae diuinae auctores, solitos esse theologiam docere (*g*) iuuenes postea futuros theologiae doctores in sancto illo populo. Erant igitur hi iuuenes nostris Theologiae Studiosis similes, ac vocabantur *prophetae* sensu latiore: quo sensu et *1 Cor. XIV. prophetae* appellantur omnes sacrarum literarum interpretes. Talium *prophetarum*, h. e. theologorum non immediate θεοπνεύστων, centum memorantur, *1 Reg. XVIII, 4.* et quadringenti *cap. XXII. 6.* Vere *officinae Spiritus Sancti* erant hae scholae, qui et e piissi-

(*d*) 1 Regum IV, 30. Actor. VII, 22.

(*e*) Vid. *Acta Philos.* P. I. cap. 3. §. 7. et 8.

(*f*) P. VII. cap. I. §. 33. 34. 35.

(*g*) Talis postea fuit schola ipsius prophetarum principis, CHRISTI, qui in praeparatos per aliquod tempus discipulos post adscensionem suam largissima mensura suum effundebat Spiritum.

mis discipulis vnum alterumque subinde eligebat, quem ad populum mitteret modo miraculis, modo rerum futuraram praedictione conspicuum. Tales scholae memorantur, *1 Sam.* X. *5.* et *XIX, 18. sqq. 2 Reg. II. 3.* et *IV, 38.* Nec inepte concludit (*h*) Witsius, e Samuelis schola prodiisse Nathanem, Gadum, Hemanem, Asaphum, Ieduthunum. Iure et hoc inde concludo, fuisse etiam minores scholas in populo Hebraico, in quibus legendi scribendique artem, arithmeticam, fundamenta religionis prima, et huiusmodi alia edocti pueri, tum demum recipiebantur in scholas suas a Prophetis. Nec specie veri caret *Io. Clerici* sententia ex *1. Paralip. XIII. 35.* discere nos iubentis, illi Hebraeorum nationi, quae ab *Issacharo* nomen gerebat, potissimum curae cordique fuisse astronomiae scientiam: quanquam alium huic loco sensum tribuit *Weidlerus* in *Historia Astronomiae* p. 262.

III.

Caeterum tres fuisse studiorum literariorum et genetrices, et nutrices, alibi (*i*) iam pluribus docui, necessitatem (*k*) videlicet, voluptatem,

(h) Lib. *de prophetis* cap. 10. §. 4. quo toto in capite de illis *Prophetarum scholis* disserit. Vid. et *Basnagius* Hist. Iud. lib. VI. cap. 5. §. 3. itemque *Buddeus* Hist. Vet. Test. II. p. 276. sqq.

(*i*) Vid. *Acta Philos.* P. II. cap. 3. §. 17. sqq.

(*k*) Hinc barbaris etiam in saeculis viguisse studia mathematica, obseruat *Rol. Maresius* lib. II. epist. 47. pag. 485.

ptatem, et superstitionem. Harum prima ortum dedit arti historicae, geometriae, astronomiae, arti epistolicae; altera musicae et poesi; tertia astrologiae et onirocriticae.

IV.

Tres quoque aetates rei literariae non incommode statuimus, exemplum eorum sequentes, qui ciuilem tractant historiam. Libet igitur historiam literariam dispescere in *antiquam, mediam*, et *nouam*. *Antiquam* dico, quae inde a Mosis aeuo perducitur ad literarum in Graecia et Italia interitum. Hanc rursus haud inepte diuiseris tres in periodos, quarum prima complectatur tempora philosophiam Ionicam praecedentia, secunda hinc procedat ad Augusti Imp. aetatem, tertia decurrat vsque ad religionis ethnicae interitum et Christianae παμβασιλείαν. *Media* igitur est, quae a Constantino M. profluit vsque ad imperii Christianorum Constantinopolitani exitum, et artis typographicae exortum. *Noua* denique ab eo tempore, quo Graecorum exulum instinctu rediit in praecordia Italorum virtus Augustei aeui, ad hanc nostram aetatem progreditur.

V.

In antiquo illo orbe literarum studio maximam et nobilissimam sibi peperit famam Aegyptus. Verum et hic verum esse illud Plinii: *Alia clariora sunt, alia maiora*, praeclare docuit *Conringius* priori *de Hermetica medicina* libro, quippe quo non solum de *Hermete*

Trismegisto accuratissime disputat, sed omnem veterum Aegyptorum (*l*) sapientiam eruditissime persequitur. Cuius operis cum epitomen exhibuerim in *Actis* (*m*) *Philosophorum*, adiectisque nonnullis id argumenti illustrarim vberius, lectores meos illuc volo delegatos. Addatur *Reimmanni Idea Systematis Antiquitatis literariae Aegyptiacae*, a. 1718. edita.

VI.

Ex Aegypto studia literarum deriuata sunt in Graeciam, cuius incolae peregrinationes susceperunt discendarum ab Aegyptiis literariarum artium gratia. Legimus enim, Pythagoram, Thaletem, Democritum, Platonem, Eudoxum, Euripidem, aliosque, eo consilio in Aegyptum profectos esse.

VII.

Graecis vero ea laus debetur, quod acceptam ab Aegyptiis scientiam diligentius excoluerunt, ac primi studia literaria philosophicum maxime

(*l*) Dolendum est, impeditum fuisse *Conringium*, quominus etiam perficeret opus, quod iam componere se aggressum esse fatetur in *Antiq. Acad.* p. 214. *de sapientia Chaldaeorum veterum.* Imo in *Conringianis epistolicis* edit. a. 1719. p. 67. legimus, confectum iam fuisse librum illum a *Conringio:* qui si supereſt ac in lucem a quoquam protrahetur, magna inde lux profecto accessura est Historiae antiquae literariae. De Chaldaeorum et Persarum re literaria agit *Bruckerus* Instit. hist. philos. lib. II. cap. 2. et 3.

(*m*) Tomo II. p. 659. sqq. Ibidem Tomi I. p. 636. egi de Aegyptiorum ingeniis. Nuper etiam *Schukfordus Harm. hist.* T. II. p. 242. sqq. disseruit de antiquissimorum Aegyptiorum eruditione.

maxime, in systematicum redegerunt ordinem: id quod statuentem *Laërtium* defendi in *Actis* (*n*) *Philosophorum*, simulque (*o*) ostendi causam, cur Graeci philosophiam prae caeteris gentibus ad non mediocre perduxerint fastigium. In Graecia longo satis interuallo laetissime floruerunt studia, eoque magis, quod magno in honore habebantur, qui eruditione praestabant. Nam, cum verissimum sit *Suillii* cuiusdam (*p*) vaticinium, *sublatis studiorum pretiis, etiam studia peritura esse;* e contrario, quae *Ciceronis* (*q*) verba sunt, ab *Augustino* quoque (*r*) repetita; *honos alit artes, omnesque accenduntur ad studia gloria, iacentque ea semper, quae apud quosque improbantur.* Scilicet non solum praestantiora Graeci

(*n*) P. II. cap. III. §. 25-28. De singulis scientiis vere dixeris, quod de medicina scribit *Corn. Celsus* in sua praefatione, *eam apud Graecos aliquanto magis, quam in caeteris nationibus, excultam esse, primumque Aesculapium scientiam illam adhuc rudem paulo subtilius excoluisse.*

(*o*) Ibid. cap. I. §. 22. 23. 24.

(*p*) Apud *Tacitum* Annal. XI. 7. 4.

(*q*) Lib. I. Tuscul. cap. 2.

(*r*) Lib. V. de ciuit. Dei cap. 13. *Quis enim virtutem amplectitur ipsam, praemia si tollas?* inquit *Iuuenalis* Sat. X. 141. Contra *cuius rei praemium est in ciuitate, ea maximis semper auctibus crescit:* quae verba sunt *Liuii* IV. 2. Possent hic laudari clarioris Graeciae Maecenates, inter quos praeter *Pisistratum* etiam ipsius filium referimus, *Hipparchum*, auctore *Aeliano* lib. VIII. Var. Hist. cap. 2.

ci (*rr*) a natura acceperant ingenia, sed cum in liberis ipsorum rebuspublicis eloquentiam sequeretur honor et potentia, ciuium filii rhetorum scholas frequentabant, vnaque cum dicendi arte addiscebant omne literarum genus Eadem reipublicae libertas facilem ipsis faciebat philosophiae culturam, sub iugo gementis monarchico, itemque sacerdotali, in Chaldaea, Persida, et Aegypto. Denique cum, qui reipublicae praeerant, literas didicissent adolescentes, fieri non poterat, quin patronis abundarent et literae et literati.

VIII.

Hinc tantus ibi prouentus fuit philosophorum, oratorum, poëtarum, historicorum, geometrarum, astronomorum, medicorum, grammaticorum, musicorum: inter quos clarissima ante natum Christum sunt nomina (*s*) *Tha-*

(*rr*) Graecos et ingeniis et moribus hodierna Gallicae genti fuisse simillimos, facilis edocebit comparatio. Ac vrbem Lutetiam iure nominaueris *Athenas*, priscis illis Athenis multo literatiores. Gallorum etiam linguae idem accidit, quod Graecae, vt eius vsus non contineatur patriae finibus, sed omnium prope Europae incolarum communis sit.

(*s*) *Thales* vnus est de *septem* illis priscae Graeciae *sapientibus*, hic quoque loci noscendis. Egi de iis in *Actis Philos.* T. II. p. 494. sqq. *Aesopi* quoque mentio hic facienda, de quo vid. eadem *Acta* T. I. p. 944. sqq. et T. II. p. 253. sqq. et p. 275. sqq. De *Thalete* vero vid. eadem *Acta* T. III. p. 160. sqq.

Thaletis, (*t*) *Pythagorae*, *Socratis*, *Aeschinis*, *Antisthenis*, *Aristippi*, *Cebetis Thebani*, *Euclidis Megarensis*, *Platonis*, (*tt*) *Aristotelis*, *Theophrasti*, *Democriti*, *Heracliti*, *Zenonis Cittiensis*, *Pyrrhonis*, *Epicuri*; *Gorgiae*, *Isocratis*, *Demosthenis*, *Lysiae*, *Aeschinis*; *Homeri*, *Hesiodi*, *Anacreontis*, *Pindari*, *Aeschyli*, *Sophoclis*, *Euripidis*, *Aristophanis*, *Lycophronis*, *Theocriti*, *Callimachi*, *Apollonii Rhodii*; *Euclidis*, *Archimedis*, *Eudoxi*; *Hippocratis*; *Aristophanis Byzantini*, *Aristarchi*; *Aristoxeni*; *Herodoti*, *Thucydidis*, *Xenophontis*, *Apollodori*, *Polybii*, *Diodori Siculi*, *Dionysii Halicarnassensis*: quorum vberior notitia petenda est e secundo tertioque libris *Bibliothecae Graecae Fabricianae*. Eiusdem liber quartus de luminibus Graeciam Graecasque literas post natum Christum vsque ad Constantini M. tempora illustrantibus, *Strabone*, *Philone*, *Iosepho*, (*u*) *Arriano*, *Dione Chrysostomo*, *Dione*

(*t*) *Pythagoras* fuit primus ludi literarii moderator e Graecis, qui ad formam Aegyptiorum scholam condidit, non quidem in Graecia, sed in Italia. Primum philosophicae scholae in Graecia, conditorem fuisse *Anaximandrum* in *Actis Philos.* docui T. III. p. 181.

(*tt*) *Aristoteles* maior factus est rex, quam discipulus suus, *Alexander Magnus*. Hic enim sub imperium suum redegit nationes quidem plurimas, sed barbaras illas, easque vnius aetatis. Illum coluerunt, et quidem immenso cultu, nec solum externe, sed etiam interne, maxima ingenia gentium cultissimarum, idque per plura saecula.

(*u*) Hic fuit *Epicteti* discipulus, et *Enchiridion*, quod eius

Dione Cassio, *Plutarcho*, *Appiano*, *Claudio Ptolomaeo*, *Pausania*, *Polyaeno*, *Luciano*, *Galeno*, *Sexto Empirico*, *Diogene Laërtio*, *Herodiano*, *Oppiano*, *Athenaeo*, *Aeliano*, *M. Aur. Antonino*, *Maximo Tyrio*, *Philostratis*, *Alexandro Aphrodisiensi*, *Plotino*, *Porphyrio*, *Iamblicho*, *Aristide*, *Hermogene Longino*, *Aphthonio*, *Iulio Polluce*, *Hesychio*, aliisque, copiose agit ac erudite, ideoque hanc in rem consulendus est.

IX.

In Graecia Attica maxime regio (*x*) ingeniorum fertilis fuit, et Athenis tam strenuam cuiuis literarum generi nauarunt operam praestantissimi viri, vt *Cicero* (*y*) Athenas appellare non dubitet *omnium doctrinarum inuentrices*, alioque (*z*) loco iudicet, *ex hac vrbe doctri-*

eius nomen praescriptum habet, edidit. Quare non *Epicteti Enchiridion*, sed *Arriani Enchiridion Epicteteum* voeandum censet *Menagius* annot. ad *Laërtii* lib. X. §. 135.

(*x*) *Cicero* lib. II. *de nat. deor. propterea* iudicat *Atticos fuisse acutiores*, *quia Athenis tenue coelum et aër purior*. In regione Attica purissimum et saluberrimum se obseruasse aërem, scribit etiam in *Itinerario* suo lib. V. p. 24. *Iocobus Sponius*, addens, hodiernos eius regionis incolas, etsi non excolant ingenia literarum studio, tamen ingenio et prudentia superiores esse nationibus circumiacentibus. Contra de ingeniis *Boeotorum* vid. *Gatakeri* Aduers. posthum. cap. 14. p. 552. sq. et 556.

(*y*) Lib. I. de Oratore cap. 4.

(*z*) Orat. pro Flacco cap. 36. Idem *Offic.* lib. III. cap. 2. missum Athenas filium suum se misisse ait *ad mercaturam*

doctrinam in omnes terras distributam esse. Insignis eius vrbis laus est apud *Athenaeum*, vbi vocatur (a) *museum Graeciae*, et *Helladis Hellas*, *der Kern Griechenlands.* De *Lyceo*, *Academia*, et aliis locis doctrinarum professioni destinatis legendus est *Ioannes Meursius*, vir de Graeciae historia omnium optime promeritus.

X.

Secundum Athenas praecipuam gloriam habet Alexandria, Aegypti vrbs regia, in qua sub patrocinio Ptolemaeorum (*b*) feruidissime culta fuere vniuersa humanitatis studia. De bibliotheca (*c*) Alexandrina iam superiori capite

turam (*Messe*) *bonarum artium.* *Athenea* quoque nominari ex eo coepti sunt omnes ludi literarii. Vid *Hieronymus* epist. 26. p. 107.

(*a*) Lib. V. p. 187. Conf. *Isocrates* in Panegyrico p. 112. et 116. *Io. Hen. Maius* in Biblioth. MS. Vffenbach. P. II p. 646.

(*b*) Vid. *Athenaeus* lib. IV. p. 184. *Gregorius Nazianzenus* in oratione, qua Caesarium fratrem laudauit, *Alexandriam* appellat παντοίας παιδεύσεως καὶ τότε καὶ νῦν ἔσαν καὶ δοκοῦσαν ἐργαστήριον. Catalogum doctorum hominum, quos Alexandria dedit, exhibet *Reimmannus in Antiquitatibus literariis Aegyptiacis* §. 46. et 47. itemque in conclusione §. 48. p. 127. De schola Christianorum Alexandrina adi *Conringii Antiquit. Acad.* p. 23. sqq. 237. sq. et 242. sq. Aliorum Aegyptiorum ingenio celeberrimorum catalogum exhibet *V. E. Loescherus* Lect. Coluth. cap. II. §. 2.

(*c*) Fata huius bibliothecae describit breuiter et accurate *Prideaux* Hist. Vet. Test. T. II. lib. I. p. 20. 21. et 22.

capite feci mentionem. De muſeo (*cc*) Alexandrino, quae omnium prima eſt antiquiſſima *Societas regia ſcientiarum*, ſcriptores memorat *Fabricius Bibliogr. antiq. cap. XXI. §. 3.* quibus adiungi oportet *Conringium Antiqu. Acad. p. 11.* et *236.* itemque *Acta Acad. Witteberg.* a. 1723. *p. 38. ſqq.*

XI.

Poſt Aſiam in Graecorum poteſtatem redactam lingua quoque et doctrina Graeca eo commigrauit, ſuaque aetate teſtatus eſt (*d*) *Cicero*,

(*cc*) Μουσεῖον proprie ſignificat *templum Muſis dicatum*, eoque ſenſu occurrit apud *Diogenem Laërtium* IV. 1. et V. 51. et VIII. 15. qui et eiusdem libri §. 40. clare vocat τὸ ἱερὸν τῶν Μουσῶν. Romae quoque fuiſſe *Muſarum delubra*, *Cicero* teſtis eſt Orat. pro Archia cap. XI.

(*d*) Orat. pro Archia, cap. 10. qui et lib. de claris orat. cap. 13. ſcribit, *eloquentiam e Piraeeo euectam omnes peragraſſe inſulas, atque ita peregrinatam eſſe tota Aſia.* Iam Hannibalis tempore Graecam linguam etiam Carthagine fuiſſe linguam literatorum, *e Corn. Nepote* diſcimus in *Vita Hannibalis* cap. vlt. quem et libros aliquot confeciſſe ſcribit ſermone Graeco. Habuit vero et alios ſcriptores Carthago, *Magonem*, laudatum *Varroni* lib. *de re ruſt.* cap. 1; *Hannonem*, de quo *Fabricius* Biblioth. Gr. I, 6. 8; alios. Ac philoſophus quoque *Clitomachus* fuit Poenus: id quod cum docet *Cicero* lib. IV. *Quaeſt Acad.* ſimul ait, *Poenos eſſe acutos homines.* De Aegyptiis teſtis eſt *Herodotus* lib. II. II. apud eos aetate ſua fuiſſe interpretes Graecos. Ac ibidem docet, vrbem Naucratin Graecos habuiſſe incolas, itemque Cyrenaeos fuiſſe Graecos. Perſas quoque et caeteros barbaros, quos vocabant Graeci, iam Alexandri M. aeuo

ex-

Cicero, Graeca (e) legi in omnibus fere gentibus. Adi sis *Brerewodum Scrutinii linguarum cap. I.* Vnde hodieque tot monumenta Graeca a non Graecis, Iudaeis, Romanis, Asiaticis, conscripta (*f*) supersunt.

XII.

Cum lingua literas quoque Graecorum recepisse Asiae gentes, plurimis constat documentis. Certe *Antiochiam*, Syriae (*g*) regiam,

expetiisse linguae Graecae commercium, hoc est, Graecam linguam addidicisse, testis est *Curtius* V. 5. 19. qui et eiusdem libri cap. XI, 5. nos docet, Darium, Persarum regem, Graecam calluisse linguam. Imo Romulum iam Graeco sermone vsum fuisse in describendis rebus a se contra Camerinos gestis, memoriae prodidit *Dionysius Halic.* lib. II. p. 116.

(*e*) Hac occasione obseruandus est scopus diuinae prouidentiae, quem intuitus DEVS Alexandro Macedoni dedit potestatem, suae ditionis faciendi omnem Asiam. Hoc enim facto victrix lingua per totam Asiam, ac deinceps per vniuersum propemodum orbem vulgata fuit, vt postea communis huius linguae beneficio doctrina Christi, hoc est, vera et aeternae felicitatis effectrix sapientia, communicari posset cum omnibus mundi incolis.

(*f*) E. g. Codex noui Testamenti, Iosephus, Philo, Galenus, M. Antonius Imp. Aelianus.

(*g*) Quam felix prouentus literatorum in *Syria* etiam post natum Christum fuerit, singulari capite demonstrat *Hottingerus*, quod secundum est Partis tertiae *Bibliothecarii quadripartiti.* Singularis etiam est de *Syrorum* ingeniis obseruatio *Strunzii* in *Historia Bardesanis* §. 4. p. 18. Itemque *Dempsteri* in notis ad *Ascolti Bellum sacrum* p. 348. sqq.

giam, Cicero (*b*) vocat *vrbem eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluentem*, simulque laudat eius vrbis ciuem *Archiam*, poetam illo temporis tractu celeberrimum. De *Tarsensium* scholis olim excelsissime florentibus testimonium *Strabonis* habemus, quod illustravi in *Actis* (*i*) *Philosophorum. Pergamenorum* quoque regum summum exstitit in literas studium, eorumque bibliotheca (*k*) toti orbi fuit admirationi. Omitto *Rhodum*, *Ephesum*, aliasque *Asiae* vrbes, ingeniorum cultura clarissimas, et commendo *Kriegkii* Dissertationem *de peregrinationibus Romanorum Academicis*, in qua colonias Atticae sapientiae, hoc est, vrbes Graecis literis florentes, perdiligenter recensuit.

XIII.

Ad Romanos vt veniamus, bellorum ab iis cum Graecis gestorum gentibus is praecipuus fuit fructus, quod hac occasione Graecorum literae Romam reliquamque in Italiam (cuius inferior pars iam ante a Pythagoreis lucem nonnullam acceperat,) transmigrarunt. *Graecia capta*, inquit (*l*) *Horatius*, *ferum victorem* (Romanos) *cepit*, *et artes intulit agresti*

(*h*) Orat. pro Archia cap. 3.

(*i*) T. III. p. 141. sqq. *Car. Henr. Zeibichii* Diss. de Tarso, Ciliciae metropoli, literarum flore illustri, inserta est *Symbolis literariis* Bremae editis T. III. p. 504. sqq.

(*k*) De Bibliotheca Pergamena *Lipsius* agit lib. de Bibliothecis cap. 4. et *Baelius* Diction. v. *Pergame* not. C.

(*l*) Lib. II. epist. 1. v. 156.

agrefti Latio. Nec pudet *Liuium* (*m*) idem fateri: *Artes*, inquientem, *multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditiſſima omnium gens* (ſignificat Graecos) *inuexit.* Ac *Cicero* quoque in ſecundo *de finibus bonorum* libro: *A Graecis*, inquit, *philoſophiam et omnes ingenuas diſciplinas* (nos Romani) *habemus.* Quanto amore cultuque literatos Graecos proſecuti ſint principes Romae viri, *Cicero* docet in oratione pro Archia. Primum literas Romam detuliſſe *Ennium*, teſtis eſt *Corn. Nepos* in capite primo *Vitae Catonis*, itemque *Lucretius*, ita (*n*) canens:

Ennius vt noſter cecinit, qui primus amoeno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam,
Per gentes Italas hominum quae clara clueret.

Primum e Romanis ſcriptorem libri fuiſſe *Amafanium*, ſub initium quarti *Quaeſtionum Tuſculanarum* libri docet *Cicero.* Sub Ennii vitae finem primum in vrbe grammaticam ſcholam aperuiſſe Cratetem Malloten, teſtem habe-

(*m*) Lib. XXXIX. cap. 8.

(*n*) Lib. I. 118 ſq. Caue vero putes, priſcos Romanos vsque adeo fuiſſe barbaros, vt ne ſcholas quidem pueriles haberent. Imo vero iam olim ſub decemuiris *ludos literarum* Romae fuiſſe, docet *Liuius* lib. III. cap. 44. qui et alia Italiae oppida tum habuiſſe magiſtros puerorum publicos tradidit lib. V. cap. 27. et lib. VI. cap. 25. Ac lib. I. cap. 18. ſcholas Sabinorum commemorat, in iisque *tetricam ac triſtem diſciplinam* regnaſſe ſcribit.

habemus (o) *Suetonium*. Asinium Pollionem primum Romae bibliothecam instruxisse publicam, discimus a (p) *Plinio*. Augustus Caesar quantus fuerit literarum fautor ac patronus vna cum Maecenate suo, (q) neminem ignorare puto. Ac Vespasianum Imp. primum salaria e fisco constituisse professoribus, memoriae prodidit (r) *Suetonius*. Singularis vero fuit Maecenatis (s) felicitas, cuius quippe nomen commune factum est Musagetarum (t) omnium. Adi *Christiani Falsteri Ideam historiae literariae Romanorum*, a. 1718. editam: qui et in *Memoriarum obscurarum* Parte quarta agit de claris Romani imperii vrbibus, in quibus bonae artes floruerunt praecipue. Nec

(o) Lib. de illustr. gramm. cap. 2.

(p) Lib. VII. cap. 30. et lib. XXXV. cap. 2. quo quidem posteriore loco ita rescribendum arbitror: *ingeniorum* (pro *ingenia hominum*) *rempublicam fecit.*

(q) Hoc tempore quod propterea *aureum* appellitarunt *saeculum*, euenit, quod de se *Phaedrus* cecinit in *Epilogo* libri sui secundi v. 8. et 9: *Quod si labori fauerit Latium meo*, et aliorum quoque doctis laboribus, *plures habebit, quos opponat Graeciae.*

(r) In vita eius cap. 18.

(s) *De vita et moribus Maecenatis* exstat liber *Io. Henr. Meibomii.* Adde *nouam bibliothecam Rengerianam*, Germanice editam, T. IV. p. 797. sqq. Alios de Maecenate scriptores commemorat *Fabricius* Bibl. Lat. T. III. p. 964. *Richarii* vita Maecenatis elaboratissima prodiit Lutetiae 1746.

(t) De hoc nomine vid. *Maius* in Biblioth. MS. Vffenbach. P. II. p. 645.

Nec inſpexiſſe non iuuabit *Cellarii* Diſſertationem *de ſtudiis Romanorum literariis in vrbe et prouinciis; Kriegkii Diatriben de peregrinationibus* (u) *Romanorum Academicis: Pagauini Gaudentii* (x) opus *de philoſophiae apud Romanos initio et progreſſu; Walchii* Diſputationem *de variis modis literas colendi apud* (y) *Romanos*; *Io. Ge. Frickii* Diſp. a. 1728. editam *de initiis eruditionis apud Romanos.*

XIV. Non mirum itaque, omnis generis diſciplinas Latinis (z) quoque libris excultas fuiſſe, quorum etſi quamplurimi perierunt, non pauci tamen ad noſtras peruenerunt manus: quorum recenſum *Fabricius* dedit in *Bibliotheca* (a) *Latina.* Cui enim ſunt ignota

(u) Adiicio omiſſum ibi locum *Ouidii* Triſt. I. 2. 77. *Non peto, quas quondam petii ſtudioſus Athenas.*

(x) Iudicium de hoc opere tuli in *Actis Philoſ.* T. III. p. 631. ſqq.

(y) Exſtat haec Diſp. in eius *Parergis Academicis* p. 51. ſqq.

(z) Vt olim Graeca lingua erat literatorum communis, ſic hodie Latina eſt eruditionis omnis per omnem Europam vehiculum, eſt totius orbis literati vinculum, eſt communis quaſi per Heliconias prouincias Mercurius. Quapropter merito eius vſum ſtudioſiſſime conſeruant literati, et ad vltimam poſteritatem propagatum eunt. Vid. *Moshemii* Praef. ad *Folietae* de vſu et praeſtantia Lat. linguae libros §. XVI.

(a) Huic pro ſupplemento eſſe poteſt doctiſſimus *Falſteri* liber, quem inſcripſit *Memorias obſcuras*, ac iterum edidit, idque auctiorem, Hamburgi a. 1722.

nomina poëtarum, *Plauti*, *Terentii*, *Lucretii*, *Catulli*, (*aa*) *Virgilii*, *Horatii*, *Tibulli*, *Propertii*, *Ouidii*, *Manilii*, *Phaedri*, vtriusque *Senecae*, *Lucani*, *Perſii*, *Iuuenalis*, *Silii Italici*, *Statii*, *Valerii Flacci*, *Martialis*, *Claudiani*? hiſtoricorum, *Cornelii Nepotis*, *Salluſtii*, *Iulii Caeſaris*, *Liuii*, *Pomponii Melae*, *Velleii Paterculi*, *Valerii Maximi*, *Curtii*, *Taciti*, *Flori*, *Suetonii*, *Iuſtini*? quam celebrata ſunt nomina et monumenta *Catonis*, *Varronis*, *M. Tullii* (*) *Ciceronis*, *Plinii* vtriusque, *Petronii*, *Gellii*, *Quintiliani*, *Apuleii*, *Vitruuii*, *Columellae*, *Cornelii Celſi*! ac tertio (*b*) ſaeculo ICtorum, *Papiniani*, *Vlpiani*, *Iulii Pauli*, *Sex. Pomponii*, *Herennii Modeſtini*! Sciamus vero

(*aa*) Hic vocari poteſt *phoenix anni magni*, rarior quippe phoenice poſt quingentos annos in vitam redeunte. Eſt enim *Virgilius* poëta ſine exceptione incomparabilis, hoc eſt, qualem quantumque nec ſua aetas habuit, nec antegreſſa, nec ſecuta omnis. *Iul. Caeſ. Scaliger* eum vocabat *vltimum conatum Muſarum*: id quod refert filius, *Ioſephus*, in *Conſut. fab. Burdonum p. 201.*

(*) Hunc nemo magis laudauit, quam qui eum laudare recuſauit, *Liuius*, his verbis (quae ſeruauit in *ſuaſoria ſexta* Seneca pater,) vſus: *Ad Ciceronis laudes perſequendas Cicerone laudatore opus fuerit.*

(*b*) Vel ex horum et ſuperioris ſaeculi ICtorum iurisprudentia perſpicue apparet, Romanis fuiſſe ingenia praeſtantiſſima. Nam deciſiones ipſorum iuridicae tam ſunt accurate verae, vt Romana iurisprudentia regnet etiamnum in vniuerſa Europa, et ICtorum Romanorum ſententiae habeantur pro oraculis rectae rationis. Vid. *Arth. Duckii* lib. 1. *de vſu et auctoritate iur. ciu. Rom.* cap.

vero ac gaudeamus, habere nos veterum illorum libros *omnium optimos*. Cum enim optima quaeque veterum scripta sequeretur peritorum admiratio, hi, neglectis libris deterioris notae, conseruare studuerunt optimos. Quorum etsi ipsorum nonnullis iniuria temporis attulit interitum, id tamen euenit, vt e prisco illo aeuo nonnisi optimi scriptores supersint. Ecquis, quaeso, nostrum desideret e. g. *orationes Hortensii*, (quas prorsus contemnit Quintilianus *lib. XI. cap. 3.*) cum in manibus sint nostris perfectissimae illae *Ciceronis*? Quis *Bauii* doleat et *Maeuii* interisse carmina, cum *Virgilius* praesto sit et *Ouidius* et *Horatius*? Imo quis moleste ferat, illam intercidisse *Ciceronis* Orationem, quam pro Milone primum effuderat, cum supersit altera, omni vi ingenii perfecta, omnibus industriae viribus elaborata?

XV. Exorta luce Euangelii nec Christiani literas neglexere, videntes scilicet, sine iis nec defendi satis posse religionem Christianam conseruarique, nec impugnari ethnicam. Vnde qui praeter caeteros in omni literarum genere

cap. 2. §. 4. 5. 6. Mirifice etiam laudat horum ICtorum scripta *Laur. Valla* in Praefatione ad librum suum tertium *Elegantiarum*. Caeterum de his, quos dixi, caeterisque veteris Romae ICtis clarissimis *Grauinae* inspice sis lib. I. de orig. iur. ciu. §. 99. et cum praecedentes, tum sequentes. De iisdem diligentissime agit et copiosissime *Funccius* in libro de vegeta Latinae linguae senectute cap. 7.

versati erant, vacabant (*bb*) scribendis apologeticis. Ac dignum observatu est, Ecclesiam primos suos scriptores doctrina insignes accepisse ab ethnicis, *Iustinum Martyrem*, *Theophilum*, *Athenagoram*, *Tertullianum*, *Minucium Felicem*, *Cyprianum*, *Arnobium*, *Lactantium*: qui, cum nimia Christianae veritatis luce impulsi fuissent ad amplexandam eam, postea scriptis docebant publicis, iustissimas sibi fuisse causas, religionem deserendi patriam, CHRISTIque in castra transeundi.

XVI. Nec dedignata fuit iuuentus Christiana (*c*) ethnicorum professorum obire auditoria. et Aegyptia spolia transferre in Ecclesiam. Quanquam cum id non videretur carere periculo, ipsi Christiani et scholas coeperunt condere et bibliothecas (*d*) instruere ecclesiasticas. Maxi-

(*bb*) Id liquido testatur *Lactantius* lib. V. c. 1. n. 21. sq. qui et *n. 18.* confitetur, doctores veteris Ecclesiae, exceptis iis, qui ex doctis ethnicis facti sint Christiani, fuisse *aut omnino rudes*, *aut certe parum doctos*. Et *cap. II. n. 1.* iterum ait; *Defuerunt apud nostros idonei peritique doctores*, *qui vehementer*, *qui acriter errores publicos* (id est, religionem ethnicam) *redarguerent*, *qui causam omnem veritatis* (hoc est, Christianae religionis,) *ornate copioseque defenderent.*

(*c*) Vid. Vitae Gregorii Naz. et Basilii M.

(*d*) Bibliothecam *Hierosolymitanae* ecclesiae commemorat *Eusebius* Hist. eccl. VI. 20. *Caesarienſis* bibliothecae *Hieronymus* meminit Comm. in Epist. ad Titum cap. 3. et lib. de script. eccl. cap. 3. 85. et 113. *Hipponensis* quoque

Maxime celebris fuit eorum (*e*) schola Alexandrina, de cuius successione fragmentum *Philippi* (*f*) *Sidetae* exhibet et illustrat *Dodwellus* ad calcem Dissertationum in *Irenaeum* scriptarum. Adiungatur *Eusebius Hist. eccl. lib. VI. cap. 26. et 29.* itemque *lib. VII. c. 32. Hieronymi Catalogus scriptorum ecclesiasticorum cap. 36. 38. et 54.* Notatu dignum, hoc ipso fine ab *Hieronymo* istum catalogum fuisse confectum, vt occurreret literatis ethnicis,

 Chri-

quoque ecclesia suam bibliothecam habuit, teste *Possidonio* in Vita Augustini cap. 31. Plura de bibliothecis veterum Ecclesiarum *Binghamus* profert lib. VIII. Antiq. eccl. cap. 7. §. 12.

(*e*) Vid. *Caueus* Hist. lit. script. eccl. p. 47. 48. et 50; *Quenstedius* Antiq. Bibl. et eccles. cap. IX. n. 4. p. 818. sqq. *Binghamus* lib. III. cap. 10. §. 5. Nuper in *Symbolis literariis* Bremae prodiit T. I. p. 195. sqq. singularis de hac Alexandrina schola Dissertatio *Io. Georg. Michaëlis*. Paulo post eodem de argumento prodiit Dissertatio Dietelmairii, theologi Altorfini. De aliis veterum Christianorum scholis agit *Nurrius* T. I. Appar. ad Biblioth. Patrum p. 181. seq. et *Arnoldus* in *Descriptione primitiuae Ecclesiae* lib. VI. cap. 4. §. 14. sqq. itemque *Assemannus* Biblioth. orient. T. III. P. II. cap. 15. De ea, quae in vrbe *Nisibi* fuit, vid. *Fabricius de script. de ver. relig. Christ.* cap. V. p. 256. De *Lirinensi* schola vid. *Calixtus* Praef. ad *Augustini* libros *de doctrina Christiana* p. 21. sqq. et *Vincentii Barralis Chronologia Sanctorum et aliorum virorum illustrium insulae Lirinensis*, edita Lugduni 1613. Insulam hanc hodie vocari *insulam Sanctae Margaritae*, docet *Ant. Pagius* ad a. C. 441. §. 4. et 6. De schola *Edessena* saeculi quinti vid. *Theodorus Lector* lib. p. 558. et 566.

(*f*) Fragmentum hoc et videre est in *Fabricii Luce Euang.* cap. IX. p. 188. sq.

Christianos doctis carere doctoribus, impudenter mentientibus: id quod ipsemet in praefatione fatetur. Ac fecit hoc *Catalogo* Hieronymus initium Historiae literariae Christianorum, eiusque adeo primus omnium scriptor habendus est. Saeculo quidem quarto (*g*) *Iulianus* Imp. vetuit Christianos et docere literas et discere: sed et serum et breue fuit illud incommodum.

XVII. Potiores Latini scriptores Christiani sunt *Tertullianus*, *Interpres* Bibliorum *vulgatus*, quem vocant, *Minucius Felix*, *Cyprianus*, *Arnobius*, *Lactantius*, *Hilarius Pictauiensis*, *Ambrosius*, *Hieronymus*, *Rufinus*, *Augustinus*, *Saluianus*, *Seuerus Sulpicius*, *Philastrius*, *Paulus* (*h*) *Orosius*, *Claudianus Mamertus*, *Vincentius Lirinensis*, *Leo M.* *Ioannes Cassianus*, *Sidonius Apollinaris*, *Gregorius Magnus*: Graeci, *Iustinus Martyr*, *Irenaeus*, *Theophilus*, *Athenagoras*, *Clemens Alexandrinus*, *Origenes*

(*g*) Vid. *Augustini* lib. VIII. Confess. cap. 5. et *Socrates* Hist. eccl. lib. III. cap. 12. et 16. Accurata *Tob. Eckhardi* ea de re Dissertatio exstat in *Miscell. Lipsi.* T. IV. p. 195. sqq. Vid. et *Fabricii Lux Euang.* c. XIV. p. 302. sqq. Qua solertia consilium illud *Iuliani* eluserint *Apollinares*, pater et filius, notum est: ac merito laudat hunc *Christianae religionis zelum*, quem voeat, *Iac. Basnagius* lib. *de haeresi Apollinaris* §. 7. Vid. et *Valesius* not. ad *Excerpta Polyb.* p. 119.

(*h*) Tertium nomen *Hormisdae* nuper ipsi reddidi in singulari dissertatiuncula, quae recusa legitur in *Actis erud.* Suppl. T. X. p. 263. sqq.

nes (i) *Adamantius*, *Hippolytus*, *Macarius*, *Athanasius*, *Eusebius*, et caeteri scriptores historiae ecclesiasticae, *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoritus* et *Euagrius*. vna cum eo editi a *Valesio* et illustrati, *Basilius*, *Gregorii Nazianzenus* et *Nyssenus*, *Epiphanius*, *Cyrilli Hierosolymitanus* et *Alexandrinus*, *Chrysostomus*, *Isidorus Pelusiota*. De quibus pleno, quod aiunt, horreo differunt post *Bellarminum* ac *Gerhardum Labbeus*, *Dupinius*, *Caveus*, *Olearius*, *Oudinus*, in *Bibliothecis* suis *ecclesiasticis*, itemque *Fabricius* libro quinto *Bibliothecae Graecae*: qui et recudendam curauit editam olim a *Miraeo Bibliothecam ec-*

(i) Vulgo credunt, *Adamantii* cognomen ideo ipsi impositum fuisse, quod esset homo *durus et inuicti laboris*. Ac potest hunc sensum ferre illud nomen. Vid. *Gracuius Lect. Hesiod.* cap. 19. Verum *Eusebius* Hist. eccles. VI. 14. ex eoque *Hieronymus* Catal. cap. 54. docent, non cognomen, sed nomen hoc fuisse *Origeni*. *Hieronymus* etiam interdum (e. g. Comment. in caput XXIV. *Matthaei*,) simpliciter eum vocat *Adamantium*, omisso nomine *Origenis*. Similis error diu regnauit de nomine *Lactantii*, quem sustuli in *Praef.* ad eius *Aenigmata* §. 21. Nec desunt alii *Adamantii*. De *Adamantio*, sophista ac medico, (nisi forte hi duo sunt *Adamantii*,) vid. *Fabricius* Bibl. Gr. lib. III. cap. 6. p. 171. Ex *Adamantio Martyrio*, grammatico, (quem *Lipsius* lib. II. Var. lect. c. 28 p. 884. perperam vocat *Adamantium Martyrem*,) excerpta exhibet *Cassiodorus* in libri sui *de orthographia* capite quinto tribusque subsequentibus. *Adamantio* quidam inscripsit *Isidorus Pelusiota* libri I. epistolam 141. et libri IV. epistolam 57. et 211. *Adamantium* episcopum memorat *Socrates* Hist. eccl. lib. I. cap. 35. et alium lib. VII. cap. 13.

cleſiaſticam. Aſſociauit ſe his nuper *Stollius*, edito ſingulari *de vita, ſcriptis ac doctrinis Patrum Eccleſiae quatuor priorum ſaeculorum* (*ii*) opere. Nec tacendus eſt *Weismannus*, qui in ſingulis *Hiſtoriae* ſuae *eccleſiaſticae* ſaeculis exhibet accuratam deſcriptionem doctorum eccleſiae; et *Clericus*, cuius *Vitas aliquot Patrum* in vnum volumen colligi et Germanicum in ſermonem verti curauit *C. Thomaſius*. Quoties et a quibus et quando cuiusque Patris eccleſiae opera fuerint edita, diligenter docuit *Ittigius* in longa illa Praefatione ad ſuum *de bibliothecis Patrum* opus hiſtorico-literarium, Lipſiae 1707. editum. Omnium vero diligentiam nuper ſuperauit *Remigius Cellierius*, cuius *Hiſtoriae generalis ſcriptorum eccleſiaſticorum* Tomum primum, 1729. emiſſum Pariſiis, iam ſecuti ſunt decem alii. Nec tacendus hic, qui Duaci 1633. et 1636. edidit *Vitas ſcriptorum eccleſiae orientalis ſaeculi primi et ſecundi*, *Petrus Halloixius*, etſi ſcriptor notae haud optimae.

XVIII. Caue vero credas, fuiſſe hos, quos dixi, Chriſtianos ſcriptores tanta praeditos eruditione, vt pro oraculis et primae magnitudinis theologis haberi debeant. Magni certe quidem plerique fuere concionatores, iuſtamque habent eloquentiae laudem: ſed cum philoſophiae, tum linguarum ſacrarum vsque adeo erant rudes, vt ipſe ille *Auguſtinus*, qui tantus vulgo

(*ii*) Laudatur hoc in *Actis erud.* Suppl. T. X. p. 520.

vulgo videtur theologiae interpres, et turpiter (*k*) sit subinde philosophatus, et Graecam (*l*) pariter ac Hebraeam linguam ignoraverit.

(*k*) Ex uno exemplo discе totum *Augustinum*. Is igitur lib. XV. *de ciuitate Dei* cap. 20. hunc profert syllogismum: *Numerus denarius significat legem. Nam lex habet decem praecepta, ideoque nominatur* Decalogus. *Iam numerus vndenarius transgreditur numerum denarium. Ergo numerus hic* (vndenarius) *significat transgressionem legis siue peccatum.* Quanta idem credulitate exceperit miracula ab ethnicis narrata, quae hodie nemo inter fabellas commentitias non refert, apparet ex lib. X. eiusdem operis cap. 16. et 18. Locupletissimus vero testis friuolae credulitatis ipse sibi est operis modo memorati lib. XXII. cap. 8. in quo tam facile assentitur falsissimis fabulis, vt *Io. Musaeo* disp. *de miraculis* §. 78. sqq. incredibile sit visum, totius illius capitis auctorem esse *Augustinum*.

(*l*) Magnum vero theologum, qui nec Hebraeorum nec Christianorum sacrum codicem legere didicit! Imperitissimum autem *Augustinum* fuisse linguae Hebraicae, discas licet ex eius *Confess.* lib. XI. cap. 3. et lib. XV. *de ciuit. Dei* cap. 17. et ex lib. II. *de doctr. Christ.* cap. 11. et 16. Quam peritus Hebraeae linguae fuerit necesse est, qui lib. XX. *de ciuit. Dei* cap. 23. ita scribit: *Dualem dicuntur habere et Hebraei.* Ipse quoque fatetur, Graecarum se literarum expertem esse lib. IV. *de doctr. Christ.* cap. 20. et *Confess.* lib. I. cap. 13. ac 14. itemque lib. VII. cap. 9. Clarissime vero lib. II. *contra Petilianum* cap. 38. *Ego*, inquit, *Graecae linguae perparum assecutus sum, et prope nihil.* Vere Erasmus ad Ioan. VIII. 25: *Si Augustino puero Graecae literae tam dulces fuissent, quam erant Romanae, felicius diuinas literas tractasset Graecorum libris adiutus.* Duobus quoque exemplis eius ignorantiam Graecae linguae demonstrauit *Hottingerus Analect.* p. 323. sq. Hebraicae vero eius imperitiae specimen exhibet *Wolfg. Franzius* ad *Orac.* 74. pag. 563.

verit. Et quanta vis (*m*) errorum, partim philosophicorum, partim theologicorum, inest in eius (*n*) *Compendio Theologiae*, quod inscripsit *Enchiridion ad Laurentium!*

XIX. Etiam *Hieronymi* laudes magnificentius praedicari solent, quam verius. Diffusae quidem is, sed et confusae doctrinae vir fuit. Quam peritus idem fuerit vtriusque linguae sanctae, vel haec duo (*o*) exempla facile demonstrabunt. Scilicet in *Comment.* in *Ephes. I, 4.* ita scribit: *Non est scriptum:* Non iustificabitur coram Deo *quisquam* viuens, sed *omnis* viuens: *vt intelligantur non* omnes *qui-*

(*m*) De erroribus *Augustini* vid. et *Gerhardi Patrologia* p. 398. sqq. Inprimis, quantilla fuerit eruditio *Augustini*, in suis ad ipsius *Opera* notis, eorum Tom. XII. insertis, ostendit *Pheroponus*, id est, *Io. Clericus*, refutatus, si Diis placet, a *Pritanio*, (quo sub nomine *Muratorius* latet,) in tribus *de ingeniorum moderatione in religionis negotio*, refertis alioqui multa eruditione, libris.

(*n*) Vulgo et Compendium Theologiae esse putatur *Augustini* opus *de doctrina Christiana*. Sed falsum id gerit titulum. Inscribendum erat *Institutio doctoris ecclesiastici siue ministri ecclesiae*. *Primo* enim duntaxat eius libro tradit compendium theologiae cum theoreticae, tum practicae, sed nimis compendiosum; *secundo* ac *tertio* praecepta sacram scripturam interpretandi, *quarto* regulas dicendi pro concione sacra siue artem homileticam.

(*o*) Plura *Hieronymi* peccata exegetica ex ignorantia linguae Hebraicae profecta notauit *Glassius Philol. S.* p. 518. 524. et 525. Duras *Lutheri* et *Chamieri*, sed easdem veras, de *Hieronymo* sententias profert *Io. Ern. Gerhardus* in Praef. ad patris sui *Patrologiam*.

quidem iuſtificari, ſed tamen aliqui. Deinde pro ſoloeciſmo et Graeci ſermonis vitio habet, quod *Paulus Epheſ. I, 16.* ſcripſit: *Non ceſſo gratias agens*, pro *agere.* Sophiſtae eundem, quam philoſopho, propiorem eſſe in doctis concertationibus, ſingulari Diſſertatione, quam *Logicae* ſuae praefixit, manifeſtum fecit *Clericus*: qui et accuratum vniuerſae *Hieronymi* eruditionis examen exhibuit in *Quaeſtionibus* ſuis *Hieronymianis:* quibus adiungenda, quae differit idem *Bibliothecae ſelectae* Tomo XVII. p. 1-153. Hic enim *Quaeſtiones* illas pertexuit, poſtquam *Martianaeus* Tomo tertio *Operum Hieronymi* a. 1704. edito adieciſſet defenſionem eruditionis Hieronymianae adverſus ipſum illum *Clericum.*

XX. De naeuis a *Iuſtino Martyre* in ratiocinando commiſſis duae *Gundlingii* exſtant Diſſertationes, ſecundo Tomo *Obſeruationum ſelectarum Halenſium* (*p*) inſertae. *Irenaei* mira de credulitate legi merentur *Pfaffii* notae in eius *Fragmenta* pag. 30. ſqq. et quae ipſe dixi in *Actis eruditorum* a. 1712. p. 187. ſqq. Caeteros Eccleſiae veteris ſcriptores omitto, de quorum tenui eruditione conſuli debent *Centuriatores Magdeburgici*, acuti ſane critici, *Dallaeus* item in aureo *de vſu*

(*p*) *Num.* VII. et IX. Compara tamen contra dicta in *Diario Theologico* (*Vnſchuldigen Nachrichten*) a. p. 418. ſqq. et 513. ſqq.

vsu Patrum opere, et *Buddeus* in *Isagoge* (*q*) *historico - theologica.* Speciatim philosophos admodum minutos fuisse eos, luculenter demonstrat (α) *Bruckerus:* quod de morali potissimum philosophia manifestum fecerunt *Barbeyracius* in praefatione ad *Pufendorfii Ius naturae*, et *Stollius* in praefatione ad *Placetti Theologiam moralem.* Quam mali denique sint sacrorum librorum (β) interpretes, singulari libro a. 1714. edito docuit *Daniel Whitby*, censor vehemens: qui ibidem *p. 87. sq.* in apricum produxit ipsorum imperitiam astronomiae. Nec praetereundam silentio puto ingentem eorum facilitatem (γ) recipiendi, quicquid illis offerebatur sancto claroque inscriptum nomine ab illustribus doctis. Simplicitatem illam cum aleret cupiditas ornandi bibliothecas Ecclesiarum, accidit, vt alius nebulo, idque (opinor,) haud gratis, ipsis in manus daret confectas a se *Epistolas Christi et Abgari*, alius *Ignatii epistolas*, alius *Canones Apostolorum*, alius *libros Sibyllinos*, alius *scripta Dionysii Areopagitae*, alius

(*q*) Lib. II. cap. 3. §. 3. sqq. Vid. et *Walchii Historia Logicae* lib. II. cap. 1. sect. 1. §. 26.

(α) *Hist. philos.* T. IV. cap. 4. toto.

(β) *Moshemius* Instit Hist. eccl. saec. II. P. II. cap. 3. §. 15. p. 137: *Cum plerisque Patrum commentariis sic comparatum est*, inquit, *vt, qui hodie principatum inter eruditos affectant, nomina illis sua praefigere nollent.*

(γ) Speciatim de *Clemente Alex.* vid. *Weismanni* Hist. eccl. T. I. p. 119.

alius alia ψευδώνυμα. Ac talia viri boni tam iniusto prosequebantur amore, vt nec illi, quibus plus nasi erat, auderent risu debito vel iustissima indignatione ac notatione excipere eorum credulitatem. Certe *Hieronymus* in *Catalogo* suo *scriptorum ecclesiasticorum*, illas *Pauli ad Senecam* et *Senecae ad Paulum epistolas* esse subditicias, valde subtiliter innuit, aperte profiteri ausus non est. Illud vero postremo loco monendum (*r*) duco, paruae illorum hominum scientiae theologicae logicaeque adiunctam fere fuisse magnam pietatem, eosque si non literati orbis, tamen Ecclesiae praeclara fuisse lumina.

XXI. Scriptores illi Ecclesiae veteris tanquam doctores insigniti iam olim sunt titulo *Patrum* (*s*) *Ecclesiae*. Hos inter Latina Ecclesia principatum tribuit *Gregorio M. Augustino*, *Hieronymo*, et *Ambrosio:* eosque pro-

(*r*) Conf. *Weismanni Hist. eccles.*. T. I. p. 235. sq.

(*s*) Vid. *G. Arnoldus* Descript. prisci Christianismi lib. III. cap. 1. §. 20. Obseruatu dignum, etiam apud Hebraeos moris fuisse, doctores salutare *Patres*. Vid. *Fesselius* Aduers. sacr. lib. IV. cap. 6. §. 14. et *Wolfius* Bibl. Hebr. p. 1. Romanis quoque doctores suos appellatos fuisse *patres*, docetur in *Lexico Fabro-Cellariano* v. *pater* §. 7. De simili huius nominis vsu apud Graecos vid. *Cresollius* Theatri Rhet. lib. IV. cap. 11. Notum, denique, etiam nunc Catholicos sacerdotes vocari a suis *Patres*. Nostra in ecclesia duntaxat supereſt titulus Germanicus *Beicht-Vater* et *Kirch-Vater*. Caeterum notatu dignum, primum *Patrem ecclesiae* nominari *Iudic. XVII.* 10.

proxime a quatuor Euangeliſtis coli iuſſit Papa (*t*) *Bonifacius VIII.* Quintum poſtea his adiunxit Papa (*u*) *Pius V. Thomam Aquinatem.* Inter hos ipſos tamen *Auguſtinum* et *Hieronymum*, non ſecus ac inter Apoſtolos Petrum et Paulum, eminere, recteque vocari poſſe *Patres Patrum*, norunt, quicunque Catholicos norunt. Vter vero rurſus alteri ſit praeferendus, adhuc ſub iudice lis eſt, diſputantibus ea de re *Thoma* quodam *Meſſanenſi* et *Franciſco* (*x*) *Petrarcha*, quorum hic *Auguſtinum*, ille *Hieronymum* (*y*) conſtituebat *caput Patrum Eccleſiae*, Acute (*α*) *Fran-*

(*t*) Teſtis eſt *Platina* in Vita eius f. 250. b. Ipſum huius Papae reſcriptum exſtat in *Corpore Iuris Canonici* et quidem *Sexti decretalium* lib. III. tit. 22. Conf. *Odor. Raynaldus* ad a. 1295. n. 55. et *Schilterus* Praef. ad *Otfridum* §. 12. Haec eſt cauſa, cur Romae in Baſilica Vaticana praegrandis illa *S. Petri cathedra*, iuſſu Papae Alexandri VII. ex aere fuſa, innitatur quatuor illis primariis Eccleſiae Catholicae doctoribus Coloſſeae magnitudinis, ex aere itidem fuſis: quae verba ſunt *Lambecii* lib. I. de *biblioth. Vindob.* §. XIII. p. 13. Eiusdem rei teſtem cito *Miſſonium Itin. Ital.* epiſt. 26. p. 612. edit. Germ.

(*u*) Vid. *Acta erud.* 1713. p. 351.

(*x*) Vid. eius lib. IV. epiſt. 9. et 10.

(*y*) Etiam *Erasmus* Hieronymum praefert Auguſtino in illius Vita: itemque in *Epiſtolis* ſuis p. 103. et 104. Contra *Lutherus* Auguſtino principem putat deberi locum, epiſt. 169. epit. *Buddei* p. 193. ſcribens, *Auguſtinum paene ſolum fuiſſe vere Doctorem Eccleſiae*, ac ſimul eo usque infenſus Hieronymo, vt mirari ſe dicat, *quomodo is nomen Doctoris Eccleſiae meruerit.*

(*α*) Epiſt. fol. 51. b.

Franciscus Philelphus: Quod si ex duobus (*de Hieronymo* loquitur et *Augustino,*) *vnus effici potuisset, nihil natura absolutius edidisset.* Graeca vero Ecclesia suos inter patres tres elegit (*z*) Patriarchas, hoc est, omnium Ecclesiae doctorum optimos maximos, *Basilium*, cognomine *Magnum*, *Gregorium Nazianzenum*, cognomine *Theologum*, et *Ioannem Chrysostomum.*

XXII. Videntur mihi praeterea duae classes *Patrum* illorum constituendae, vt alios *primanos* dicamus, alios *secundanos. Primanos* voco, qui perfecta orthodoxiae gloria fulgebant; *secundanos*, qui in vna alteraque doctrina (*a*) recesserunt a communi sensu, ideoque *haereticis* fuerunt adscripti, caetera doctissimi ac de re sacra optime meriti. Tales sunt *Eusebius* ac *Tertullianus*, quorum illum Arii, hunc Montani asseclam fuisse constat. Adiungimus his (*b*) *Pelagium*, cuius exstant eruditae in Pauli epistolas annotationes; *Nouatianum*, cuius

(*z*) Vid. Allatius libro *de Nilis* p. 76. et 81. editionis Fabricianae, et Anonymus in *Tumulo T. Flauii Clementis Martyris*, Vrbini a. 1727. edito p. 17.

(*a*) Sic hodie *Spenerus* et *Rechenbergius* non eiiciuntur e catalogo Theologorum, etsi iis aliqua haereseos labes fuit adsperſa a Lutheri cathedrae possessoribus. Commemorandus etiam hic loci *Melanchthon* est, qui in scriptis theologorum caret praefixo *B.* (id est, *beati,*) quod in graviori quadam doctrina defecit a *Luthero.*

(*b*) Ipse Augustinus Pelagium vocauit *virum acutissimum et acerrimi ingenii.*

cuius quaedam opera inter Cypriani Tertullianique scripta conseruata sunt; *Apollinarem*, vel ob solum illud opus, quod antichristianis *Porphyrii* libris opposuit, huc (*c*) referendum; *Theodorum* (*d*) *Mopsuestenum*, et huius notae (*) alios. Primanorum etiam quisque titulo *Sancti* affici solet, si fuit episcopus: qui honor cur etiam *Hieronymo* tribuatur, paulo ante cognouimus ex decreto Bonifacii Papae.

XXIII. Nec illud omittendum, sub Imperatoribus Constantinopolitanis priorum saeculorum tribus in vrbibus scholas iuridicas institutas fuisse, Constantinopoli, Romae, et Beryti, quae Phoenices vrbs hodie *Beroë* appellatur. A quibus scholis *Scholasticorum* nomen inditum est eius aeui iureconsultis, e. g. *Socrati, Euagrio*. Vid. *Conringii* Dissertatio *de studiis liberalibus vrbis Romae et Constantinopoleos*, Helmst. 1655. primum edita, et a. 1674. recusa auctior, denique a me adiuncta nouae editioni *Antiquitatum* eius *Academicarum*

1739.

(*c*) De hoc Apollinare ita *Vincentius Lirinensis* Commonit. cap. 16: *Quid illo praestantius acumine, exercitatione, doctrina?* Qui igitur, inquies, factum, vt nihil nunc librorum eius supersit? Scilicet qui eo aeuo haereseos infamia flagrabat, eius scriptis omnibus, etiam bonis et e re Ecclesiae confectis, pereundum erat. Quem quidem morem rationi et aequitati repugnasse, ex vero iudicat *Weismannus* Hist. eccl. T. I. p. 308.

(*d*) De hoc vid. *Fabricius* B. G. V. 33. 1. et 2.

(*) Obseruat *Valesius* in Praef. ad *Theodoriti* Historiam ecclesiasticam, etiam hunc non insignitum esse titulo *Sancti*, quippe cum aliquando fauere visus sit haereticis.

1739. De *Beryto* (*e*) docta exstat commentatio *Io. Strauchii*: vberioremque nuper de eadem Academia dissertationem *Fasciculo quinto librorum rariorum Rengeriano* inseruit *Iac. Hasaeus*. Laudari quoque hic meretur, qui Iustiniani aeuo floruit, *Theophilus*, cuius *Paraphrasis Institutionum iuris ciuilis* superest. Eius de aetate, vita et scriptis *Gundlingius* agit in *Gundlingianis* P. II. cap. 2. et in singulari libello Lipsiae a. 1730. emisso *Io. Henr. Mylius*.

XXIV. Ethnica religio, postquam externis orbata fuit praesidiis, sensim corruit et euanuit, Christianaeque vbique locorum ac gentium cessit. Etsi igitur quarto saeculo adhuc ethnici nonnulli ingenio florebant, itemque quinto, magna tamen erat eorum paucitas, ac post ea tempora (*f*) ethnicorum litera-

 tura

(*e*) Vid. *Baelius* Diction. v. *Beryte*; *Valesius* ad Eusebii lib. de martyr. Palaest. cap. 4; *Conringius* Antiq. Acad. p. 18. sq. et 230. sqq. et *Conr. Rittershusius* Lect. sacr. lib. III. cap. 3. p. 157. sqq.

(*f*) Agmen ethnicorum scriptorum clausisse videntur *Simplicius* ac *Stobaeus*: quorum ille sexto saeculo, hic septimo vixit vel octauo. Vid. de illo *Fabricius* Bibl. Graecae lib. V. cap. 29. de hoc cap. 30. Fuisse tamen hosce philosophos non tam ethnicos, quam Naturalistas et Neutralistas, vt sic loquar, hoc est, neque ethnicos neque Christianos, sed magis tamen Christianos, quam ethnicos, vel *Synesii*, qui saeculo quinto e philosopho et Christianus factus est et episcopus, exemplum docet: de quo legi digna, quae *Calixtus* profert lib. *de coniugio Clericorum* p. 328. sqq. et *Binghamus* Antiq. eccl. lib. IV. cap. 3. §. 3. Vid. et *Fabricii* Bibliotheca Graeca lib. V. cap. 22. §. XI.

Sci-

tura obmutuit. Quarto quidem saeculo vixerunt *Iulianus* Imp. *Libanius*, *Iamblichus*, *Pappus*, *Donatus*, *Sex. Aur. Victor*, *Ausonius* (*g*) et caeteri *Panegyricorum* scriptores, *Eutropius*, *Themistius*, *Ammianus Marcellinus:* quinto (*h*) *Eunapius*, *Zosimus*, *Syrianus*, *Proclus*, *Macrobius*, (*α*) *Symmachus*.

XXV.

Scilicet vt *Erasmus* tempore Reformationis nec Pontificius erat nec Lutheranus, pleraque quidem Papae improbans, sed nec *Lutheri* omnia probans; ita philosophi hi in medio Christianorum versantes agnoscebant quidem grauiores errores religionis ethnicae, non tamen sine exceptione omnem siue doctrinam siue disciplinam approbabant ecclesiasticam. Vid. *I.G. Heineccii* Disp. *de philosophis semi Christianis*, Halae 1714.

(*g*) De *Ausonio* copiose agit *Fabricius* Bibl. Lat. med. aeui T. I. p. 409. sqq. Disputatur, ethnicusne an Christianus fuerit *Ausonius*. Vid. *Baeli* Diction. v. *Ausone* not. D; *Fabricius* Bibl. Lat. III. 10. 1. p. 583; *Boysenius* Diss. de apostasiae merito et falso suspectis §. 14. p. 29. sqq. Ego arbitror, *Ausonium* talem fuisse Christianum, qualis *Iulianus* fuerat ante imperium, hoc est, mente ethnicum, sed simulatorem religionis Imperatoriae. Idem mihi videtur de *Ammiano Marcellino*. Vid. *Baelius* Dict. v. *Marcellin.* not. B. *Moshemius* Disp. *de turbata per Platonicos religione Christiana* §. 30. qui et in annot. ad *Cudworthum* p. 732. sqq. diligentissime disputat de religione *Chalcidii:* cuius tamen sententiam refutat *Bruckerus* in *Appendice* ad *Historiam* suam *philosophicam* Germanice scriptam p. 323-342. atque etiam refutaturus erat, si vixisset diutius, *Fabricius*: id quod indicabat in Bibliotheca medii aeui v. *Chalcidius* p. 1033.

(*h*) Vixit et vertente hoc saeculo *Coluthus* poëta, de quo vid. *V.E. Loescherus* Lect. Coluth. cap. 2. §. 4. et *Fabricius* Bibl. Gr. lib. II. cap. 7. §. 7.

(*α*) Sex fuerunt hac aetate illustres *Symmachi*, quos cum

XXV. Ex hoc tempore deferbuerunt literarum ſtudia non tam ob incurſiones barbararum (*i*) gentium, quam (*k*) ob creſcentem ingeniorum peſtem, ſuperſtitionem, quae literarum non ſolum cultoribus, ſed etiam fautoribus ac Maecenatibus orbauit orbem vniverſum. Scilicet initio odium ethnicorum peperit odium erga ipſas literas, ortaque eo tempore eſt diſtinctio earum in *ſacras* et *profanas*. Quicquid philoſophiae erat, ipſi Eccleſiae Patres vocitabant (*l*) *ſaecularem ſapientiam*, (vnde noſtrum *Welt-Weisheit*,) et quosuis ethnicorum libros *codices ſaeculares* appellabat (*m*) *Hieronymus*. Idem Hieronymus narrabat vel verius fingebat ſomnium (*n*) de lectione Ciceronis ſimiliumque auctorum

cum multi confundant, ſuis ſingulos notis diſtinxit *Sirmondus* ad *Ennodii* lib. VII. epiſt. 25. Quem totum *Sirmondi* locum deſcripſit, ſuaeque ad *Honorii* lib. III. de ſcript. eccl. cap. 22. annotationi inſeruit *Miraeus*.

(*i*) His Gothorum aliarumque gentium incurſionibus factum eſt, vt multae bibliothecae diriperentur, multique libri prorſus tollerentur e medio. *Sidonius Apoll.* lib. IV. epiſt. 12. teſtatur, ſuis adhuc in manibus fuiſſe *Menandri* comoediam ἐπιτρέποντες nominatam. *Auguſtinus* adhuc legit *Ciceronis Hortenſium*, *Lactantius* eius *Conſolationem*. Et quot libros aeuo ſuo ſuperſtites, nunc vero deperditos, commemorant *Athenaeus* ac *Diogenes Laërtius*?

(*k*) Vid. *Acta. Philoſ.* T. I. p. 218. ſq.

(*l*) Vid. *Acta. Philoſ.* Tomo eodem p. 319. ſq.

(*m*) Epiſt. 22. ad Euſtochium.

(*n*) Vid. Diſſ. mea de hoc ſomnio a. 1717. edita, et in *Sylloge* mea recuſa T. I. p. 655. ſqq.

rum DEO exosa: faterique cogitur (o) *Buddeus*, *Patrum nonnullos, cum abusum artium et eruditionis humanae perpenderent, parum abfuisse, quin omne, quod in artes humanasque scientias impenditur, studium condemnarent.* Postea vero, quam sexto saeculo *Gregorius M.* praecipuum (*p*) et Papatus et barbariei monachalis fulcrum esse coepit, eiusque exemplo monachi (*q*) nuntium miserant omnibus literis, tunc omnia non ire, sed ruere in peius et retro sublapsa referri. Vti igitur illo saeculo in Ecclesia exortam esse legimus *Agnoëtarum* haeresin, sic et in literaria rep.

(*o*) Theol. mor. P. II. cap. 3. Sect. III. §. 7. p. 565. Notatu dignus est locus *Gregorii Naz.* in *Epitaphio Basilii. Eruditio*, inquit, *inter humana bona principem locum tenet. Non de hac nostra solum et nobiliore eruditione loquor, sed etiam de externa, quam Vulgus Christianorum prauo quodam iudicio vt insidiosam et periculosam et a Deo procul auertentem adspernatur. Basilius* scilicet ille hoc argumentum singulari persecutus est libro, quem inscripsit *de gentilium libris cum fructu legendis a iuuenibus literarum cultoribus.* Conf. *G. Arnoldi* lib. VI. Descriptionis primorum Christianorum cap. 5. quod agit de primitiuae Ecclesiae literarum studiis.

(*p*) Id egregie demonstrat *Tribbechouius* lib. de Doctoribus Scholasticis cap. VI. p. 253. sqq. maxime p. 277. sq. differens de summa saeculi sexti ἀπαιδευσίᾳ. De eiusdem Gregorii saeuitia in Liuium, vid. *Bayle* Diction. v. *Gregoire* I. not. M. et N. De huius *Gregorii* vita, doctrina et scriptis. etiam suppositiis, longam Dissertationem exhibet *Oudinus* in T. I. de script. eccl. p. 1493. sqq.

(*q*) Vitam huius saeculi sexti monasticam interitum attulisse literis, praeclare docet *Conringius* Antiq. Acad. p. 266. sqq. et 272. sqq.

rep. Agnoëtarum (hoc est, *ignorantium*,) plena facta sunt omnia, foedaque ista haeresis propemodum vsque ad confinia Lutheranae Reformationis regnauit. Hinc totus Franciscanorum ordo (*r*) se deuouit pietati illiteratae, et sanctissima illa (*s*) Pauli vox: *Litera occidit, Spiritus viuificat*, vsurpari consueuit (*t*) a monachis ad odium conflandum vniuersis literarum studiis. Quid? In ipso Iure Canonico (*u*) nefas iudicabatur, *Episcoporum ac presbyterorum barbarismos irridere ac soloecismos*, adiecto, *indignum esse, sanctos illos viros restringi sub regulas Donati.* Imo in *Gratiani Decreto* P. I. Distinct. 37. vetantur clerici legere libros ethnicorum: et Distinct. 38. cap. 5. 6. 12. et 13. perparum eruditionis requiritur in episcopis caeterisque sacerdotibus.

XXVI. Hinc tanta excellentium doctrina virorum per aliquot saecula fuit penuria. Ac *sexto* quidem saeculo vix duos habuit (*x*) Occidens, quos ostentare posset literatae poste

 ritati,

(*r*) Vid. Biblioth. Brem. T. V. p. 203.

(*s*) 2 *Corinth.* III, 6.

(*t*) Refert alicubi *Erasmus*, sua aetate nil crebrius in ore fuisse monachis, quam illud: *Litera occidit.*

(*u*) Vid. *Martini* Margarita Decreti v. *Grammatica.*

(*x*) In Oriente *Procopius* tum vixit, et *Priscianus* et *Tribonianus* cum collegis suis. Vixit etiam in Occidente sexto saeculo *Ennodius*, Episcopus Ticinensis, a. 521. exstinctus, cuius opera cum suis notis edidit *Sirmondus* Paris. 1611. in 8. Sed miserrimus est hic scriptor, rerum quippe vacuus et sermone tam ineptus, vt perpetuis orationis meteoris lectores offendat.

ritati, *Boëthium*, *cum quo desiisse veterem Romanorum eloquentiam* vere obseruauit (*y*) *Miraeus*, et (*z*) *Cassiodorum*. *Post Boëthium, qui* vltimus eruditorum *dictus est*, *per mille annos vix vnus aut alter*, *certe apud Latinos*, *commemoratur*, *qui aliquod in doctrina liberali nomen habuerit*. Ita ait (*a*) *Rolandus Maresius*, qui et scite vocat interualium illud temporis vsque ad *Petrarcham interregnum ac velut literarum deliquium*. Nec aut *septimum* (*b*) aut *octavum* saeculum plures habuit eruditionis gloria in occidente (*c*) insignes. Illo

(*y*) Not. ad *Honorii* librum III. de script. eccl. cap. 22.

(*z*) De vtroque vid. *Fabricius* Bibl. Lat. lib. III. cap. 15. et. 16. Caeterum obseruandum, eum inolito errore appellari *Cassiodorum*, et hunc errorem ex ea opinione natum esse, quasi *Senator* epitheton esset, non nomen, cum tamen fuerit ei nomen *Senatoris*, et cognomen *Cassiodori*: quae sunt verba *Sirmondi* ad *Ennodii* lib. III. epist. 1. De vita eius conf. *Pagius* Crit. Baron. ad A. C. 562. §. 4. Vid. de eo et *Sylloges* meae *Tomus primus p. 594.* et *614. sqq.*

(*a*) Lib. II. epist. vlt. p. 532.

(*b*) *Conringius* lib. de script. XVI. saeculorum p. 101: *Praeter* minutos aliquot scriptores, inquit, *neque philosophum, neque ICtum, neque medicum, aut denique vel poëtam vel oratorem, qui alicuius sit famae, integro hoc* (septimo) *saeculo reperire licet.*

(*c*) In Oriente saeculo VIII. magnum nomen fuit *Ioannis Damasceni*, systematicae Theologiae conditoris, et Scholasticorum prodromi. Propter eloquentiam cognominatus fuit *Chrysorrhoas*. Caetera quoque ipsius eruditio tanta fuit, vt parem illa aetas habuerit neminem: quanquam nec superstitione fuit mediocri.

Illo enim *Isidorus Hispalensis* et *Aldelmus*; hoc (*d*) *Alcuinus* (*) et *Paulus Diaconus* vixerunt pariter ac scripserunt. Vtroque tamen saeculo *Beda* (*e*) vixit, et magno vtrique fuit decori. Caeteros, etiam diuinae scientiae professores, tantae inuoluerant ignoran-

 tiae

(*d*) Non est enim, quod ex eodem saeculo huc adscribamus *S. Bonifacium*. Non enim eruditio, sed religio nobilem eum fecit. *De Bonifacio nemo mirabitur, qui vel inspexerit duntaxat* Epistolas Bonifacianas, *nihil sapientes vel sacrae eruditionis: tantum abest, vt quicquam in illo viro, caeteroquin pio, laudem mereatur eruditionis saecularis:* inquit *Conringius* in Supplem. XXXII. ad *Antiquit. Acad.* p. 291. De indocto eius odio erga *Virgilium*, Episcopum Salzburgensem, vid. *Baelii* Dictionarium, et *Basnagii* Tomus III. *Lect. Canis.* P. II. p. 288. sqq. et 395. sqq. ac *Gundlingii* Dissertatio singularis *Nouae Bibliothecae Rengerianae* inserta T. III. p. 136. sqq

(*) *Alcuinus* esse nomen trium, non quatuor, syllabarum, pronuntiandumque esse *Alcwinus*, ipse docet hoc pentametro: *Alcuin dicor ego. Tu sine fine vale.* Vid. *Baronius* ad. a 778. n. 23. Ex *Alcwinus* deinceps ob ἐυφωνίαν *Albinus* factum est. Eodem modo quatuor syllabis male pronuntiatur *Ortuinus Gratius*, qui suo tempore syllabis tribus vocabatur *Ortuinus* et *Ortwinus*.

(*e*) De huius eruditione vid. *Tribbechouius* lib. cit. cap. 6. p. 287. sp. vbi quam fabulam affert de ortu cognomenti *Venerabilis*, eam minime venerabilem esse, facile intelligitur. Nam *Sancti* titulus illo aeuo solis tribuebatur episcopis: minores dignitate, cum magnis in ecclesiam meritis conspicuos se redderent, *Venerabiles* appellitabantur. Nuper de scriptis *Bedae* diligentissime egit *Fabricius* Biblioth. medii aeui T. I. p. 494 521.

tiae tenebrae, vt (*f*) *in episcopis et sacerdotibus non peritia requireretur S. Scripturae, multo minus linguarum, disciplinarum et antiquitatis notitia, sed modo vt legere, vt cantare, vt Orationem Dominicam, Symbolum, Psalterium, Computum* (*g*) *recitare valerent, nec nescii essent Canonum.*

XXVII. Accidit et hoc temporis tractu, Latina vt lingua prorsus interiret, solo eius vsu in sacris retento, paucis tamen sacerdotibus sensa Latinorum verborum callentibus. Ac notum est, ex Latina lingua natas esse hodiernas Italicam, Gallicam et Hispanicam. Id vero quo saeculo factum sit, vt scilicet Latina lingua desineret esse popularis, non satis constat. Sexto iam saeculo id factum esse, docentem *Lipsium* docte refellit (*h*) *Rutgersius*. Tamen *Alcyonius* (*i*) ex Ms. quodam historico *de rebus a Gothis in Italia gestis* refert, *Attilam regem post partam victoriam tam studiosum fuisse Gothicae linguae propagandae, vt edicto sanxerit, ne quis Latina lingua loqueretur, magistrosque insuper e sua prouincia acciuisse, qui Italos edocerent linguam Gothicam.* Sed non satis haec res certa est: ac for-

(*f*) Ita scribit *Spanhemius* Comp. Hist. eccl. sacr. VIII. p. 229.

(*g*) Ducem hic monachi habebant *Dionysium Exiguum*, saeculi VI. Abbatem: de cuius scriptis vid. *Fabricii* Bibliotheca medii aeui Latina lib. IV. p. 99. sqq.

(*h*) Var. lect. lib. I. cap. 13.

(*i*) Lib. II. de exilio p. 213.

fortasse *Attila* tantummodo publica scripta confici sua lingua iussit, more Romanorum (*k*) veterum, quorum praesidibus non licebat alia, quam Latina, lingua vti in prouinciis. *Augustini* tempore linguam Latinam in Africa adhuc fuisse popularem, ex ipso (*l*) discimus. Quinto illo saeculo et in Gallia superfuisse vsum huius linguae publicum, eo ipso docet *Sidonius* (*m*) *Apollinaris*, quod concionem Latinam exhibet ad plebem ab se habitam. Idem tamen metuere se (*n*) profitetur, ne breui in Gallia *aboleatur* ea lingua et *intereat*. Octauo id accidisse saeculo, *Lyronius*, Benedictini ordinis monachus, non ita pridem (*) contendit. Persuasum autem nuper nobis iuit doctissimus (*o*) *Colonienſis*, Lugduni vsum Latinae linguae publicum et communem ad medium fere noni permansisse saeculi. Ac longius prouehitur *Iac.* (**) *Basnagius*, decimo demum saeculo in Gallia cessasse Latinae lin-

(*k*) Vid. *Merillius* Not. philol. in passionem Christi p. 37; *Baelius* Dict. v. *Claude* not. A, et *Eckhardus* in Tomo XI. Miscell. Lipſ. p. 21. sqq.

(*l*) Lib. II. de doctr. Christ. cap. 11. et Confess. lib. I. cap. 14. Vid. *Whitakerus* in lib. de Scriptura S. p. 223-226.

(*m*) Lib. VII. epist. 9.

(*n*) Lib. II. epist. 10. et lib. VIII. epist. 2.

(*) In *Iournal des Scauans* a. 1738. m. Nou. p. 103.

(*o*) Hist. liter. Lugdun. P. II. p. 111.

(**) Hist. de l'Eglise lib. IX. cap. 4. §. 7. 8. et 9.

linguae vsum, pluribus disputans: quae eadem est auctorum (***) *Historiae Galliae literariae* sententia. In Italia post medium septimum saeculum magis magisque inualuisse linguam Italorum hodiernam, non ita pridem statuit (*p*) *Petrus Giannonius*. Verum certus temporis articulus constitui non potest, cum eiusmodi immutatio non simul et semel, sed sensim ac sine sensu fieri soleat.

XXVIII. Erat quidem hac tempestate se praebiturus instauratorem literariorum studiorum (*q*) *Carolus M.* ipse literarum haud (*) rudis,

(***) Tomo VI. p. 3. et 615.

(*p*) Hist. Neapol. lib. IV. p. 283.

(*q*) Vid. *Auentinus* Annal. Boi. lib. IV. cap. 8. §. 31 sqq. *Launoius* lib. de scholis celebr. cap. 1. et 25. *Conringius* Antiq. Acad. 322. sqq. *Tribbechouius* lib. cit. cap. 1. p. 23. sqq. *Burcardus* de fatis Lat. ling. P. II. p. 31. sqq. De opere *Carolino contra cultum imaginum* cuius tamen scriptor *Alcuinus* fuit, lege si meam ad ipsum Praefationem. A. 1734. librum *de statu rei literariae sub Carolo M.* edidit Lutetiae, et quidem patrio sermone *Boeufius*, vir perdoctus. Sed cum liber hic, minima forma excusus, centum duntaxat paginas impleat, non definimus desiderare eodem anno a. *F. O. Menkenio* in *Bibliotheca doctorum militum* p. 131. promissum maius opus *de Caroli M. partim scriptis, partim in literas meritis.*

(*) Fuerunt, quibus locus quidam *Eginharti* persuasit, ne scribere quidem potuisse *Carolum*. Quorum errorem satis coargui, veramque simul scripturam *Eginharto* restitui, in singulari Diss. *Nouis Miscellaneis Lipsi. ensibus* inserta T. III. p. 124. sqq. Librorum, quos Caroli M. Biblio-

rudis, et in Germania, Gallia atque Italia plures condebat ingeniorum officinas. Verum quam parum (*r*) profecerit, locupletem habemus teſtem *Lupum*, Ferrarienſem in Gallia abbatem, qui in prima ad Eginhardum, Caroli M. amicum, epiſtola grauiter queritur, *ſuperſtitioſum otium* ſuo aeuo literarum ſtudiis praeferri; ſe ne praeceptorem quidem nanciſci potuiſſe, nec *amori literarum, ab ipſo fere initio pueritiae ſibi innato*, ſatisfacere; iſto tempore *priorum ſtudia longo ſitu collapſa paene interiiſſe*; per Carolum quidem Magnum reuocari coepta eſſe, et aliquantum extuliſſe caput; ſed eo defuncto rurſus neglecta eſſe literarum ſtudia. Cuius rei culpam haud immerito cum (*s*) *Conringio* tribuimus ſucceſſoris, Ludouici Pii, *ſuperſtitioſae pietati:* quo quidem melior et literarum amantior literatorumque ſtudioſior fuit filius, Carolus Caluus, *Maecenas huius ſaeculi* dictus a (*t*) *Conringio:* ſed

Bibliotheca habuit, magnam partem doctiſſime recenſuit *Io. Dauid Koelerus* in Diſp. *de bibliotheca Caroli M.* Altorfii 1727. edita.

(*r*) Illud etiam cognitu dignum, tantum aliquam Latinarum literarum inſtaurationem *Carolo M.* deberi. Nam ipſe, vel potius interpres eius *Alcuinus*, lib. II. *de imaginibus* cap. 17. oſtendit, ſuo aeuo linguam Graecam ignotam fuiſſe Latinae Eccleſiae. Ac traditur *Rabanus Maurus*, *Alcuini* diſcipulus, primus in Germaniam inuexiſſe Graecas literas.

(*s*) Lib. cit. p. 329.

(*s*) p. 328.

sed nec tum veterno excuti se passum est male pium saeculum, neque aurorae successit dies vndiquaque sereniſſimus.

XXIX. Nec maior fuit Orientis felicitas, superstitione et hic plerisque omnibus eripiente mentis oculum. Styli quidem cultura hic minus, quam in Occidente, negligebatur: at scribentium industria non fere nisi in componendis Chronicis, Sanctorum vitis, et homiliis versabatur: nisi quod *nonum* saeculum suo fulgore illustrauit vir sui nominis (*) *Photius*, velut inter ignes luna minores. Fuit quidem etiam *Theodorus Studita* (*u*) huius aeui scriptor multorum voluminum. Ast parum profecto debet huic idololatriae martyri vera sapientia. Potiori iure hic laudamus Imp. *Leonem*, *Sapientis* (hoc est, *eruditiſſimi*) cognomine clarum. Hic enim, *Photii* discipulus, plurima (*x*) scribendo signum ipse aliquod ciuibus suis sustulit ad rite colenda literarum studia. De *Ioanne Damasceno*, saeculi *octaui* lumine haud satis liquido, quae paulo ante dixi, sufficiant.

XXX.

(*) De eo *Fabricius B. G.* lib. V. cap. 38.

(*u*) De scriptis eius vid. *Fabricii* Bibl. Gr. lib. V. cap. 33. p. 234. sqq. et T. XII. p. 275. sqq. itemque *Io. Imman. Mullerus* in singulari Disp. a. 1721. edita *de Studio et claris Studitis* p. 21. sqq.

(*x*) Vid. *Fabricius* Bibl. Graec. lib. V. cap. 5. p. 363. sqq. et *Olearius* Bibl. ecl. T. I. p. 439. sq.

XXX. Ad Occidentem vr referamus oculos, solito plures *nono* saeculo scriptores offendimus, feruentibus scilicet hic illic adhuc studiis a Carolo M. inflammatis et ab (*y*) Aelfredo, Angliae rege, sed paulo post misere deferuescentibus. Occurrit enim nobis *Rabanus Maurus*, (cuius de vita et scriptis diligentissime exposuit *Buddeus* vel Respondens eius in singulari Disputatione a. 1724. edita,) *Haymo*, (vterque *Alcuini* discipulus.) *Walafridus Strabo, Seruatus Lupus, Otfridus*, (tres *Mauri* discipuli) *Eginhartus*, (*z*) *Ioannes* (*a*) *Eri-*

(*y*) Vitam huius *Aelfredi* vel *Alfredi M.* tribus libris comprehendit et Oxon. 1678. edidit *Io. Spelmannus*, qui lib. II. n. 38: *Scholas*, inquit, *et Academias instituit, artes et disciplinas reduxit. Ipse multa carmina scripsit.* Plura de hoc Angliae CaroloM. deque scriptis eius reperies in *Oudini* T. II. de script. eccl. p. 309. sq. et *Olearii* Biblioth. eccl. T. I. p. 36. et *Fabricii* Biblioth. medii aeui T. I. p. 65 et *Menckeniorum* Bibliotheca doctorum militum g. 13. sqq.

(*z*) Deprauata est haec scriptura. Nam aequales *Eginharti*, *Lupus Ferrarienſis* et *Poëta Saxo*, a *Leibnitio* editus, eum vocant alter *Einhartum*, alter *Einhardum*. Ac posterius quidem mihi videtur rectius propterea, quia et scribitur *Bernhardus*, *Eberhardus*. Quid vero significet nomen *Einhardi*, coniectura assequi conatus sum in *Actis erud.* 1711. p. 530. quam adhuc probo, quia in aliquot MSS. is appellatur *Enhardus*. Vid. *Reimmanni* Biblioth. Vindob. p. 129. et 130.

(*a*) De hoc satis multa dixi in *Actis Philos.* T. III. p. 858. sqq. vbi p. 880. pro *harmonia* rescribendum esse *harmoniam*, recte et acute animaduerit *Mattesonius* in *Patriota*

Erigena, *Hincmarus Rhemensis*, *Regino*, *Iso* magister, *Anastasius* (*b*) *Bibliothecarius*.

XXXI. At exstincta cum his est literarum laus adeo, vt proximum saeculum nomen acceperit *obscuri et barbari*. *Saeculum infelix* vocat (*c*) *Bellarminus*, *in quo nulli scriptores illustres; saeculum sterile* noster (*x*) *Calixtus*, *et scriptoribus insignibus destitutum*. Miserrimum literarum statum per vniuersum hoc decimum saeculum natasque hinc summas et reip. et ecclesiae calamitates descriptas, si libet, legas in edita nuper *Historia literaria* (*) *Galliae*: vbi etiam (**) docetur, quo minus in Gallia prorsus exstinctae sint hoc saeculo literae, impedimento fuisse scholas non ita paucas cum ecclesiarum, tum monasteriorum, doctis in

Patriota suo *musico* p. 32. Caeterum *Ioannem Erigenam* fuisse natum in Hibernia, erudite pugnat *Leibnitius* in Prolegom. ad T. I. Script. Brunsuic. §. 25. et in ipso illo Tomo p. 22. Ac *Marianus* quoque *Scotus* Hiberniam habuisse patriam nonnullis creditur.

(*b*) Scripta eius *Fabricius* recenset Bibl. Gr. lib. V. cap. 35. p. 337. sq. *Anastasii* huius *Vitae Pontificum* tres eodem paene tempore habuerunt editores Italos, eosque eruditissimos, *Franc. Blanchinum*, *Io. Vignolium*, et *Lud. Ant. Muratorium*. De prima harum editionum vid. *Acta erud.* a. 1719. p. 425; 1725. p. 153. et 1731. p. 149; de secunda a. 1727. p. 52; de tertia a. 1724. p. 377. sq.

(c) Chronologiae p. 89.

(d) Appar. theol. p. 129.

(*) T. VI. p. 1-17.

(**) Ibidem p. 17-82.

in omni genere magistris instructas. Imo vero habuit hoc saeculum scriptores illustrissimos, vnum Papam, alterum Imperatorem, tertiam mulierem, *Syluestrum II.* (*e*) dico, *Constantinum* (*f*) *Porphyrogenitum*, et (*g*) *Roswitam*, Saxoniae nostrae decus immortale. Ac miraculi instar est, obscurissimo illo saeculo et (*h*) literarum vsque adeo experte tres eruditionis laude exsplenduisse eius generis personas, a quibus praereptum iri caeteris mortalibus palmam ingenii, vix ac ne vix quidem vllo tempore verosimile est. Certe nulla aetas simile vidit exemplum, nec, vt opinor, iterum videbit vnquam.

XXXII.

(*e*) Vid. *Naudaeus* lib. de magiae suspectis cap. 19. §. 8. et 9; *Launoius* lib. de scholis celeb. cap. 21; *Koelerus*, Prof. Altorf. singulari Dis. a. 1720. edita. De vita et scriptis huius *Syluestri* copiose et accurate disseritur in *Hist. lit. de la France* T. VI. p. 556-614. Vid. maxime pag. 577.

(*f*) Vid. *Fabricius* Bibl. Graec. lib. V. cap. 5. p. 486. sqq.

(*g*) Vid. *Oudinus* T. II. p. 502. sqq. *Fabricius* Bibl. Lat. medii aeui lib. VIII. p. 829. sqq. Verum eius nomen est *Hroswitha*, quod legendum *Chroswitha*. Sic *Hludouicus*, id est, *Chlodoueus*. Scilicet litera *h* illo tempore etiam significabat *ch*.

(*h*) Gallos tamen huius saeculi scriptores minus esse barbaros caeteris, contendit *Bailletus* Iudiciorum T. I. p. 322. In Gallia quoque natas esse *fabulas Romanenses* hoc saeculo, praeclare docetur in *Hist. lit. de la France* T. VI. p. 12-17.

XXXII. Si quaeris, cur hoc temporis tractu ad incitas redactae fuerint Musae, non aliam video huius calamitatis causam, quam quod et inhonorata tum erant optima illa studia, et via ad eruditionem nimium salebrosa. Non enim publicis sumtibus alebantur doctores iuuentutis in scholis atque Academiis, ac bonorum librorum summa erat caritas, praetereaque doctissimus (*i*) quisque haereseos vel suspicionem vel notam effugere vix ac ne vix quidem poterat. Crediderim etiam, haud paucos sic, vt olim pii Eliae aeuo, latuisse in tenebris, qui cum satis docti essent, vel audacia vel occasione carerent prodeundi in publicum et scribendis libris nomen suum ad posteros propagandi. Iniucundum scilicet est, odiosum etiam, ineptum denique, docere, vbi nemo est, qui doceri gestiat. Certe non videtur mihi decimum (*ii*) saeculum *Luitprandum* et *Roswitam*, vndecimum *Lambertum*, *Schafnabrugensem*, procreare potuisse, nisi

(*i*) *Abaelardus*, *Virgilius* Salzburgensis, *Berengarius*, ipse Papa *Syluester II.*

(*ii*) Hoc saeculo etiam vixit *Eutychius Butricides*, patriarcha Alexandrinus: de cuius opere Arabico vid. *Hottingerus* Hist. eccl. II. p. 34. sqq. et *Renaudotus* Hist. patriarcharum Alexandrinorum p. 246. sqq. Vixit item hoc saeculo *Simeon Metaphrastes*, quem *Vitarum Sanctorum* scriptorem *Dallaeus* lib. IV. de obi. cult. relig. cap. 17. p. 680. *maximum fabulatorem* appellat. De eius aetate *Basnagius* disputat T. III. Lect. Canis. ant. P. I. p. 22. sq. eumque a. 920. scripsisse contendit. Copiosissime de eo agit *Fabricius* Bibl. Gr. lib. V. cap. 5. p. 509. sqq. et Oudinus T. II. p. 1301. sqq.

nisi fuissent alii, quorum vel institutione vel aemulatione vel hortatu tam longe fuissent prouecti in literarum curriculo. Quanquam publicae illius temporis querelae docent, perraros fuisse interiorum literarum cultores, ipsaque monasteria, erudiendae (*k*) quidem illa iuuentuti dicata, et suum singula Scholasticum (*l*) habentia, conuersa fuisse in scholas (*m*) cantionum, superstitionum, caecaeque obedientiae. Illud vnum laudi ducendum est collegiis monachorum, quod assiduis veterum librorum descriptionibus fortiter obstiterunt, quo minus ii interirent. Ita dum ingenium suum non poterant, manus tamen commodabant reip. literatae, atque haec est causa, recte obseruante (*) *Barthio*, cur tam multi adhuc nobis salui sint ex bonis scriptoribus. Quanta vero industria monachorum fuerit in libris describendis, hisce docet verbis (*a*) *Petrarcha: Alii membranas radunt, alii libros scribunt, alii corrigunt, alii illuminant, alii ligant et superficiem comunt.*

(*k*) Vid. Mart. *Shookius* lib. de bonis eccl. Sect. I. cap. 27. et Sect. II cap. 3. et; *Leukfeldius* Antiq. Walkenrid. Cap V. *Mabillonius* lib. de studiis monasticis.

(*l*) Vid. Praef. mea ad *Tribbechouium* p. 10. sqq. Hoc tempore cum nonnisi in monasteriis colerentur literarum studia, accidit, vt *clericus* et *literatus* essent synonyma. Vid *Fresnaei* Glossarium.

(*m*) Haec verba sunt *Spanhemii* Comp. Hist. eccl. Saec. X. cap. 2. p. 279.

(*) Aduers. lib II. cap. 4.

(*a*) Lib. IX. epist. 5. p. 321.

Quibus simillima *Trithemii* verba exhibet in *Amoenitatibus* suis *Schelhornius T. VII. p. 284.*

XXXIII. Sed ad historiae filum reuertimur, et subsequentia duo saecula breui contemplamur. *Vndecimum* igitur saeculum ornabant (*b*) *Fulbertus* Carnotensis, *Burcardus* (*c*) Wormatiensis, *Ditmarus* (*d*) Merseburgensis episcopi, *Berengarius*, ille (*dd*) sui saaculi Zuinglius, *Petrus* (*e*) *Damiani*, *Constantinus* (*) *Afer*, medicus, *Marianus Scotus*, *Lanfranco*

(*b*) De his omnibus, *Lanfranco* et *Lamberto* exceptis notitiam pete ex *Oudino* T. II. p. 519. sqq. De *Fulberto* etiam vid. *Pagius* ad. A. C. 1007. § 1. vbi docet, eximium eum fuisse studii literarum et cultorem et adiutorem. Primum igitur is locum tenet inter clariores doctrina viros vndecimi saeculi, quos carmine rhythmico descripsit *Berengarius*: quod primus vulgauit *Martenius* in Tomo IV. Thesauri anecdotorum p. 113. et 114. Exhibetur etiam Vita *Fulberti* in Hist. lit. de la France T. VII. p. 261. sqq.

(*c*) Siue *Brocardus*. Inde *Brocardica* hodieque dicuntur prouerbio. Vid. *Fabricius* Bibl. Lat. IV. 10. p. 844. et Bibl. Gr. VI. 2. p. 79; *Grauina* lib. I. de orig. iur. ciu. p. 179; *Thomasius* Disp. de praesumtione bonitatis §. 2.

(*d*) *Leibnitius* T. I. Script. Brunsuic. p. 323. sqq. edidit *Ditmarum restitutum*, hoc est, plenum ac perfectum, cum prioribus in editionibus permulta desint. *Omnium ille primus est, qui ex Germaniae optimatibus historiae patriae scribendae manum admouit*, inquit *Sagittarius* Introd. in Hist. eccl. cap. 23. §. 15. vbi et MS. exemplar Dresdense Ditmariani operis commemorat.

(*dd*) De hoc vid. *Hottingerus* Hist. eccl. T. II. p. 527. sqq. et *Fabricius* Bibl. medii aeui p. 570. sqq.

(*e*) Est hic inter veritatis testes Flacianos p. 270. sqq.

(*) De hoc *Fabricius* Biblioth. Gr. lib. VI. cap. 9. p. 123. sq.

francus et *Anshelmus*, Cantuarienſes archiepiſcopi, *Hermannus Contractus*, *Lambertus* Schaffnaburgenſis, *Sigebertus* Gemblacenſis, *Guido* (*f*) *Aretinus*; et Graeci, *Michaël Pſellus*, vir (*g*) ſummus, *Theophylactus*, *Georgius Cedrenus*, *Ioannes Xiphilinus*, *Ioannes* (*) *Italus*. Saeculi *duodecimi* heroës literarii fuerunt *Iuo* Carnotenſis, *Irnerius*, ICtorum patriarcha, hoc eſt, primus (*h*) inſtaurator iuris ciuilis Romani, *Hugo de S. Victore*, *Petrus Abaelardus*, Scholaſticae cum philoſophiae, tum theologiae parens, *Petrus Cluniacenſis*, *Petrus* (*i*) *Lombardus*, *Petrus Comeſtor*, *Petrus Rigenſis*, *Petrus Bleſenſis*, *Gratianus*, *Bernhardus* (*ii*) ſanctus, *Bernhardus Morlacenſis*,

(*f*) Hic τὸ *vt*, *re*, *mi*, *fa*, *ſol*, *la* excogitauit, eaque re multo faciliorem reddidit artem muſicam. Vid. *Sigebertus* Gemblac. ad A. 1028. et *Oudinus* T. II. p. 600. et *Fabricius* Bibl. Lat. medii aeui lib. VII. p. 372.

(*g*) Poſt *Allatium* diligentiſſime de eo *Oudinus* agit T. II. p. 646. ſqq. et *Hanckius* de Byzantinarum rerum ſcriptoribus P. I. cap. 25.

(*) De hoc *Oudinus* T. II. p. 760 ſq. Fuit natione Italus, ſed Conſtantinopolim delatus *Mich. Pſello* ſucceſſor datus eſt in cathedra philoſophiae primaria.

(*h*) De eo vid. *Fichardus* in Vitis ICtorum cap. I. et *Reimannus* Hiſt. lit. Germ. V. II. p. 430. ſqq.

(*i*) Tot tantique *Petri* eo tempore florentes occaſionem, ni fallor, dederunt vulgato illi Logicorum: *Petrus currit.*

(*ii*) De huius ſcriptis vid. *Fabricius* Bibl. medii aeui p. 598-621.

censis, Ioannes (α) Sarisberiensis, Helmoldus, Guntherus poëta, Giraldus Cambrensis, Galterus, scriptor (k) Alexandreidos, Rupertus Tuitiensis, Otto (l) Frisingensis; et Graeci, Euthymius (m) Zigabenus vel potius Zigadenus, Ioannes Zonaras, Anna Comnena, (o) Eusta-

(α) Diligenter de hoc egit *Bruckerus* Hist. philos. T. V. p. 1042. sqq.

(k) Ego *Alexandreidis* huius editionem Ingolstadiensem anni 1541. possideo, et illud quidem exemplar, quod cum editis et MSS. libris comparatum denuo prelo subiicere in animum induxerat *Christ. Daumius*. Secutus autem est *Galterus* hic *Curtium* et saepe ad verbum expressit. Vnde eius cum Curtio collatione nonnulla ex hoc menda tolli possunt: id quod experiendo didici. *Freinshemius* quidem hoc labore fungi non potuit. Nam ne visum quidem sibi vnquam *Galterum*, fatetur Comment. ad Curtii IX. 5. 13. In editione huius *Alexandreidis*, quae in Gallia Lugduni 1558. cum R. Constantini praefatione excusa est, multa verba differunt ab editione Ingolstadiensi. An forte ipse Galterus in secunda sua editione multa mutauit, adeoque diversi codices MSS. supersunt?

(l) De hoc vid. *Conringius* Antiq. Acad. p. 343. et *Sagittarius* Introd. in Hist. eccl. cap. IX. §. 13. et 14.

(m) Eius *Panoplia dogmatica orthoxae fidei*, cuius Latina versio iam a 1555 in Italia fuit edita. demum a. 1710. Tergobysti in Walachia prodiit in lucem Graeca. Vid. *Rich. Simonii* Biblioth. crit. T. III. cap. 10. et *Fabricii* Bibl. Gr. lib. V. cap. 11. p. 460. sqq. Quae is de Bogomilorum secta habet, in suo de illis haereticis libro edidit illustrauitque *Wolfius*. Rectius vero de Euthymiana Bogomilorum descriptione iudicium tulit *I. L. Oederus* in Disp. *de Bogomilis* 1743. me praeside habita.

(o) De huius comment. in Homerum vid. *Fabricius* lib. II. Bibl. Gr. cap. 3. §. 8. et 9. qui Commentarium hunc

Eustathius, *Theodorus Balsamo*, *Ioannes* (*p*) *Tzetzes*. Adiungo scriptores (*q*) belli sacri in Iudaeam suscepti, quos inter eminent *Guilielmus Tyrius* et *Bernardus* (*r*) poëta. Nec tacendus scriptor huius aetatis Islandus, *Arius*, cognomento (*α*) *Froda*, id est, *polyhistor*, cuius librum Hafniae 1733. cum annotationibus suis edidit *Andr. Bussaeus*.

XXXIV. Apparet hinc, saeculo XII. in vtroque orbe acrius excoli coepisse cum iucundiores, tum seueriores literas: cuius rei in Occidente quidem praecipua causa erat schola

hunc vocat *Cornu copiae linguae Graecae*. *G. Arnoldus* Hist. eccl. lib. XII. cap. 3. §. 1. mitius iudicasset de hoc labore Archiepiscopi Thessalonicensis, si sciuisset vel recordatus esset, eum antea fuisse Professorem rhetorices, tumque *Homerum* diurna nocturnaque manu versauisse.

(*p*) Vid. *Fabricus* Bibl. Gr. lib. V. cap. 42. §. 3. p. 245. sqq.

(*q*) Hos vno volumine, quod inscripsit *Gesta Dei per Francos*, complexus est *Bongarsius*, a. 1611. edito. De hisce scriptoribus etiam disserit ac iudicium suum exponit *Th. Dempsterus* in praef. ad *Accolti* opus *de bello* illo *sacro*; itemque *Miraeus* in Auctario de script. eccl. n. 358.

(*r*) Isque elegans. Multos eius versus suis ad *Accoltum* annotationibus passim inseruit *Dempsterus*, qui et de dignitate eius agit p. 242. Plura de eo leges in *Burmanni* Traiecto erudito p. 25. sqq. et in *Hist. lit. de la France* T. VII. p. 97.

(*α*) Vid. omnino *Kohlii* Noua literaria (*Hamburgische Berichte*) anni 1734. p. 122-126. et 163. et *Journal des Scavans* T. 104. p. 233. sqq. et *Mollerus* in Praef. ad Bibliothecam septentrionis eruditi §. 13. et im Beytrage zu den Leipz. Gel. Zeit. T. I. p. 738. sqq.

Parisiensis, et praecipuus eius vrbis, licet non publico stipendio conductus, magister, *Abaelardus*. Sane quemadmodum, *veteris Graeciae philosophorum omnium ingenia Socratico ore defluxisse*, obseruat ex vero *Velleius* (*s*) *Paterculus*, sic (*t*) *Abaelardus* non solum vocatus est in epitaphio, sed vere fuit *Gallorum Socrates*, hoc est, dux et auctor gregis literati numerosissimi.

XXXV. Excitati nouo hoc studia aemulantium strepitu etiam Iudaei sunt ad colendas flagranti industria literas, vixeruntque hac tempestate ac plurimos composuerunt (*u*) libros *Salomo Isacides*, quem vulgo *Iarchium* nominant, *Abenesra*, *Iosephus Kimchi* cum filiis *Mose* ac *Dauide*, *Moses Maimonides*, *Beniamin Tudelensis*.

XXXVI. Caeterum Parisiensis illa schola, tanta sapiens incrementa, vt toti orbi esset miraculo, ne forte arma in Papae regnum aliquando conuerteret, hic sapientissime prouidit, scholam illam summis ornans priuilegiis, at simul

(*s*) Lib. I. ca. 16. n. 4.

(*t*) De eius fatis ac scriptis vid. *Acta Philos.* T. III. p. 529-586. Epitaphia eius ibidem T. II. p. 963 sq.

(*u*) Vid. *Wolfii* Biblioth. Hebr. Philosophiae ethnicis vsitatae studium an et quando interdictum fuerit Iudaeis, docet *Seldenus* lib. II. de synedriis Hebraeorum cap. 9. §. 2. et *Buddeus* Hist. philos. Hebr. p. 199. sq. et. 213. sq. editionis secundae.

simul Regi ereptam suo (x) subiiciens imperio. Factum hoc esse saeculo *decimo tertio*

(x) Hoc consilio numerabantur omnes Professores inter clericos. Vid. *Conringius* Antiq. Acad. p. 364. sq. Etiam Cancellarios Academiis Papa praeficiebat Episcopos, e. g. Francofurtanae Lebusensem, Lipsiensi Martisburgensem, Rostochiensi Suerinensem, Gryphiswaldensi Caminensem, Erfurtensi Moguntinum, Ingolstadiensi Aichstadiensem. Vid. *Mallincroti* lib. de Archicancellariis S. Rom. Imp. cap. VI. extremo p. 210. sq. Animaduertenda vero et haec ars Papae est, quod in Academiis primum locum assignauit theologis, caeterarumque disciplinarum doctores eorum siue imperio siue tyrannidi subiecit, (appellandi enim theologi erant a caeteris Professoribus *magistri nostri*, atque adeo discipulari cultu et obsequio prosequendi) quodque philosophos, a quorum ingeniis sibi maxime metuebat, occupare iussit locum vltimum. Expressit haec res multum querelarum philosophis, item philologis, qui ne post Reformationem quidem desiere theologos arguere odii in erectiores literas. *Est hoc omnino velut insitum theologis*, inquit *Sleidanus* lib. V. extremo, *vt viros doctos exagitent*. Similia *Pufendorfii* et *Bersmanni* dicta ex MSS. epistolis protuli lib. IV. Poecilcs p. 555. et in *Actis Philos.* T. III. p. 645. Etiam *Erasmus* theologos (hoc est, vulgus theologorum) vocat *pestem fatalem bonarum literarum* in ea epistola, quam a. 1519. ad *Lutherum* scripsit. Exstat ea in *Epistolarum* ipsius libro sexto p. 257. sq. inserta quoque a *Schiltero* libro septimo *de libert Eccl. Germ.* cap. I. §. 13. p. 832. sq. Adde, quae infra dicentur de Treuoltiensibus et Loescherianis Ephemeridibus. Sed redire me cogit ad ordinem disciplinarum Academicum sapiens *Io. Freinshemii* meditatio, quam his expressit verbis in lib. de Electorum et Cardinalium praecedentia §. 26. p. 39: *Pontificum auctoritate constitutas esse plerasque Academias, constat. Ne miremur, si maxime honorarunt ordinem, in*

quo

contendit (*y*) *Conringius*, ab iis dissentiens, qui ad remotiora tempora referunt scholarum vniuersalium, quas *Vniuersitates* olim et *Studia generalia*, hodie *Academias* (*z*) appellant, originem. Nec male successit hoc Papae consilium. Quippe per aliquot saecula in illis Academiis cum philosophia, tum theologia Papaeis vinculis constricta mansit, atque adeo tantum aberat, vt *Scholastici* (hoc enim nomen Professorum (*) erat,) veras Musas in orbem

quo ipsi honorabantur. Is autem tum Theologorum *vocabatur. Iuris ciuilis nulla tum erat notitia: Pontificium obtinebat. Huius ergo professores iure suo locum primo proximum nacti. -- Nec sperni Medici poterant. Philosophia, quae tum erat in vsu, nihil habebat cur de primatu contenderet. Ciuilem sapientiam non doceri, Papae intererat. Eandem ob causam iacebant bonae literae et studium historicum. Postquam emersit vera philosophia, iam occupatus erat locus, et secundum legem conuiualem sedes incommodiores decernuntur tardeuenientibus.*

(*y*) Antiq. Acad. p. 104.

(*z*) Quo tempore orta sit haec appellatio, docui singulari Dissertatiuncula, inserta *Nouae Bibliothecae Rengerianae* T. V p. 363. sqq. Conf. *Hechtii* Germania sacra et literata P. II. lib. 14. cap. 2. p. 529. sqq.

(*) In Graecia *Sophistae* appellabantur Professores. Latini in aureo linguae suae saeculo eos nominabant *Doctores* et *Magistros*, in argenteo *Professores*, in aeneo *Antecessores*: de quo postremo titulo lege sis, quae protuli in exitu meae Praefationis ad *Conringii* Antiquitat. Academicas. Hoc ipso nostro saeculo, qui a. 1713. edidit Tolosae *Synopsin Historiae ecclesiasticae*, *Ambrosius Gardeboscus* in eius titulo se appellat *Theologiae Antecessorem Regium in Academia Tolosana.*

bem reducerent, vt eas potius Papaeo suo monopolio opprimerent, pro vera eruditione (*a*) animos complentes nugis et erroribus atque γνώσει ψευδωνύμῳ. Caeterum cum Scholastici illi eruditorum nomen tot saeculis mentiti sint, operae pretium facturus videor, si paucis exponam ipsorum historiam.

XXXVII. Scilicet nono saeculo auspiciis *Mamonis*, ex successoribus Muhammedis Chalifae doctissimi, plerique Aristotelis libri in Arabicam linguam traducti sunt, et hoc signo ad studia excolenda sublato Arabes magno impetu in philosophiam, astrologiam, medicinam, caeterasque artes incubuerunt. Vid. *Hottingeri Analectorum* Dissertatio sexta tota. Non quidem ii pro eo, ac par est, philosophabantur. In philosophia (*b*) enim coeci erant sectatores Aristotelis: in astrologia ita superstitiosi, vt nihil supra. Interim cum in Hispania sedem fixissent, prouocarunt aemulationem Christianorum, quos puduit Muhammedanis inferiores esse eruditione. Hinc et ipsi amore Aristotelis correpti, magnaeque doctri-

(*a*) Accuratissimum iudicium de literatura Scholasticorum fert *Pufendorfius* Introduct. in Hist. cap. XII. §. 34. Vberius vide in mea Praefatione ad *Tribbechouium*.

(*u*) Exstat *Io. Petri Ludouici* Disp. historica de philosophia rationali apud Arabes et Tureas. Conf. *Walchii* Hist. Logicae lib. II. cap. 1. Sect. 2. §. 3. et 4 Hodieque in vrbe Africae Fezza esse dicitur bibliotheca publica Arabicis libris refertissima.

doctrinae laudem affectantes, non leui ardore literarum studia tractanda susceperunt. Inter Arabes illos praecipue conspicui fuerunt *Auicenna*, qui a. 1050. floruit, et centum annis iunior (*) *Auerroës;* vt omittam (*c*) *Alchindum*, *Alchabitium*, *Algazelem*, *Almasarem*, *Auempace*, *Abubecher*, *Alpharabium*.

XXXVIII. Horum igitur aemulatione (*d*) incensi Scholastici acerrimis studiis coluerunt philosophiam Aristotelis. Etsi enim, qui primus habetur (*e*) Scholasticus, et ob enormem aucto-

(*) De duobus his agit *Wolfius* in Biblioth. Hebr. T. I. n. 21. et 39. itemque *Bruckerus* in Historia sua philosophica: qui et de caeteris cognitu digniora profert.

(*c*) De hoc Arabum philosopho eruditam Dissertationem Helmstadii edidit *Io. Gottfr. Lakemacherus* a. 1719. qui eodem anno praeside *Kochio* ibidem disputauit *de studiis Arabum*.

(*d*) *Scholasticos* fuisse discipulos Arabum, docet *Tribbechouius* lib. de Scholasticis cap. 3. §. 3. p. 126. sqq. vbi et *Golio* subscribit, Arabum philosophos vocanti *Patriarchas Scholasticorum*. Etiam *Scaliger* in epist. p. 308. edit. 1612: *Florentibus Arabum rebus*, inquit, *tunc summa meliorum literarum imperitia in tota Ecclesia Latina erat, cum bonae disciplinae inter Muhammedanos maxime vigerent. Et profecto, quicquid Latini scripserunt, postquam illos inscitiae suae admonuit Arabum industria, id totum Arabibus acceptum ferre debent, philosophiam, medicinam, et mathematica*. Conf. *Acta Philos.* T. III. p. 41: et 42.

(*e*) Subaudi, *Occidentis*. Nam in Oriente iam octavo saeculo *Ioannes Damascenus* procreârat theologiam Scholasticam, a posteritate ipsius studiose retentam propaga-

auctoritatem a *Caluino* (*) *Scholasticorum Pythagoras* appellatur, *Petrus* (**) *Lombardus* saeculo duodecimo theologiae totum se dediderat, scriptis quatuor *Sententiarum* libris, qui ipsi nomen *Magistri Sententiarum* conciliarunt, et ipsius sectatoribus commentatoribusque appellationem *Sententianorum*; statim tamen saeculo decimo tertio (*f*) *Albertus M.* Aristotelicam philosophiam cum theologia coniunxit: quod et discipulus ipsius fecit (*g*) *Thomas Aquinas*, itemque *Ioannes Duns Scotus*. Hi duo singulas Scholasticorum sectas constituerunt, *Scotistarum* atque *Thomistarum*. Ac praeter hos saeculo illo XIII. floruerunt *Alexander Alensis*, *Petrus Hispanus*, et *Aegidius Romanus*; saeculo XIV. *Guilielmus Occamus*, *Gregorius Ariminensis*, *Durandus a S. Porciano*, et *Franciscus Mayronius*;

pagatamque. Vid. *Heineccii* Hist. Ecclesiae Graecae P. I. cap. 2. §. vlt.

(*) Instit. relig. Christ. lib. III. cap. 15. §. 7.

(**) Alium *Petrum Lombardum* habuit Italia saeculo XIV. eximiae artis statuarium. Vid. *Keysleri* Itinerarium T. II. p. 480. et 514.

(*f*) Huic magnificum praeconium tribuit *Auentinus* Annal. lib. VII. cap. 7. §. 13. sq.

(*g*) Huius rogatu *Heinricum Brabantinum*, Dominicanum, omnes Aristotelis libros in Latinam linguam ad verbum transtulisse, *Auentinus* docet Annal. lib. VII. cap. 8. §. 19. *Trithemius* tamen alii Brabantino Dominicano id tribuit, *Thomae de Cantiprato*, lib. de script. eccl. cap. 469. Quam vero misera sit illa versio, duce *Gassendo* manifestum feci in *Actis Philos.* T. III. p. 42.

ronius; saeculo XV. (α) *Gabriel Biel*: vt caeteros minus clari nominis silentio praeteream. Caeterum rei literariae per hoc hominum genus (*h*) parum fuit consultum, neglecto quippe ab ipsis linguarum, historiarum, antiquitatum studio, ac philosophia omni partim in nugas conuersa, partim in instrumentum regnantis ea tempestate religionis.

XXXIX. Porro in Academiis, quas hodie appellamus, primis temporibus duntaxat septem liberales, quas vocant, artes docebantur, quibus philosophia absolui credebatur. Vnde philosophi dicti *Artistae*, et in Academia Parisiensi

(α) De hoc singularem Disputationem praeside *Wernsdorfio* 1719. habitam edidit *Hier. Wig. Biel*, permotus communitate nominis.

(*h*) Hic alia omnia orbi persuadere conatus est doctissimus vir, *Polycarpus Lyserus*, in Diss. a. 1719. Helmstadii edita *de ficta medii aeui barbarie*, eamque sententiam iterum propugnauit initio *Historiae poëtarum medii aeui*, sequenti anno editae. In Halensium *Bibliotheca Academica* a. 1719. p. 38. iudicatur, eum ostendisse, se etiam manifesto falsis aliquem verosimilitudinis colorem illinere, hoc est, Aethiopem dealbare, valere. Breuiter quoque confutatus fuit in Lipsiensium Latine scriptis *Nouis Literariis* a. 1719. p. 90. sq. Copiosius vero eum refellit *Burkhardus* P. II. de fatis Lat. linguae p. 63 - 94. et *Io. Frid. Bertramus* in Meletematibus literariis p. 179. sqq. Etiam a. 1727. publica Oratione eum confutauit, vt e Programmate d. 24. Apr. edito cognoui, *Andr. Sam. Gesnerus*, Gymn. Rotenburg. ad Tubarim Rector. Verissime itaque statuimus, duo hac aetate literatis, acri licet studio tractantibus literas, defuisse, *rationem* atque *orationem*, hoc est, philosophiam varem et eloquentiam.

risienſi hodieque ſoli philoſophi fiunt Rectores, ſcilicet quia caeterae facultates (*) poſtero demum tempore acceſſerunt. Philoſophicae Facultati primum acceſſit Theologica, eo tempore, quo Lutetiae *Lombardus* Scholaſticae Theologiae parens factus eſt. Imperatorores addiderunt tertiam, Iuridicam: horumque aemulatione Papae Profeſſionem (**) iuris Canonici inſtituerunt. Tandem Medica quoque Facultas locum in Academiis nacta eſt. (*i*) Alicubi etiam vna ſolum Facultas fuit, vt Medica in celebri illa ſchola (*k*) Salernitana. Toto vero orbe celebratiſſimae ſcholae fuerunt *Colonienſis* et *Pariſienſis*, quibus non multum inferior fuit *Oxonienſis*. Hinc vetus quidam (*l*) poëta:

Agrip-

(*) Vnde quatuor illa collegia, in quae diuiduntur Academiae, nomen *Facultatum* acceperint, docui in Praef. ad Antiquitates Academicas *Conringii*.

(**) Hinc rex Galliae Carolus VI. in Diplomate, quo Academiam Cadomenſem confirmat, (in Acheriani *Spicilegii* Tomo III, *fol.* p. 792.) quinque ei tribuit Facultates, *Theologiam* ſcilicet, *Leges* ſiue Ius ciuile, *Decreta* ſiue Ius canonicum, *Medicinam*, et *Artes*, quibus etiam philoſophia continetur.

(*i*) Vid. *Iac. Thomaſius* Obſ. Hal. T. VI. Cap. 14. 15. 18. et 20. itemque filius eius, *Chriſtianus*, in Programm. p. 958. ſqq. et 688.

(*k*) De hac pluribus agit *Conringius* Antiq. Acad. p. 98. ſqq. et 351. Vid. et *Stolli* Hiſt. Medicinae p. 117. et 851.

(*l*) Apud *Benthemium* Stat. Holland. P. II. p. 185. Exſtat *Pariſienſis Academiae Hiſtoria* auctore *Bulaco*

cuius

Agrippina et Parisium, duo regna Mineruae.
Introducere etiam primis statim temporibus placuit *gradus* siue honores Academicos: cuius argumenti scriptores adduxi in *Actis Philosophorum T. III. p. 595. sq.* ibique *p. 597. sqq.* egi de titulo *Magistri.*

XL. Hac occasione animaduerti meretur, nihil commodis suis inimicius, adeoque nihil humano generi salubrius facere potuisse Romanos Pontifices, quam quod ciuitates scholasticas, rem olim inauditam, quas hodie Academias vocamus, passim locorum ac gentium condiderunt, eisque tantum splendoris tantumque opum adiunxerunt, vt non minus, quam aliae ciuitates, perpetuitatem sibi possint promittere. Postquam enim eae in terris Protestantium a tyrannide Romana se vindicarunt in libertatem, factae sunt firmissimae arces sapientiae, quibus saluis perpetuo exulandum erit barbariei, et vnde coloniae literariae quamplurimae iam olim deductae sunt, et deducentur in posterum. Fatendum igitur est, cum Papatus studiis sapientiae olim attulerit interitum, eiusdem reges sacros (*m*) postea condendo

cuius recensio exhibetur in *Bibliotheca Thomasiana* T. I. p. 23. sqq. 140. sqq. et T. II. p. 1. sqq 185 sqq. Aliam eius recensionem ipse exhibui in mea Bibliotheca historica Academica p. 151-159. *Oxonienses Academiae Historiam* scripsit *Antonius Woodius.*

(*m*) Potest igitur de Romano Pontifice dici, quod in Achillem, cuius hasta et grauissime vulneratus et sanatus

dendo Academias nouam illis studiis aperuisse portam praeter opinionem, tandemque vitam ibi redditam esse verae eruditioni et vigorem incredibilem. Nec profecto eruditio sacra *Luthero* duce triumphare potuisse, certe non diu triumphatura fuisse videtur, nisi nutrices ac tutrices nacta esset Academias. Ex quo vero theologia illa emendata stabilem in Academiis accepit sedem, non solum ipsa induta fuit robore inexpugnabili, verum etiam caeteris (*n*) disciplinis tanta vis lucis affusa est, vt prae nostro saeculo Augustea illa aetas iamdudum desierit esse aurea. Quanquam nec negandum, id vitii habere Academias tanquam societates literatas, quod interdum impedimento sunt, quo minus nouae veritates in apricum proferantur et inueterati errores exterminentur. Decorum enim habetur collegis, idem sentire, idque valet ad conseruandam amicitiam. *Omnis vis amicitiae est in voluntatum et sententiarum summa consensione*, in-

natus rursus fuisse fertur Telephus, lusit *Ouidius* Trist. V. 2. 5.

Telephus aeterna consumtus tabe periſſet,
Si non, quae nocuit, dextra tuliſſet opem.

(*n*) Addo et hunc fructum Academiarum, quod, dum iudices in rebus criminalibus ab earum ICtis responsa petunt, ea re tum ipsi *severitatem suam* (vt vtar *Eutropii* verbis lib. IX. 16. 1.) *aliena inuidia explent*, tum rei accipiunt iudices non solum iuris satis peritos, verum etiam prorsus incorruptos.

inquit *Cicero* in quarto libri *de amicitia* capite. Hinc Facultates Theologicae et Iuridicae eadem omni tempore reddere solent responsa, quae propterea vocantur *praeiudicia*. Ac testis est experientia, maxima incrementa eruditionis profecta esse a viris eruditis extra societates Academicas viuentibus, quibus illud placuit: *Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas*.

XLI. Saeculo *decimo tertio* praeter (α) Parisiensem (ο) Academiam conditae sunt (p)Pata-

(α) *Quo tempore condita sit Academia* Parisiensis, vid. *A. Pagius* ad A, 802. §. 11. et 12.

(ο) Optauit *Morhofius* Polyhist. liter. lib. I. cap. 16. §. 72. et 73. vt vir quispiam idoneus accuratam concinnaret Academiarum historiam: qua quippe adhuc caret orbis literatus. Habemus quidem pererudite scriptas *Antiquitates Academicas Conringii*, qui in Praef. scribit, *se primum hanc materiam eruderare aggressum esse:* sed in generalibus haerens non sufficit desiderio *Morhofii*. *Middendorpius* vero, qui de vniuersi orbis Academiis opus edidit, adeo non satisfecit *Conringio*, vt in laudata Praef. eum iudicet *huic argumento fuisse multum imparem*. Idem de *Friderico Lucae* dixeris, qui *Europ. Helic.* P. III. cap. 5. et P. IV. cap. 6. historiam Academiarum persequitur; nisi quod de recentioris aetatis Academiis tradit, quantum satis esse possit. Chronologiam omnium totius orbis Academiarum exhibet *Alstedius* in *Thesauro Chronologiae* cap. 30. Etiam *Rittershusius* suo in *Saluianum* Commentario, quem Academiis Germaniae dedicavit, praefixit catalogum earum, addito cuique suae nativitatis anno. Idem fecit *Reimmannus* T. II. Hist. lit. p. 219. sq. qui tamen nec Guelferbytanam immiscere debebat,

(*p*) Patauina, Perusina, (*q*) Tolosana, et (*r*) Salmanticensis. Eiusdem saeculi tractu illustrissimum illud Theologorum collegium, quod *Sorbona* vocatur, Lutetiae fuit institutum a *Roberto* (*s*) *de Sorbona*, Parisiensi Canonico et Regis Ludouici S. Confessario. Praeter hunc Maecenatem alii quoque Hercules (*ſ*) Musagetae fuerunt, quorum principem locum obtinet Imp. Fridericus II. de quo haec *Bulaei*

 (*ſs*) ver-

bebat, nec omittere Ingolstadiensem, Friburgensem, Basileensem, Herbipolensem, Louanienſem, Dillingensem, Rintelienſem et Harderuicensem; de qua postrema vid. *Benthemius* lib. de statu Hollandiae scholastico et ecclesiastico P. II. cap. 1. §. 22.

(*p*) Vid. *Platina* in vita Coelestini IV.

(*q*) Vid. *Bussierius* Hist. Franc. lib. VIII. cap. 17. p. 122.

(*r*) Vid. *Miraeus* Auctar. de script. eccl. cap. 392; *Conringius* Antiq. Acad. p. 48.

(*s*) *Bussierius* lib. cit. cap. vlt. p. 166. Errat *Vossius* lib. I. de vitiis sermonis cap. 33. p. 148. huius Collegii originem referens ad Robertum, Regis fratrem. Alter ille *Robertus* cognomen *Sorbonensis* accepit a vico natali. Vid. *Miraeus* loc. cit. cap. 405. Exstat *Roberti* huius testamentum in Acheriani *Spicilegii* (*fol.*) T. III. p. 670. et 679: e quibus locis apparet, hunc *Robertum* initium duntaxat et primum veluti stamen dedisse collegio theologorum Sorbonico. Quae ab hoc *Roberto* scriptae sunt *Glossae diuinorum librorum*, eae anno 1719. demum editae sunt Parisiis, et in *Diario* illius vrbis *literario* tum recensitae.

(*ſ*) De hoc *Herculis* titulo vid. Eumenius Paneg. primo cap. VII. 3. et *Figrelius* lib. de statuis Rom. cap. 24. Conf. *Thomasinus* de donariis cap. 23. p. 169.

(*s*) verba recitare libet: *Aristotelis Opera, Ptolemaei* Magnam Syntaxin, *Gregorii Nyssseni libros* de natura hominis, *medicaeque artis auctores primarios de Graeco et Arabico in Latinum conuerti et Bononiae doceri curauit. Idem mathematicas disciplinas in Italia excitauit, Neapolitanam Academiam instaurauit, Viennensem* (*) *erexit, Bononiensem et Salernitanam reformauit.* Adde *Iouiani Pontani* testimonium *lib. V. de obedientia cap. 6. p. 131.* Nec vero praetereundus est silentio (*t*) Alphonsus X. Castellae Rex et Legionis, a quo nomen gerunt *Tabulae motuum coelestium Alphonsinae.*

XLII. Hinc magnus fuit Musis operantium prouentus: vt hac ipsa aetate *Vincentius Belloua-*

(*s*) Hist. Acad. Paris. vnde excerpta ea tertio suo tomo de script. eccl. p. 64. inseruit *Oudinus.* Ipsius Friderici Imp. hac de re verba ex *Petri de Vineis* Epistolis exhibet *Rysselius* in Suppl. ad *Vossii* lib de sectis philos. cap. 7. §. 5. Conf. *Struuius* Hist. Germ. Diss. XX. §. 2. et *Schelhornius Amoen.* T. XIII. p. 200. sqq. Inprimis commendari meretur edita 1740. in Acad. Lips. *Io. Gottf. Schmuzeri* Diss. *de Friderici II. Imp. in rem literariam meritis,*

(*) Recte vt hoc dictum interpreteris, *Conringium* inspice Antiq. Acad. p. 156.

(*t*) De hoc *Alphonso* praeter *Nic. Antonium*, scriptorem *Bibliothecae Hispanicae*, adi, quaeso, *Trithemium* de script eccl. cap. 470. *Baelium* Diction. Hist. v. *Castille* et *Wolfium* Biblioth. Hebr. n. 321.

louacensis haec (*u*) perscripserit: *Temporibus nostris non tantummodo saecularium literarum, verum etiam diuinarum scripturarum vbique multiplicata est scientia.* Nostra quidem mentione praeter *Vincentium* hunc dignos existimo *Albertum M. Thomam Aquinatem*, *Alexandrum Alensem*, *Alanum Magnum*, *Aegidium Romanum*, *Ioannem Duns Scotum*, *Robertum Capitonem* siue (v) *Grosteſt*, *Rogerium Baconum*, *Alexandrum Nequam* (*w*) siue (pro illius aetatis pronuntiatione) *Neckam*, *Bonauenturam*, *Guilielmum de S. Amore*, *Raymundum Martini*, *Raymundum Lullium*, *Petrum Hiſpanum*, *Petrum* (*) *Aponensem*, *Ioannem Parisiensem*, *M. Paulum Venetum*, *Iacvbum* (*x*) *de Voragine*,

(*u*) Speculi historialis lib. I. cap. 2. Addit tamen, historiae ecclesiasticae studium *in neglectum veniſſe*. Iniquius igitur censuisse videtur *Leibnitius* Proleg. ad T. I. Script. Brunsuic §. 63. *hoc saeculum et proxime sequens omnium saeculorum post Christum natum ineptissima fuisse, Germanis certe decimum saeculum aureum fuisse prae decimo tertio et decimo quarto.* Caeterum *Vincentii* illius quatuor *Specula* sunt reuera speculum, in quo repraesentatur tota facies omnium istius saeculi disciplinarum.

(*v*) Vid. *Naudaeus* de magiae susp. cap. 18. Stylo *Plinii* lib. VI. cap. 4. vocare se potuisset *Macrocephalum*.

(*w*) In eius epitaphio vltima haec visuntur verba: *Dictus erat Nequam, vitam duxit tamen aequam.*

(*) De hoc egi in *Actis Philosophorum* T. II. p. 69. sqq. et T. III. p. 374. sqq.

(*x*) Ita vulgo vocatur. Verius eum *Iacobum de Varagine* vocat *Casim. Oudinus* in opere suo de script. eccl.

Antonium (*) *de Padua*, *Innocentium IV.* Papam, *Petrum de Vineis*, *Ioannem* (y) *Semecam*, *Geruasium Tilberiensem*, *Accursium*, *Guilielmum* (*) *Durantem*, *Thaddaeum* (z) *Florentinum*,

eccl. T. III. *Fabricius* tamen in Bibl. Lat. medii aeui lib. IX. p. 51. mauult *Viragine*. Habemus eius *Legendam auream de vitis Sanctorum*, opus tam aureum, vt sine eo Papam ex *Actor III. 6.* dicere oportuisset cum Petro: *Aurum et Argentum non habeo*. En iudicium *Lud. Vivis* lib. II. de caus. corrupt. art. p. 98: *Quam indigna est Diuis et hominibus Christianis illa Sanctorum historia, quae* Legenda aurea *nominatur, quam nescio cur* auream *appellent, cum scripta sit ab homine ferrei oris, plumbei cordis. Quid foedius dici potest illo libro?* Ex *Aurea* hac *Legenda* congestum *Calendarium etymologicum* exstat in *Schelhornii* Amoen. T. XI, p. 324. sqq. Vnam afferam hinc etymologiam, (ex vna vero disce omnes,) quae exhibetur p. 357. Scilicet vnde dicitur *Catharina*? *Dicitur a* catha, *quod est* vniuersum, *et* ruina, *quasi* vniuersalis ruina. *Omne enim aedificium Diaboli in ea vniuersaliter corruit.* De hoc *Iacobo* et eius *Legenda* nuper egit peraccurate *A. Turonius* in operis sui de illustribus Dominicanis Tomo primo.

(*) Hic Sanctorum concilio adscriptus quam enormi superstitione colatur etiam nunc ab Italorum vulgo, illa docet inscriptio, quam Burnetus Itin. P. II. p. 21. se in templo quodam vidisse refert: *Exaudit, quos non audit et ipse Deus.*

(y) Vid. *Melch. Adamus* in Vitis ICtorum p. 1, et *Reimmannus* Hist. lit. Germ. T. II. p. 441. sqq.

(*) Caue, confundas hunc cum alio cognomine sequentis saeculi. Vid. *Olearius* Bibl. eccl. T. I. p. 306. sqq.

(z) De eo vid. *Mich. Pocciantius* in Catalogo Scriptorum Florentinorum p. 162. et *Stollius* Hist. medic. cap. 1. §. 127. et mea Acta Philosophorum T. II. p. 85. et 86.

tinum, *Guilielmum Britonem*, *Conradum Vrspergenſem*, *Matthaeum Paris*, *Albertum Stadenſem*, *Martinum* (*) *Polonum*, *Ioannem* (*a*) *Ianuenſem*, *Guidonem* (*b*) *Bonatum*. Adde his (*c*) Graeciae lumina, *Germanum II. Ioannem Beccum*, *Gregorium Cyprium*, (qui tres erant Conſtantinopolitani patriarchae,) *Nicephorum Blemmydam*, *Theodorum Metochitam*, *Georgium Pachymerem*, *Nicetam* (*d*) *Choniaten*. Scias vero, lector, fuiſſe hos vniuerſos non viros doctiſſimos eruditiſſimosque, ſed, vt *Cicero* (*e*) de Catone ait, *viros illis temporibus doctiſſimos*.

(*) De hoc inſpiciatur inprimis *Sagittarii* Introd. in Hiſt. eccl. cap. IX. §. 19. p. 68. ſqq. Hic enim nouam moliebatur editionem huius *Martini*: quem *Auentinus* appellat *piacularium Papae*, hoc eſt, Poenitentiarium, Beicht-Vater.

(*a*) Auctor hic eſt ingentis Lexici Latini, quod inſcripſit *Catholicon*: de quo vid. *Diecmannus* in Specimine Gloſſarii Theotiſci p. 3. et 4.

(*b*) Hic erat aſtrologus, hoc eſt, *philoſophus delirans*, vt eum appellabat *Picus* Mirandulanus. Vid. *Pauli Langii* Chronicon Citizenſe p. 813. et 829. Huius *Bonati decem tractatus Aſtronomiae* prodierunt Aug. Vind. 1491. Eſt vero cultura Aſtrologiae criterium ſaeculi ſemieruditi. Vid. *Acta Philoſ.*. T. II. p. 103. 105. 365. et 376.

(*c*) Plura de his ac praecedentibus lecturo etiam hic *Oudinum* commendo, et quidem Tomum eius tertium.

(*d*) Hunc ſcriptorem mirifice laudat *Lipſius* ad Politicae ſuae lib. I. cap. 9.

(*e*) Orat. pro Archia. cap. 7. Illud hic addo, verſari eos in errore, qui putant, (ecquis autem non putat?) *Alber-*

XLIII. Saeculo (*f*) *decimo quarto* numerus Academiarum auctus est, simulque linguarum Orientis Professores constitui iussit Concilium Viennense a. 1311. habitum, vel potius (*g*) Clemens V. Pontifex maximus. Hoc nam-

Albertum Magnum honoris causa cognominatum esse *Magnum*. Vid. quae iam dixi in *Actis Philos.* T. III. p. 756. sq. Conf. *Bruckeri* Hist. philos. Germanice scripta T. V. p. 1075. Eodem modo *Gerhardus Groot* siue *Gross* saeculo sequenti dictus fuit *Gerhardus Magnus*, maiores scilicet nactus *Grootos*, id est, *Magnos*. Vid. *Gudeni* Diplom. T. I. p. 392. quo in libro et p. 185. sq. alius *Gerhardus Magnus*, et quidem eodem sensu *Magnus*, commemoratur. Adiicio nunc, quae his in superiori editione lectis ad me perscripsit Biponto clarissimus historicus, Ge. Christianus Ioannis. *Satis constat*, inquit, *familiam nobilem*, Gros *appellatam, in tractu Rhenano floruisse: e qua praeter* Gerhardum Magnum, *qui in literis Landolfi, Wormatiensis episcopi, a. 1236. Schenaugensium in gratiam perscriptis, inter testes est, occurrunt iam a. 1220.* Conradus Magnus, *et frater eius*, Wicnandus, *ecclesiae Moguntinae Ministerialis, et circa a.* 1254. Conradus Magnus, *ecclesiae Moguntinae maioris Canonicus. Caeterum* Gerhardi Magni *siue* Grote, *Dauentriensis, qui celebris illius Reformationis auctor fuit, praeter locum illum* Gudeni *meminit* Buschius *lib. III. de reform. monasteriorum cap. 39. p. 939. sq.*

(*f*) *Henr. Whartonus* Append. ad *Cauei* Hist. liter. p. 1. iudicans, *haud infelicius a Christo nato, si decimum excipias, saeculum expertam esse Ecclesiam, quam saeculum hoc decimum quartum*, non tam literarium, quam ecclesiasticum statum respicit.

(*g*) En Clementis verba e *Clementinis lib.* V. tit. 1. cap. 1.: *Hoc sacro approbante Concilio scholas in subscri-*

namque saeculo conditae fuerunt Academiae Andegauensis, Aurelienſis, Piſana, Ferrarienſis, (*h*) Heidelbergenſis, Pragenſis, Colonienſis, (*i*) Viennenſis, (*k*) Erfurtenſis, Papienſis

ſcriptarum linguarum generibus, vbicunque Romanam curiam reſidere contigerit, nec non in Pariſienſi et Oxonienſi, Bononienſi et Salamantino Studiis prouidimus, ſtatuentes, vt in quolibet ipſorum teneantur viri Catholici ſufficientem habentes Hebraicae, Arabicae et Chaldaeae linguarum notitiam: duo videlicet vniuscuiusque linguae periti, qui ſcholas regant inibi, et libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſollicite doceant, earumque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: vt poſſint fidem propagare ſalubriter in ipſos populos infideles.

(*h*) Hanc primam Germaniae Academiam vocat *Lehmannus* Chron. Spir. lib. VII. cap. 38. De eius origine et tabulario exponit *Spanhemius* Comp. Hiſt. eccl. p. 474. ſq. vbi et memorat primum huius Academiae decus, *Marſilium ab Inghen*, de quo plura pete ſis ex *Actis eruditis Franconiae* T. I. p. 193. ſqq. et e *Bruckeri* Hiſt. philoſ. Germanice ſcripta T. V. p. 1208. ſq.

(*i*) A quo exordio peruenerit haec Academia ad perfectionem, nuper docuit *Kuchelbeckerus* in Hiſtoriae Viennae nouiſſimae P. II. cap. 7. §. 2. et 3. De occaſione condendi hanc Academiam vid. *Fabricii* Bibl. Lat. medii aeui T. I. p. 837.

(*k*) Hanc eſſe a. 1392. conditam, traditur in *Additionibus* ad *Lambertum Schaſnaburgenſem* p. 265. editionis Piſtorianae. Id quod confirmat in *Erfordia literata*, vbi hiſtoriam huius Academiae diligenter perſequitur, *Motſchmannus*.

pienſis ſiue (*l*) Ticinenſis, et (*m*) Cracouienſis. Etiam Bononienſem Academiam, quae omnium videri vult (*n*) antiquiſſima, et proinde *Matris Studiorum* (o) titulo ſe effert, hoc demum ſaeculo ſuam accepiſſe perfectionem, docet (*p*) *Conringius*.

XLIV. Protulit igitur hoc ſaeculum complures, quorum doctrina aetati ſuae fuit miraculo,

(*l*) Eos quidem, qui ad hoc demum ſaeculum referunt Academiae huius ortum, refellere conatur *Ant. Gattus* in Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis, a. 1704. edita. Verum facile apparet, eum ea re panegyricos ſcriptores magis imitari, quam hiſtoricos.

(*m*) Hanc rex Vladislaus Iagello condidit, quem *Muſas in Poloniam introduxiſſe* et liberaliter fouiſſe, teſtatur *Starouolſcius* lib. de bellatoribus Sarmatiae cap. 22.

(*n*) Vid. *Schottus* Itin. Italiae edit. a. 1651. p. 171. ſq. Ac ſane iam duodecimo ſaeculo Bononiam habuiſſe Profeſſores Iuris, concedit *Conringius* Antiq. Acad. p. 46. Ac facile credo, Bononiam initio tantummodo Profeſſores Iuris habuiſſe, (vti habuit olim Roma, Conſtantinopolis, et Berytus: vid. ſupra §. XXIII.) poſtea demum factam eſſe ſcholam vniuerſalem, hoc eſt, doctores habentem ſcientiarum omnium.

(o) Vid *Acta erud.* 1729. p. 216. Caeterum ne te fallat huius tituli ſenſus, recorderis, quaeſo, illo aeuo Academias nominatas fuiſſe *Studia*, itemque *Studia generalia*: vt adeo *Mater Studiorum* hodierno ſtylo dicenda ſit *Mater Academiarum*. Errat proinde *Muretus*, cum Vol. II. Orat. 23. p. 401. Bononiam vocari putat *ſtudiorum*, hoc eſt, literarum, *matrem*, Papamque Gregorium XIII. iſta vrbe oriundum, qui tum viuebat, *ſtudiorum patrem* nominari oportere, cenſet.

(*p*) Lib. cit. p. 97.

culo, quorumque libri ad nos vsque peruenerunt. Ex his vero discimus, theologos plerosque huius aeui fuisse mataeologos, philosophos sophistas, historicos fabulatores, poëtas nugiuendulos. En caeteris maiores clariores-que: Graeci, *Thomas* (*q*) *Magister*, *Nicephorus* (*r*) *Callisti*, *Nicephorus* (*s*) *Gregoras*, *Gregorius* (*t*) *Palamas*, *Nilus* et *Nicolaus Cabasilae*, *Constantinus Harmenopulus*, Imp. *Ioannes Cantacuzenus*, *Maximus* (*u*) *Planudes*, *Barlaamus*; Latini, *Franciscus Mayronius*, *Durandus de S. Porciano*, *Henricus* (*x*) *de Hassia*, *Robertus Holcothus*, *Gregorius Ariminensis*, *Arnoldus* (*y*) *Villanouanus*, *Ioannes*

(*q*) De hoc, qui postea factus Monachus *Theoduli* nomen gerebat, vid *Oudinus* T. III. p. 722. sq. et *Fabricius* Bibl. Graeca lib. IV. cap. 34. §. 10.

(*r*) Iudicia de hoc vide in *Sagittarii* Introd. Hist. eccl. cap. 7. p. 39. Ab eodem editum fuisse *Catalogum meretricum Imperatorum Constantinopolitanorum*, legitur in *Olearii* Biblioth. eccl. T. II. p. 8. Scilicet typographi is error est, pro *metricum* exhibentis *meretricum*.

(*s*) De hoc honorifice existimat *Lipsius* loc cit.

(*t*) Ab hoc *Palamitae* siue *Quietistae*.

(*u*) De hoc praeter *Oudinum* vid. *Fabricius Bibl.* Gr. lib. V. cap. 45. p. 533. sqq.

(*x*) Hic primus in Germaniam induxit Matheſin. Vid. *Liebknechtii* Dissert. de Hassia Mathematica, a. 1707. edita, in qua vitam istius *Henrici* persequitur. De duobus *Henricis de Hassia*, in vnum confundi solitis, vid. *Bulaei* Hist. Acad. Paris. T. IV. p. 961, seqq. et *Pezius* in Praef. ad T. I. Thes. Anecdot. p. 74. sqq.

(*y*) De hoc vid. *Flacius* Catal. Test. verit. cap. 264; *Ioan.*

nes (z) de Rupescissa, Petrus Aureolus, Thomas Bradwardinus, Richardus (a) Radulfus, Ioannes Frossardus, Ioannes Taulerus, Nicolaus (b) Lyranus, Guilielmus Occam, Albertinus Mussatus, Richardus Bury, Ioannes (c) Wiclefus, Ioannes Bocacius, Cinus (d) Pistorienſis, Fridericus (e) Frezzus Bartolus, et eius discipulus (f) Baldus, Richardus Suissetus, Ioannes

Ioan. Imperialis in Museo historico p. 8. seq. et Fabricius Bibl. Gr. T. XIII. p. 85.

(z) Vid. de eo Conringius lib. II. de medic Hermet. cap. 15. p. 417. sq. et Baelius Diction. v. Roquetaillade.

(a) Hic inter Protestantium prodromos refertur non solum a Flacio Catal. Test. Ver. cap. 323. et Dieterico in Auctario illius Catalogi p. 152. sq. sed et a Rich. Simonio T. I. Epist. select. 15.

(b) Mich. Henr. Reinhardus in Pentade conatuum sacrorum Diss. III. accurate refellit eorum errorem, qui Lyranum tradunt Iudaeis ortum esse parentibus.

(c) Hic Wiclefus ac Taulerus ex numero mataeologorum sunt eximendi, alter theoreticae, alter practicae theologiae pro suo captu emendator. Lyranus etiam in multis supra vulgus sapuit. Vid Biblioth. Brem. T. II. p. 389. sq.

(d) De eo vid. Grauina lib. I. Orig. iur. ciu. §. 161.

(e) Scripsit Italice Poëma morale de quatuor regnis, regno amoris, regno Satanae, regno mundi siue vitiorum, et regno virtutis. Vid. Act. erud. Suppl. T. IX. sect. 8 p. 374. et 376.

(f) Bartoli et Baldi vitam terse descriptam legere licet in Grauinae lib. I de orig. et progr. iuris ciu. §. 164. et 165. Vitam Bartoli a Thoma Diplouatatio scriptam inseruit totam Bibliothecae suae Graecae Fabricius lib. IV. cap. 6. p. 553. sqq. Scripsit et I. P. Lancellotus Vitam eius, nuper denuo editam a Meuschenio in Vitis suis T. I. p. 78. sqq. De fabulosa Baldi ὀψιμαθείᾳ vid. Baelii Diction. ad

quem

nes *Buridanus*, *Gualterus*, (*) *Burlaeus*, *Ioannes* (**) *Rideuallus*. Vixerunt etiam hoc aeuo clari illi theologi (g) mystici, *Henricus Suso* et *Ioannes Rusbrochius*.

XLV. Vnus tamen supereſt melioris notae, qui vnus ex isto saeculo viri erudite sapientis nomen meretur. *Franciscum* dico *Petrarcham*, nouum orbis literati (h) lumen, qui et patria et Latina (i) lingua tam excellens erat

quem locum obſeruo, vere id dici de *Accurſio:* de quo adeatur idem *Baelius;* vel potius de *Aretino* ICto, ſi audimus *Hadr. Iunium* Animadu. I. IV. c. 24.

(*) De hoc vid. mea Act. philoſ. T III. p. 282. ſq. et 449.

(**) De inſigni hoc et philologo et theologo vid. *Fabricius* Biblioth. Lat. medii aeui I IX p. 362. et *Elsii* Encomiaſticon Auguſtinianum p. 361. E cuius etiam p. 384. et 403. cognoſce duos alios praeſtantes huius saeculi viros. *Io. Lidgatum* et *Io. Tonneium*.

(g) De quibus conſulendus G. Arnoldus in Hiſt. Theologiae myſticae p. 293. et 306. ſqq.

(h) Fuit hic Lucifer, quo exorto poſt longam noctem dies illuxit in orbe literario. *Petrarcham literas humanitatis poſt longa ſilentia mortuas ab inferis reuocaſſe ad ſuperos*, vere ſcribit *Trithemius* I. de ſcript. eccl. c 622. *Reflorescentis eloquentiae principem* eum appellat *Eraſmus* in Ciceroniano p. 88. Non eſt tamen ſilentio obruendus *Dantes Aligerius*, quem *cultiorum literarum ſemina ſparſiſſe*, ait *Auentinus* Annal. I. VII. c. 16. §. 6. Fata eius et facta deſcribit *Baelius* Dict. v. *Dante*, itemque *Bailletus* Iugem. T. IV. P. I. p. 1. ſqq. vid. et *Aug. Bayeri* Memoria librorum rariorum p. 230 ſqq. Hunc *Dantem* ducem habuit Petrarcha, *Bocacium* diſcipulum, vtroque maior.

(i) Ipſe lib. XII. epiſt. 6. p. 461 memoriae prodidit, *ſe ſtylum patrum primum immutaſſe, quo ſeſe mutuo pluraliter compellabant*. Vid. idem lib. var. epiſt. 14.

erat poëta pariter et orator, vt *Robertus*, Rex Siciliae, cum Pontifice Romano contenderet de eo coronando. A *Flacio* etiam inter teſtes veritatis refertur; idque ſummo ſuo merito. Ex quo patet, eum a theologia ſuae aetatis abhorruiſſe, acutiusque vidiſſe caeteris. Philoſophiae quoque priſtinum reddere nitorem coepit, ſcripto *de vtriusque fortunae remediis* libro, itemque *de vera ſapientia*, *de ignorantia ſui*, *de rep. optime adminiſtranda:* quibus adiungi debent *Epiſtolarum* libri. Multam vero idem (*k*) inuidiam et calumniam tulit a Scholaſticis ſui aeui. Vitam eius breuiter, ſed perbene, ſcripſit (*l*) *Schedelius*. Ipſe quoque *Petrarcha* vitam compoſuit ſuam, quam vna cum alia deſcriptione vitae eius a *Squarzaficho* quodam profecta a. 1711. recudendam curauit *Ackerus*. Multi vero etiam alii vitam et merita *Petrarchae* expoſuerunt, quorum nomina recenſet in *Bibliotheca* ſua *Latina medii aeui* (*) Fabricius.

XLVI. Praeſtantiſſimi huius viri exemplo excitati multi ſunt in Italia ad Graecas Latinasque literas ſaeculo *decimo quinto* ſummo ſtudio

(*k*) Ea de re ipſa queritur lib. I. epiſt. 6. 9. 10. et 11.

(*l*) Chronici fol. 227. Adi et *Oudinum* T. III. p. 946. ſqq. itemque *Pocciantium* in Catal. Script. Florent. p. 59. et ſqq. *Bailletum* T. II. Iudiciorum P. I. p. 327. ſqq.

(*) T. V. p. 673. ſqq.

ſtudio excolendas. Quem feruorem (*m*) auxerunt exules Graeci poſt captam a Turcis Conſtantinopolim in Italiam delati. Quid? Ipſi Principes hac aetate ſummo literarum amore capti literatos ſtrenue adiuuerunt, inter quos caput extulit *Laurentius* (*n*) *Medices*, princeps vir vrbis Florentiae, Leonis X. Papae pater. Neque vero praeterire fas eſt *Nicolaum V.* pontificem Romanum, (quem ipſum non mediocriter doctum fuiſſe, *Platina* (*o*) teſtis eſt,) ac *Matthiam Coruinum*, Hungariae regem: quorum ille Vati-

(*m*) *Cum vaſtata a Turcis Conſtantinopoli, caeſoque Imperatore, huius frater cum gentis eius reliquiis Romam confugiſſet, vix credibile, quam multi noſtrorum Graeci effecti ſint.* Haec ſunt *Angeli Decembrii* verba lib. I. Polit. liter cap. 8. vbi et docet, patrem ſuum Mediolanenſium primum Graecas literas didiciſſe ex *Chryſolora*.

(*n*) *Herm. Barbarus* Epiſt. ad. *Io. Picum* p. 143. *Debent Florentinis literae, et inter Florentinos Medicibus, et inter Medices Laurentio.* Adi et *Schelhornii* Amoen. lit. T. I. cap. 2. p. 28. Huius *Laurentii* Vita ſtatim poſt ipſius mortem a Nic. *Valorio* ſcripta, primum edita eſt Florentiae 1750. Vid. *Acta erud.* 1752. p. 231. ſqq.

(*o*) Is f. 330 ſcribit, in Papae illius Epitaphio haec verba fuiſſe: *Excoluit doctos doctior ipſe viros.* Eſt quoque de ampliſſima eius eruditione teſtis *Aeneas Syluius* in *Baluzii* Miſcellaneis T. VII. p. 556. De eiusdem erga literatos amore teſtem idoneum adi *Io. Iouianum Pontanum* lib. I. de liberalitate cap. 29. et lib. de magnificentia cap. 12. Magnifice quoque laudat eum tanquam doctorum hominum patronum, et ipſummet doctiſſimum, *Laur. Valla* in Peroratione operis ſui de elegantiis Latinae linguae. Denique a. 1742. edidit Romae *Dominicus Georgius* Diſſertationem de Nicolai V. erga literas et literatos patrocinio: quam recenſui in *Actis eruditorum* 1746. p. 258. ſqq.

Vaticanae, hic Budensis Bibliothecae conditor meritis celebratur laudibus. Singularis quoque Maecenas erat *Alfonsus*, rex Neapoleos et Aragoniae: id quod luculentis aequalium testimoniis confirmat (*p*) *Baelius*. Tantae et principum et priuatorum in literas propensioni mirifico fuit adiumento typographica ars, hoc demum saeculo orbi diuinitus concessa. Quam vel solam intuentes *Theodoro Ryckio* assentiri cogimur, *non aliud ab orbe condito, si, quod Seruatorem mundo dedit, exemeris, clarius hoc aut laetius saeculum illuxisse hominibus.* Haec enim ipsius verba sunt in Oratione (*q*) *de palingenesia literarum.* Quamquam nec illa huius felicitatis causa est omittenda, quod hoc aeuo desiit literarum studium esse monachorum proprium, ac libera liberaliaque (*r*) ingenia se dederunt literis, stultum illud αὐτὸς ἔφα abhorrentia, nec superstitionem, sed rationem, sequentia ducem. XLVII.

(*p*) Diction. T. III. v. *Naples* p. 2181. not. B. et C. Cuius annotationibus addi debet laudati modo *Pontani* loc. prius cit. et lib. V. de obedientia cap. 6. testimonium. Eius *Dicta* ab *Antonio Panormitano* collecta nuper demuo vulgauit *Meuschenius*.

(*q*) Pag. 14.

(*r*) Bene *Gassendus* Exercit. paradox. III. §. 10 p. 71: *Quis nescit, Aristotelem vix vigere, nisi apud coenobitas, aut eos certe, qui ab illis instituti sunt, quique penes ipsos non conscientiam modo, sed libertatem quoque iudicandi deposuerrunt? Caeteri enim, qui sunt soluti eiusmodi compedibus, libereque philosophantur, quam parui quaeso faciunt Aristotelicum institutum,* hoc est, philosophiam Aristotelis?

XLVII. Largissimus itaque hoc aeuo fuit ingeniorum prouentus, quorum nomina ad omnem posteritatem futura illustria recitasse sufficiat. *Graeci* (*a*) Italiam hoc saeculo illustrarunt *Emanuel* (*b*) *Chrysoloras*, *Georgius Trapezuntius*, (*) *Bessarion*, *Theodorus Gaza*, *Ioannes Argyropylus*, *Georgius Gemistius* (**) *Pletho*, *Michaël Apostolius*, *Ioannes* et *Constantinus*

(*a*) De his lectu quoque digna sunt *Pol. Lyseri*, Antistitis nuper Cellensis, *Parerga oratoria* p. 324. sqq. A. 1742 exierunt in lucem *Humfredi Hody* libri duo de Graecis illustribus linguae Graecae literarumque humaniorum instauratoribus, eorumque vitis, scriptis, et elogiis. Ac nuper *Boernerus* 1750. edidit Lipsiae doctissimum librum *de doctis hominibus Graecis, literarum Graecarum in Italia instauratoribus.*

(*b*) χρυσολωρᾶς in *Sgyropuli* Hist. Concilii Florentini Sect. III. cap. 8. *Hic ad nos literas Graecas attulit, quae annis iam quingentis in Italia conticuerant, et hinc Graecae Latinaeque linguae scholae exortae sunt*, inquit *Platina* vitam concludens Bonifacii IX. *Hic primus excitauit Graecas literas in Italia*, inquit *Poggius* in Orat. de Leon. Aretino. *Hic Graecas literas reduxit in Italiam*, inquit *Trithemius* de script. eccl. cap. 753. Tamen in vita *Bocacii*, eius libris *de casibus virorum illustrium* praemissa, me legere memini, primum literas Graecas in Italiam intulisse quendam *Leontium Pilatum*, natione Graecum: de quo et vid. *Fabricii* Biblioth. Lat. medii aeui T. I. p. 681. et 683.

(§) Huius vitam optime descripsit *Platina* in Parentatione: vbi et de eius *Academia*.

(**) De eius et aliorum Graecorum in Italia degentium bello super philosophia Aristotelis et Platonis accurata narratio reperitur in meis *Actis Philosophorum* T. II. p. 537. sq.

tinus Lascaris, Marcus Musurus, Demetrius (c) *Chalcondylas, Michael Tarchaniota Marullus. Itali* horum partim exemplo, partim institutione eruditi hac aetate fuerunt (d) *Gasparinus, Bartholomaeus Facius, Io. Iouianus Pontanus,* (e) *Leonardus Aretinus, Poggius Florentinus, Laurentius* (*) *Valla, Flauius Blondus, Baptista Mantuanus, Bartholomaeus* (ee) *Platina, Nicolaus Perottus, Gregorius* (f) *Tiphernas, Robertus* (g) *Val-*

(c) Alius est, qui eodem hoc saeculo vixit scripsitque, sed in patria remanens, *Laonicus Chalcocondylas* siue *Chalcondylas.*

(d) *Hic latini sermonis elegantiam semimortuam ab inferis resuscitauit*, inquit *Trithemius* lib. de script. eccl. cap. 744.

(e) De hoc *Io. Iouianus Pontanus* lib. II. de magnanim. p. 770. ita scribit: *Leonardus Aretinus Romanam eloquentiam suis temporibus a sorde primus atque illuuie vindicare in splendorem est conatus.*

(*) De huius vita et scriptis nuper copiosissime et accuratissime egit *Drackenborchius* in Praef. ad *Liuii* sui Tomum septimum p. 2--31.

(ee) Ita, non *Bapistia Platina*, vocatur non solum a *Trithemio* in Catal. script eccl. sed etiam ab inimico suo, *Hieronymo Paulo*, in *Practica Cancellariae Apostolicae*, (cuius locum inseruit *Flacius* Catalogo suo testium veritatis p. 853.) et ab altero amico suo, *Francisco Philelpho*, qui suis in *Epistolis f. 113.* eum nominat *Bartholomaeum Platynensem.* Vid. et *Acta erud.* 1733 p. 396. et 398. Verum eius nomen esse *Bartholomaeum Platynam* pery, *Fontaninus* docet in Hist. lit. Aquileiensis lib. V. cap. 16. p. 402.

(f) Hic primus fuit Graecae linguae in Acad. Paris. Professor. Vid. *Baelius* Diction. et *Melch. Adamus* Vit. Philos. p. 18.

K

(g) *Valturius*, *Marinus Barletius*, *Petrus Apollonius* (h) *Collatinus*, *Io. Antonius Campanus*, *Matthaeus* (i) *Palmerius*, *Ambrosius Camaldulensis*, *Maphaeus* (k) *Vegius*, *Robertus Gaguinus*, *Anton. Bonfinius*, *Ioannes Iocundus*, *Ambrosius Calepinus*, *Antonius Panormitanus*, *Iac. Phil. Bergomensis*, *Baptista Fulgosus*, *Ioannes Annius Viterbiensis*, *Franciscus Philelphus*, *M. Ant. Coccius Sabellicus*, *Alexander ab Alexandro*, *Ioannes Picus*, *Marsilius Ficinus*, *Franciscus et Hermolaus Barbari*, *Angelus Politianus*, *Angelus* et *Petrus Candidus Decembrii*, *Donatus Acciaiolus*, *Coloccius* (α) *Salutatus*, *Paulus*

(g) De hoc vid. *Iouii* Elogia doctorum virorum. *C. G. Schwartzius* Miscell. polit. hum. cap. II. §. 21. p 49. sq. commemorat egregios eius II. libros *de re militari veterum*, figuris exornatos. Eius Epistolam ad Sultanum Turcorum, cui suos hos libros mittit, exhibet *Baluzius* in Miscell. T. IV p. 524. sqq.

(h) Vulgo *Collatium* vocant, saeculoque septimo vixisse credunt. Ita *Miraeus* Auctar. script. eccl. cap. 200; *Dempsterus* annot. ad *Accolti* Bellum sacrum p. 324; *Dupinius* in Bibl. eccl. *Boeclerus* Bibliogr. crit. p. 837; et obscurius *Valesius* ad *Eusebii* Hist. eccl. lib I. cap. 10. Elegans ipsius carmen *de duello Dauidis et Goliae* emendaui et illustraui in *Poeciles* T. II. p. 33. sqq.

(i) An hic fuerit combustus, vid. *Oudinus* T. III. pag. 2393.

(k) Hic *Aeneidi* Virgilianae adiecit librum decimum tertium.

(α) Hunc *communem omnium doctorum parentem* appellat *Poggius* in Orat. de *Aretino*. Eius Epistolae nuper demum editae sunt in Italia 1741.

(β) *Venetus*, *Domitius Calderinus*, *Benedictus* (*l*) *Accoltus*, *Nicolaus Leonicenus*, *Alexander* (*) *Benedictus*, *Ioannes* (*m*) *Rauennas*, *Petrus Crinitus*, *Guarinus* (**) *Veronenſis*, et filius *Baptiſta Guarinus*, *Iulius Pomponius Laetus*, *Philippus Beroaldus*, *Paulus*

(β) *Elsſius* in Encomiaſtico Auguſtiniano p. 554. ſq. eum vocat *philoſophorum ac theologorum monarcham.*

(*l*) Hic ſui ſaeculi hiſtoriam literariam illuſtrat in libro *de praeſtantia virorum ſui aeui*, qui recenſetur in *Actis erud.* 1690. p. 510. Idem edidit quatuor libros nitidiſſime ſcriptos *de bello a Chriſtianis geſto ad Iudaeam recuperandam*, Groningae 1731. recuſos. Peruulgato errore hoc opus tribuitur eius nepoti cognomini, quem in Cardinalium collegium cooptauit Clemens VII. Non tamen hunc errorem errauit *Oudinus* in Comm. de ſcript. eccl. T. III. p. 2581.

(*) D. *Frid. Boerneri* Commentatio *de Alexandro Benedicto, medicinae poſt renatas literas reſtauratore*, Brunsvigae prodiit 1751.

(*m*) *Memoria Patrum et auorum*, inquit *Lud. Viues* lib. IV. de cauſis corrupt. art. p. 159. *coeptum eſt in Italia reuocari ſtudium linguarum per diſcipulos* Petri Rauennatis, *Latini*, et Emanuelis Chryſolorae, *Graeci*. Rara eſt de illo *Petro Rauennate* mentio. Vid. *Gesnerus* in Bibl. *Olearius* Bibl. eccl. T. II. p. 117. *Seelenius* in Selectis literariis p. 678. ſqq. et *Schelhornius* Amoen. T. VI. p. 16. ſqq. Recte vero obſeruauit *Kappius* in §. VI. ſuae Diſſert. *de Polentono, Lud. Viuem* eo, quem laudaui, loco non *Petrum*, ſed *Ioannem Rauennatenſem*, ſcribere debuiſſe. Ac fuiſſe hunc in primis literarum inſtauratoribus Italis luculentis grauibusque docet teſtimoniis. De eo vid. et *Fabricii* Bibl. Lat. medii aeui lib. VI. p. 492. et *Acta eruditorum* 1739. p. 379.

(**) De nomine *Guarinus* vid. *Io. Iouianus Pontanus* lib. I. de adſpiratione p. 1001.

lus (*mn*) *Corteſius*, *Ianus Parrhaſius*, *Aeneas Syluius*, *Lippus Brandolinus*: quibus adiungo *Xicconem Palentonum*, cuius memoriam nuper (*α*) renouauit *Kappius*, atque inſtitutum in Italia *Ianum* (*n*) *Pannonium*.

XLVIII. Ita fere Italiae finibus continebantur tum literae, niſi quod Germania noſtra lucis huius particeps facta eſt per *Rudolphum* (*o*) *Agricolam*, *Ioannem* (*p*) *Trithemium*, *Bogislaum* (*β*) *Haſſenſteinium*, *Hartmannum Schedelium*-

(*mn*) Hic primus e Scholaſticis theologiam deſcripſit ſtylo pure Latino. Fuit Protonotarius Apoſtolicus, m. 1510. Vid. *Caueus* Hiſt. lit. ſcript. eccl. P. II. p. 319; *Hottingerus* Hiſt. eccl. ſaec. XV. p. 80. ſqq. et *Lotterus* in Hiſtoria Peutingeri p. 54. Liber eius *de doctis ſui aeui hominibus* recenſetur in *Actis erud.* 1741. p. 41. ſqq.

(*α*) *Io. Ern. Kappii* Diſſertatio luculenta *de Xiccone Polentono*, *hiſtoriae literariae ſaeculo XV. in Italia inſtauratore*, prodiit Lipſiae 1733.

(*n*) De hoc vberrimam pete notitiam e *Zuittingeri* Hungaria literata p. 287. ſqq. Ibi p. 289. ſe primum ait Muſas induxiſſe in Hungariam.

(*o*) *Hic primus in Germania emendauit genus ſermonis et Dialecticam*, inquit *Melanchthon* Declam. T. II. p. 446. et ſq.

(*p*) *Trithemium* primis literarum inſtauratoribus adſcribit ſocium *Rich. Simonius* Biblioth. crit. T. IV. ep. 24. vel Epiſt. ſelect. T. IV. epiſt. 20. De eo copioſe agit *Fabricius* in Biblioth. medii aeui lib. IX. p. 451-469. *Epiſtolas* eius *familiares*, rariſſimum opus, recenſui in *Nouis Miſcellaneis Lipſienſibus* T. II. p. 109-125.

(*β*) Hunc e diuturnis tenebris in lucem produxi in primo, quod Gottingae edidi, Programmate. Halae id a. 1717. vna cum additamento quodam recuſum anſam prae-

delium, *Wernerum* (*q*) *Roleſinkium*, *Conradum* (*qq*) *Celtem*, *Rudolphum Langium*, *Henricum* (*) *Bebelium*, *Ioannem* (*r*) *Regiomontanum*, *Ioannem Nauclerum*, *Iacobum* (**)

praebuit *Io. Chriſtoph. Colero*, vberius exponendi vitam illius *Haſſenſteinii*. Ac prodiit haec *Vita* Wittebergae a. 1719. Errauit tamen p. 41. vir doctiſſimus, *Ge. Fabricium* referens inter amicos et familiares *Haſſenſteinii*. Mortuus enim hic prius erat, quam ille natus. In *Gloria Vniuerſitatis Pragenſis*, a. 1672. edita a *Volkmanno* et *Weiſio*, cap. 20. p. 90. exhibetur Inſcriptio vitam et laudes huius *Bohuslai* continens.

(*q*) Weſtphalus hic erat, Carthuſianus Colonienſis. Edidit Compendium hiſtoriae vniuerſalis, quod omnium hiſtoriae ſtudioſorum in manibus fuiſſe, e tot editionibus colligo, quarum plerasque habet *Bibliotheca vniuerſalis Vffenbachiana* in Tomi ſecundi appendice. Prodiit videlicet primum ſine loci et temporis nota, deinde 1475. 1476. (vid. *Theoph. Sinceri Nachrichtin von raren Büchern* P. I. p. 49.) 1479 (vid. *Gudeni* Diplom. T. I. p. 426 ſq.) 1480. (in praegrandi folio, quam editionem ipſe poſſideo,) 1481. (quo anno etiam Germanica huius libri verſio eſt emiſſa,) 1482. 1487. 1488. Inſertus hic liber etiam eſt a *Piſtorio* Tomo ſuo ſecundo Scriptorum Germaniae. Caetera de *Roleſinkio* petas licet ex *Voſſii* lib. III. de Hiſt. Lat. cap. 6; *Trithemii* de ſcript. eccl. cap. 929: *Sagittarii* Introd. in Hiſt. eccl. cap. 10. §. 10. et *Oudini* Tom III. p. 2738 ſqq.

(*qq*) De huius vita et ſcriptis agit *Gundlingius* copioſe et accurate *Obſ. ſelect.* T. I. Diſſ. 1.

(*) Huius amplam notitiam pete e *Burckhardi* T. II. de fatis Latinae linguae p. 317-358.

(*r*) Hunc vna cum *Purbachio* Aſtronomiam in Germania reſtituiſſe, ſcribit *Melanchthon* loc. cit. p. 104. Scias vero, lector, eum non Regimonti Pruſſiae, ſed in cognomini oppidulo Franconiae editum in lucem fuiſſe, Vita *Georgii Burbachi* exſtat in *Adami* Vitis Philoſ. pag. 2.

(**) *Wimphelingium*, *Albertum Kranzium*: quorum vitis describendis (vno alteroque excepto) opus suum *de vitis philosophorum Germanorum* iure meritoque orsus est *Melchior Adamus*. Vixit item hoc saeculo *Martinus* (*s*) *Behaimius*, Nobilis Noribergensis, qui viam praeiuit celebri illi noui orbis repertori *Christophoro Columbo*.

XLIX. Doctissimi hi viri humaniora, quae vocant, studia impensissime coluerunt, hoc est, studia linguarum, historiarum, antiquitatum, artem criticam, et quicquid philologiae nomine continetur: at in realibus, quas Scholastici vocabant, disciplinis parum hac aetate profectum est, in theologia puta ac philosophia, in quibus supremae dignitatis studiis solam linguam emendabant, hoc est, quae maiores corruptissimo dicendi genere elocuti fuerant, tam comte tamque polite edisserebant vt vix Ciceronis aequales loqui potuissent latinius. Qui igitur hoc saeculo vivebant inueteratae barbariei siue (*t*) philoso-

(**) Vitam eius describit *Erasmus*, ipsius amicus, in suis Epistolis p. 966. edit. 1529.

(*s*) Vid. *Doppelmeyerus* Hist. Mathem Norimberg. P. I. lib. 1. et *Wagenseilii* Oratio parentalis *Ge. Frid. Behaimo* A. 1682. habita.

(*t*) Inter hos commemorari meretur *Ioannes Lichtenbergerus*, astrologus, cuius *Prognosticatio*, A. 1488. correcta, emendatissime excusa est Coloniae 1528. in 8. Agit de hoc libro quam copiosissime *Tenzelius* in suis Mensibus A. 1689. et 1691. Vid. et *Fabricii* Centifolium Lutheranum p. 343. et *Reimmanni* Bibliotheca propria pag. 648.

phi siue theologi, nec linguam nec mentem emendantes, quales erant plurimi, e quibus claritatis plurimum remansit obscurissimis (α) illis capitibus, *Ioanni Capistrano*, *Petro de Natalibus*, *Dominico de Flandria*, *Ioanni Capreolo*, *Petro Tartareto*, *Gabrieli Bieli* et *Antonio Florentino*; ii contemtui erant maximo nouis illis Ciceronianis. Quid? quod multi ad superstitionem vsque Ciceroniani styli erant aemuli: vt vere dici possit Roma vetus tum ab inferis esse reuocata, permultis tantum eloquentia Romana valentibus, vt priscis illis Romanis, quibus vsi fuerant magistris, palmam facere dubiam viderentur. Scilicet vitio naturae humanae fieri solet, vt in deuia abrepti, cum rectam quaerimus viam, contrariis implicemur erroribus, nec medium teneamus. Fateri enim necesse est, ante ortum hoc hominum genus, de quo loquor, pro Romano sermone passim regnasse meram stribliginem. Vid. *Hottingerus* in (u) *Analectis historico-theologicis*, et *Frischlinus* in *Prisciano vapulanti*.

L. Quae isto saeculo Italiae affulserat lux, eius vsura ad aliquam theologorum partem peruenit, qui meliora coeperunt videre probareque. Nominari hic merentur *Ioannes Hussius*,

(α) Non immerito huc referas quatuor illos oratores Concilii Basileensis, quorum orationes nuper denuo edidit *Basnagius*, *Ioannem de Ragusio*, *Aegidium Carlerium*, *Henricum Kalteisen*, et *Ioannem de Polemar* siue, vt a *Trithemio* vocatur, *de Palomar*.

(u) Pag. 5-26.

ſus, Io. (*v*) *Gerſon*, *Petrus Alliacenſis*, *Nicolaus Cuſanus*, *Nicolaus de Clemangis*, *Raymandus Sebundus*, *Ioannes* (*w*) *Weſſelus*, *Thomas de Kempis*, *Hieronymus Sauonarola*, *Alfonſus Toſtatus*. Nouae etiam hac aetate natae ſunt Academiae, (*α*) Conimbricenſis, (*x*) Lovanienſis, Taurinenſis, Glascuenſis, Herbipolenſis, Lipſienſis, Friburgenſis, Gryphiswaldenſis, Baſileenſis, Moguntina, Ingolſtadienſis, Tubingenſis, Roſtochienſis, Vpſalienſis.

LI. Reſtituta ſic eloquentia, in Italia maxime, ſaeculo ſequenti *decimo ſexto* etiam ſapientia redire ad mortales coepit, ac diſciplinis realibus peſſime adhuc habitis, ſua reddi ſanitas. Scilicet et Medicina, et Iurisprudentia, et, quae primo loco nominanda erat, Theologia emendata puriorque facta eſt: ſola Philoſophia (*y*) Ariſtotelis adhuc compedibus con-

(*v*) Quia pro monarchomacho habeatur, eius Operum nouam editionem in Gallia vetitam eſſe, docet *Rich. Simonius* Epiſt. ſelect. 30. Tomi ſecundi.

(*w*) Hic a *Thuano* lib. XXII p. 434 vocatur *Academiae Pariſienſis rege Ludouico XI. inſtaurator*.

(*α*) A. 1729. prodiit Vlyſippone *Hiſtoria Academiae Conimbricenſis*, cuius recenſio exhibetur in *Actis erud.* 1733. p. 481.

(*x*) Edidit *Valerius Andreae Faſtos Academicos Studii generalis Louanienſis*, *Louanii* 1657. iterumque 1650. Sed perrarus eſt hic liber. De vtraque editione vid. *Coleri* Anthologia p. 237 ſqq. et 402. vna cum *Poecile* mea T. II. p. 392. et T. III. p. 41. et 49.

(*y*) Vid. mea et Io. Chriſt. Coleri Diſſertationes de philoſophia Melanchthonis in *Actis Philoſ.* T. II. p. 594. ſq.

ſtricta, cuius emendationem DEVS deſtinarat aetati ſecuturae. Caeterum pro philoſophiae ſtudio hoc quoque (z) ſaeculo intra Italiam et extra eam excultae ſunt humaniores artes, at maxime poëtarum Latinorum plena fuerunt omnia. Praecipua memoria dignus *Ioannes Reuchlinus* eſt, dictus etiam (α) *Capnio*, literarum Graecarum et Hebraicarum notitiam Germanis impertiens, caeterum odio Scholaſticorum exceptus quam immerito, tam acri. Theologiae autem emendationem (a) debemus *Eraſmo* (b) ac *Luthero*, quorum hic, quod ille

(z) Vid. *Burtardi* liber de fatis linguae Latinae in Germania.

(α) Nunquam ſe magis praeſtitit ſuo nomine dignum, quam tum, cum libros emittens *de verbo mirifico* et *de arte Kabbaliſtica* pro ſapientia *fumum* vendidit.

(a) Vid. Hiſtoria literaria Reformationis Lutheri ab *Hawdtio* edita.

(b) *Eraſmo nemo multis iam aetatibus vtilior Chriſtiano contigit orbi*, inquit *Auentinus* Annal. lib. IV. cap. 8. §. 36. Simile eſt *Conringii* iudicium, lib. *de ſcriptoribus* p. 151. cenſentis, *Eraſmo praeter reparatam rem literariam theologica ſtudia, ſaltim propter omnium fere antiquorum Patrum ſcripta emendata atque in lucem producta incredibili plane diligentia et felicitate, nunquam magnam ſatis gratiam referre poſſe.* Audiamus et *Mart. Bucerum*, ita loquentem in Comment. in *Ioannis* caput primum fol. 8: *Per Erasmum Roterodamum eam nobis lucernam ad videndum, quae Scripturae docent, DEVS accendit, vt is ſanctis, et quanta veritatis lux illus lucubrationibus illata orbi ſit, intelligentibus ſummo ſane in pretio iure habeatur.* *De religione Eraſmi* exſtat 1717. edita diſſertatio luculentiſſima *Io. Alberti Fabricii*, in qua hiſto-

ille variis in scriptis mussitabat, aperte propugnare, et inueteratis erroribus bellum indicere sustinuit, diuinaque adiutus ope aliquot centena millia hominum Romani pontificis iugo liberauit. Fuerant quidem iam ante haec tempora, qui turpissimas theologiae mendas acutis (c) obseruarent oculis et indicarent. Maxime Galli saepe ita cantabant, vt Romanus ille Petrus exhorresceret. Sed non valuerunt eiicere superstitionem, quam et credulitas laicorum et crudelitas clericorum tuebatur impensissime. Ipse ad vltimum DEVS (d) instrumento vtens contemtissimo, monacho, pristinum nitorem traditae ab ipso suo filio religioni reddidit.

LII. Si causas eruditionis hoc saeculo amplioribus (e) progressae passibus requiris, hic quo-

historiam *Erasmi* literariam pulchre persequitur. p. 22. iure indignatus, ab auctore *Iconis Erasmi*, quae exhibetur in Halensibus *Obseruationibus selectis*, virum hunc traduci tanquam φιλήδονον. Ego addo, nec maiori iure in eadem *Icone* timiditatem pro primario *Erasmi* vitio haberi. Certe quis hodie pari παῤῥησίᾳ insectatur vitia omnis ordinis hominum? Sed, vt dicam, quod res est, Iconographus ille humanam Erasmi prudentiam vocauit timiditatem.

(c) Hos in theatro quasi quodam sistit *Flacius in Catalogo testium veritatis.*

(d) Vid. mea Dissertatio *de Prouidentia reformatrice.*

(e) *Melanchthon* quidem de saeculo hoc XVI. ita scribit Declam. T. II. p. 123. *Nulla aetas tam ferrea rectis studiis*

quoque primum laudis locum merentur Principes, qui opera et auctoritate sua non defuerunt literis atque literatis. Tres (α) tamen eminent prae caeteris, (f) Maximilianus I. in

studiis fuit, quam ista. Sed cum sciamus, praeter summos principes, in quibus etiam Papa *Leo X.* erat, (Vid. *Bayle* Diction. T. II. Addit. p. 10.) multos vixisse tum Maecenates, Dalburgios, Fuggeros, Nuenarios; non possumus assentiri Melanchthoni. Scilicet queruli esse solent homines scholastici, adeoque nec sine exceptione audiendi sunt. Nostris item temporibus non desunt, qui quiritantur de misero statu rei literariae: quos meliora edocuit *Buddeus* in Oratione *de bonarum literarum decremento nostra aetate non temere metuendo. Nuenario* non ab *aquila* nomen fuisse, sed a fluuio *Aar*, docet *Iac. Burckhardus* in Analectis ad suam ipsius Vitam p. 80. sq.

(α) Quartum adiungerem *Henricum VIII.* Angliae regem, quem *Melanchthon* ait *in ornandis excitandisque literis longe vincere aliorum huius aetatis Principum studium*, quemque vocat *praecipuum ac paene vnicum literarum patronum*, sub quo *aureum literarum saeculum* habeat Britannia; nisi ad ipsum illum regem id scripsisset. Exstat haec epistola inter *selectiores* eius a *Peucero* 1565. publicatas p. 70. sq.

(f) De huius Imp. eruditione vid. *Cuspinianus* in Vita eius. Ipsum rerum a se gestarum annales eleganti filo contexuisse, testis est *Pirckheimerus* apud *M. Adamum* in Vitis ICtorum p. 26. De eius libro, cui titulus Theurdanck, vid. *Placcius*, et singularis Disp. *Io. Dau. Koeleri*. Diploma eius de instaurandis literis humanioribus vid. in *Burckhardi* Comm. de Lat. linguae in Germania fatis P. II. p. 188. sqq. et notis illustratum in *Seeleni* Selectis literariis. A Maximiliano quoque hoc novam veluti vitam accepit Viennensis Academia: quod idem beneficium paulo post Francisco I. debuit Academia Parisiensis.

in Germania, Franciscus (*g*) I. in Gallia, et Cardinalis Ximenius (*h*) in Hispania, summi vtique Musarum cultores ac patroni. Maximilianus etiam Septemuiris auctor (*i*) fuit, vt

(*g*) Huius cum studio renatae sint in Galliis literae, merito dictus fuit *parens literarum* teste *Thuano* lib. III. p. 54. et *Mureto* in Dedic. Var. lect. et *Lambino* in Dedic. *Lucretii* sui, et *Rol. Maresio* lib. II. epist. 3. p. 244. Quare saeculum Francisci I. ob reuocatas in lucem sub eo literas *aureum* vocat *Sammarthanus* Elog. lib. I, cap. 9. Vid. et *Sleidanus* lib. 19. fol. 491. b. et *Petauius* Ration. temp. P. I lib. 9. cap. 11. p. 406.

(*h*) Legi meretur *Memoria Ximenii* scripta ab *Hardtio* et 1717. edita.

(*i*) Ita refert *Caluisius* Chronol. ad a. 1495. *Boeclerus* lib. de rebus saeculi XVI. p. 275. addens p. 276. et 277. hortatu *Maximiliani* conditas fuisse Academias Wittebergensem et Francofurtanam. Idem tradit *Schurtzfleischius* Hist. saec. XVI. p. 6. et *Frid. Lucae* Europ. Hel. p. 546. et 549. Ac fauet huic narrationi diploma Maximiliani modo memoratum. At vero nuper *in der allerneuesten Accerra philologica* p. 88. sqq. ista narratio refertur inter fabulas, idque propterea, quod nec in Actis comitiorum Imperii, nec apud vllum illius temporis scriptorem occurrit eius rei mentio. Imo iam ante hunc censorem eam traditionem reiecerat *Rinkius* in Diss. a. 1723. edita sub hoc titulo: *Imperatores primi, perpetui ac soli Academiarum in Germania auctores:* idemque nuper *Treuerus* fecit in singulari Disp. Gottingae edita, pauloque ante hunc *Koecherus* in Epistola Germanica publice scripta ad *Stollium*. Ac sane eorum argumentis probatur, a Maximiliano id consilii non fuisse propositum in comitiis. Non tamen hoc obstat, quo minus in colloquio cum Principibus familiari id ab Imperatore factum sit. Ac vel eam ob causam verissimam habeo eam tradi-

vt sua quisque in prouincia Academiam conderet, largisque stipendiis studia disciplinarum omnium excoleret. Reliquae causae huic saeculo cum praecedenti sunt communes.

LIII. Feracissimum proinde eruditorum hominum hoc saeculum fuit, vt vix principes eorum omnes nominare per definiti spatii angustiam liceat; singulos vero describere, vasti res sit (*ii*) voluminis. Eminuerunt itaque hac

traditionem, quod id non facere non potuisse videtur tanto ornandarum literarum studio incensus Imperator. Quod si obiicias, iam tum Electorum quemque, exceptis Brandenburgico et Saxonico, habuisse in terris suis Academiam, responderim, ita emendandam esse narrationem hanc, vt Maximilianus id consilii dedisse credatur solis illis Electoribus, ac caeteris item principibus, qui non erant Electores. Potest quoque factum esse, vt suum Wittebergae condendae Academiae consilium Maximiliano coram aperiret Fridericus, Elector Saxo, praesentibus aliis aliquot Principibus, idque consilium non solum probaret ac laudaret Imperator, verum etiam caeteros Principes adhortaretur ad ornandam pluribus scholis Academicis Germaniam. Certe nisi aliquid veri subesset, non potuisset tam communis nasci huius rei narratio: adeoque, etsi literis id non est mandatum ab illius temporis historicis, iure tamen summo fidem habemus huic traditioni, persuasumque habemus, *Maximilianum* fuisse auctorem suasoremque nouas condendi Academias.

(*ii*) Praecipuos huius saeculi literatos nominauit, vitamque eorum et merita breuiter concinneque descripsit in Historia sua *Thuanus*: quae elogia separatim edidit et doctissimis annotationibus auxit *Teissierus*: in quibus tamen permulta notantur in *Journal literaire* T. VII. p. 30. sqq. et p. 377. sqq. Etiam *Erasmus* in suo *Ciceroniano*

hac aetate, qui sequuntur: Theologi, *Erasmus*, *Martinus Lutherus*, *Philippus Melanchthon*, *Georgius Spalatinus*, *Ioannes Bugenhagius*, *Erasmus Sarcerius*, *Andreas Osiander*, *Iustus Ionas*, *Vrbanus Regius*, *Ioannes Aepinus*, *Erhardus Snepfius*, *Hieronymus Wellerus*, *Ioannes Wigandus*, *Ioannes Marbachius*, *Ioannes Brentius*, *Matthias* (*) *Flacius*. *Martinus* (a) *Chemnitius*, *Iacobus Andreae*, *Nicolaus Selneccerus*, *Tilemannus Heshusius*, *Phil. Nicolai*, *Dauid Chytraeus*; *Andreas Carolostadius*, *Vlricus*

niano p. 93-114. de potioribus suae aetatis scriptoribus fert iudicium. Etsi enim stylum ipsorum praecipue respicere videri vult, tamen nec caeteras ipsorum dotes dimittit intactas.

(*) *Flacium* fuisse theologum *Lutheranorum superioris saeculi omnium facile eruditissimum*, iudicat *Mollerus* in Homonymoscopia p. 61. Ac sane vix cuiusquam ampliora exstant in theologiam merita. Intelligens enim, vt ipse profitetur in Dedicatione *Catalogi test. ver.* tria potissimum opera Ecclesiae esse necessaria, Commentarium in S. Scripturam, Philologiam sacram, ac Historiam ecclesiasticam, ipse tantis operibus manum admouit, perfecitque non solum *Commentarium N. T.* et *Clauem Scripturae*, sed etiam incomparabile illud opus Historiae ecclesiasticae, cui eius *Catalogus testium veritatis* pro insigni appendice meretur adiungi. Quae intuentes fateri cogimur, *Flacium*, si vnum eius exceperis peccatum, quod in doctrina de peccato originali peccauit, vnum omnium amplissime de theologia sacrisque literis promeritum esse, nemini vni eorum, qui post *Lutherum* scribendis libris Ecclesiae profuerunt, postferendum.

(a) *Theologorum facile princeps* vocatur a *Tribbechouio* lib. de Schdlasticis cap. 6. p. 283.

ricus Zuinglius, Ioannes Oecolampadius, Martinus Bucerus, Paulus Fagius, Conradus Pellicanus, Leo Iudae, Petrus Martyr, Wolfgangus Musculus, Petrus (*) *Launaeus, Andreas Gerhardus Hyperius, Rudolphus Gualterus, Guilielmus Whitakerus, Augustinus Marloratus, Ioannes Caluinus, Henricus Bullingerus, Simon* (α) *Grynaeus, Iosias Simlerus, Guil. Farellus, Zacharias Vrsinus, Hieronymus Zanchius, Philippus Marnixius, Ioannes Lascus, Lambertus Danaeus, Ioannes* (β) *Rainoldus, Franciscus* (*b*) *Iunius, Theodorus* (γ) *Beza; Iacobus* (*c*) *Faber, Ioannes Eccius, Iacobus Hochstratanus, Ioan-*

(*) Gallice *Lanay*. Fuit Pastor Nannetensis, m. 1566. Inter optimos scripturae interpretes refertur a *Gaussено* Opusc. p. 31. et 57. *Doctissimum in Apocalypsin commentatorem* vocat *Vitringa* in suo in eundem librum commentario p. 9. De eo plura *Morerius* in Diction. hist. et *Ioecherus* im gelehrten Lexico v. *Boistnau*, et *Placcius* in Theatro pseudonymorum n. 497. a.

(α) Fabellam de angelo *Grynaeum* Spirae subducenti insidiis inimicorum refello in *Poeciles* T. III. p. 463. sqq.

(β) Hunc mire laudat *Dallaeus* lib. II. de cult. relig. Lat. cap. 4 p. 110. ac lib. VIII. cap. 10. p. 1061. eum vocat *virum incomparabilem*.

(*b*) De hoc *Scaliger*, teste *Gatakero* Cinni lib. II. cap. 9 p. 315. ita iudicauit: *Ab Apostolorum temporibus hactenus parem theologum nullum vidit saeculum*. Valde quoque eum *Glassius* laudat Philol. S. p. 2072.

(γ) *Bezam* vocat *Caluini Elisam Chamierius* in Panstr. Cathol. T. II. lib. 3. cap. 12. §. 5.

(*c*) Huic omnium primum elogiorum suorum dicavit *Sammarthanus*. *Hic primus apud Gallos philosophiam*

Ioannes Cochlaeus, *Iacobus Latomus*, *Ioannes Tilius*, *Thomas* (*) *Caietanus*, *Ioannes Faber*, *Iulius Pflugius*, *Georgius Wicelius*, *Georgius Cassander*, *Ortuinus* (*d*) *Gratius*, *Sixtus Senensis*, *Claudius Espencaeus*, *Ioannes Maldonatus*, *Melchior Canus*, *Petrus Canisius*, *Alphonsus Salmeron*, *Hieronymus Oleaster*, *Ambrosius Catharinus*, *Dominicus Sotus*, *Petrus a Soto*, *Bartholomaeus Carranza*, *Reginaldus Polus*, *Franciscus Victoria*, *Iacobus Pavya Andradius*, *Franciscus Toletus*, *Martinus Nauarrus*, *Gregorius de Valentia*, *Benedictus Pererius*, *Ioannes*

phiam rudem adhuc et impolitam cum eloquentia iunxit, inquit *Wimpfelingius* Addit ad *Trithemium* de script. eccl. cap. 15. *Mollerus* in Homonymoscopia p. 58. vocat *Fabrum* illum *primum literarum et theologiae ac philosophiae verae in Gallia instauratorem.*

(*) Huius et praeterea centum fere aliorum huius saeculi Pontificiorum theologorum elogia exhibet *Andreas du Saussay* in Continuatione libri Bellarminiani de scriptoribus ecclesiasticis, suorum quoque ipsius scriptorum subiungens catalogum.

(*d*) Quia eius tam crebra mentio in *Epistolis obscurorum virorum*, hinc vulgo putant, eum fuisse hominem perindoctum. Sed praelonga eius Epistola, *Lamentationibus obsc. virorum* subnexa, ostendit, eum fuisse virum doctissimum, styloque vsum esse eleganti, ac solum eius vitium fuisse orthodoxismum Ac *Erasmus* Epist. p. 212. ita de eo: *Quid venit in mentem Gratio, vt suas literulas turpiter seruire vellet quorundam theologorum stultitiae seu potius ambitioni, cum eo videatur ingenio praeditus, vt, si vero iudicio iustam operam adiunxisset, inter eloquentes ac literatos haberi potuisset?*

nes de Pineda, Ludouicus Molina, Stanislaus Hosius; Philologi, Ioannes Reuchlinus iam ante memoratus, Petrus Mosellanus, Richardus (e) Crocus, Christophorus Longolius, Beatus Rhenanus, Franciscus Vatablus, Thomas Linacer, Guilielmus (ee) Budaeus, Sanctes Pagninus, Immanuel Tremellius, Franciscus Sanctius, Hadrianus Cardinalis, Io. Ludouicus Viues, Antonius (f) Nebrissensis, Andreas Masius, Iacobus Sadoletus, Petrus Bembus, M. Antonius Maioragius, Sebastianus Castalio, Iulius Caesar Scaliger, Basilius Faber, Georgius Fabricius, Ioachimus Camerarius, Guilielmus et Theodorus Canteri, Thomas Naogeorgus, Robertus Constantinus, Ioannes Albertus Widmanstadius, Ioannes Auenarius, Guilielmus Xylander, Ioannes Mercerus, Ioannes Passeratius, Paulus Manutius, Hieronymus Wolfius, Ioannes Sturmius, Iacobus Pamelius, Ioannes Casa, Lilius Gregorius Gyraldus, Laeuinus Torrentius, Michaël

(e) Hunc *primum* literas Graecas docuisse in Germania testis est *Camerarius* in Vita Eobani Hessi cap. 2. et 15. Conf. *Menckenii* Diss. de Graecarum et Lat. literarum in Misnia instauratoribus a. 1701. edita.

(ee) *Gallia inter alia multa lumina literarum, non solum quem Erasmo, viro maximo, opponeret, verum etiam quem cum vniuersa vetustate compararet, coluit Budaeum*, inquit *I. C. Scaliger* Epist. p. 968. Alia permagnifica elogia legi licet apud *Bluntium* et in *Fabricii* Bibl. Gr lib. V. cap. 40. p. 75. Adde meas ad *Sammarthani* lib. I. cap. 2. annotationes.

(f) Hic literas humaniores in Hispaniam reuocauit. Vid. *Miraeus* in Mantissa Auct. de script. eccl. p. 104.

Michael Neander, *Andreas Dudithius*, *Guilielmus Postellus*, *Aldus Manutius* iunior, *Bened. Arias Montanus:* Poëtae, *Vlricus Huttenus*, *Hermannus Buschius*, *Eobanus Hessus*, *Petrus* (*) *Lotichius*, *Ioannes Posthius*, *Iacobus Micyllus*, *Euritius Cordus*, *Laurentius Rhodomannus*, *Paulus Melissus*, *Georgius Sabinus*, *Ioannes Stigelius*, *Michaël Hospitalius*, *Marcus Hieronymus Vida*, *Nicodemus Frischlinus*, *Georgius Buchananus*, *Petrus Ronsardus*, *Ioannes Auratus*, *Torquatus Tassus*, *Aonius Palearius*, *M. Antonius Flaminius*, *Marcellus* (g) *Palingenius*, *Guilielmus Sallustius Bartasius*, *Actius Sincerus Sanazarius:* Critici, *Hadrianus* (*) *Turnebus*, *Franciscus Robortellus*, *Gabriel* (h) *Faërnus*, *Dionysius Lambinus*, *Bernardus Martinus*, *Ianus Guilielmius*, *Fridericus Sylburgius*, *Franciscus Modius*, *Petrus Ciacconius*, *M. Antonius Muretus*, *Petrus Victorius*, *Petrus*

(*) De eius somnio poëtico, non, vt a multis magnisque viris creditum est, prophetico, Dissertatio mea recusa est in *Poeciles* Tomo II. p. 459. sqq.

(g) Male hunc saeculo superiori adscripsit *Conringius*. Est vero *Palingenius* scriptor pseudonymus, infra retegendus, cum agemus de *pseudonymis*.

(**) *Scioppius* in Consultat. p. 39 : *Inter Italos* (criticos) *Faluius Vrsinus, inter Hispanos Petrus Ciacconius, inter Gallos Hadrianus Turnebus, inter Germanos Iustus Lipsius familiam ducit.*

(h) Hunc *Lambinus* in praef. ad *Ciceronis Orat. in Pisonem* vocat *mirum verae et rectae scripturae ex antiqua deprauata coniectorem.*

Pithoeus, Iustus Lipsius, Valens Acidalius, Simeo Bosius, Ioannes Brodaeus, Franciscus Fabricius, Lucas Fruterius, Paulus Leopardus, Ferdinandus Nonius Pincianus, Iosephus Scaliger, Ianus Dousa; Antiquarii, *Lazarus Bayfius, Io. Pierius Valerianus, Io. Goropius Becanus, Wolf. Lazius, Onuphrius Panuinius, Hieronymus Magius, Abrahamus Ortelius, Guido Pancirollus, Carolus (i) Sigonius, Octauianus Ferrarius, Antonius Augustinus, Ludouicus Coelius Rhodiginus, Fuluius Vrsinus, Petrus Faber:* Historici, *Philippus Cominaeus, Ioannes Cuspinianus, Franciscus Irenicus, Antonius (k) Gueuara, Cyriacus Spangenbergius, Ioannes (kk) Auentinus, Sebastianus Munsterus, Christianus Vrstisius, Wiguleus Hundius, Ioannes Sleidanus, Franciscus Guicciardinus,* et eius continuator, *Ioannes Baptista Hadrianius, Paulus Iouius, Nicolaus Cragius, Ioannes Serranus, Garcillassus de la Vega, Polydorus Vergilius, Abrahamus Bucholcerus, Ioannes Leunclauius, Paulus Langius, Gilbertus Genebrardus, Nicolaus Machiauellus,*

(*i*) Si forte dixeris, hunc historicis potius, quam antiquariis, accensendum fuisse, respondeo, mihi contra videri. Ac semel hoc monitum volo, a me quemque positum esse in ea classe, in qua ingenium exercuit omnium maxime, etiamsi aliarum quoque disciplinarum peritus fuerit haud mediocriter. Omnis enim vere eruditus vir est polyhistor.

(*k*) Historicus mendaciſſimus. Vid. praeter *Baelii* Dictionarium *C. A. Rupertus* ad *Florum* p. 428. sqq. et *Gryphius* lib. de ordinibus equestribus P. II. §. 16. p. 198. seqq.

(*kk*) De hoc disserit copiose *Fabricius* Biblioth. medii aeui lib. I. p. 487. sqq.

chiauellus, Laurentius Surius, Reinerus Reineccius, Ioannes Lelandus: Philosophi, *Antonius (l) Galateus, Georgius Agricola, Io. Franciscus Picus, Victorinus Strigelius, Thomas (*) Morus, Henr. Cornelius Agrippa, Petrus Pomponatius, Augustinus Niphus, Chrysostomus Iauellus, Iacobus Zabarella, Petrus Ramus, Io. Genesius Sepulueda, Petrus Charronius, Iacobus Schegkius, Hieronymus Osorius, Michaël Montanus, Ioannes Bodinus, Franciscus Patricius, Franciscus Piccolominaeus, Iordanus Brunus, Hieronymus Cardanus, Bernhardinus Telesius:* Medici, *Hieronymus Fracastorius, Ioannes Fernelius, Andreas Vesalius, Caspar Peucerus, Franciscus Vallesius, Ianus Cornarius, Leonardus Fuchsius, Symphorianus Campegius, Ioannes Ruellius, Realdus Columbus, Petrus Andreas Matthiolus, Iacobus Syluius, Guilielmus Rondeletius, Iacobus Theodorus Tabernaemontanus, Thomas Erastus, Theophrastus Paracelsus, Hieronymus Mercurialis, Conradus Gesnerus, Ioannes Crato, Gabriel Fallopius, Ioannes Wierus, Theodorus Zuingerus:* Mathematici, *Nicolaus Copernicus, Orontius Finaeus, Tycho de Brahe, Christophorus Clauius:* Iurisconsulti, *Vdalricus Zasius, Andreas Alciatus, Franciscus Connanus,*

(*l*) De huius vita et scriptis vid. *Acta Philos.* T. III. p. 766. sqq.

(*) *Tale ingenium Anglia nec habuit vnquam, nec habitura est*, inquit de *Thoma Moro Erasmus* in Praef. ad suum *Ecclesiasten.*

Andreas Tiraquellus, *Franciſcus Duarenus*, *Matthaeus*, *Weſenbecius*, *Franciſcus Balduinus*, *Philippus Decius*, *Ioachimus Hopperus*, *Antonius Contius*, *Antonius Goueanus*, *Carolus Molinaeus*, *Franciſcus Hottomanus*, *Iacobus Cuiacius*, *Hugo Donellus*, *Barnabas Briſſonius*, *Obertus Giphanius*, *Didacus Couarruuias*, *Ioannes Fichardus*, *Ioannes Sichardus*, *Marcus Mantua Benauidius*, *Hieronymus Schurfius*, *Henningus Goedenius*, *Ferdinandus Vasquez*, *Marianus Socinus*, *Viglius Zuichemus*, *Petrus Gregorius Tholoſanus*, *Laelius Taurellus*, *Ioannes Paulus Lancellotus*. Adiungo his iureconſultis duos eruditiſſimos et clariſſimos politicos, *Hubertum Languetum* et *Augerium Gislenium Busbequium*. Illud etiam peculiare habet hoc ſaeculum, quod eruditiſſimos produxit typographos, *Robertum et Henricum Stephanos*, *Ioannem Oporinum*, *Guilielmum Morellum*, *Hieronymum Commelinum*, *Chriſtophorum Plantinum*, *Franciſcum Raphelengium*.

LIV. Quod quantique literis contigerint hoc aeuo Maecenates, Academiae teſtes ſunt, hoc ſaeculo (*m*) conditae, Wittenbergenſis (*n*) a. 1502. Francofurtana a. 1506; Complutenſis

(*m*) *Gymnaſia* praetermitti iubet breuitas noſtra. Vid. *Gotofredi Ludouici* Hiſtoria Gymnaſiorum, et *Frid. Lucae* Europäiſcher Helicon Parte ſexta.

(*n*) Huic duo illa luminaria magna, *Lutherus* et *Melanchthon*, tantum ſplendoris attulerunt, vt eorum audiendorum cauſa vndique concurrerent generoſi iuuenes, ac Melanch-

tenſis a. 1515; Marpurgenſis (*) a. 1527; Hafnienſis a. 1538; Lauſannenſis 1539; Regiomontana a. 1544. Dillingenſis a. 1549; Rhemenſis a. 1550; Ienenſis et Geneuenſis a. 1558; Duacenſis a. 1562; Argentoratenſis (α) a. 1566; Muſſipontana (β) a. 1567; Lugdunenſis (ο) in Batauia a. 1575; Helmſtadienſis a. 1576; Altorfiana a. 1581. Franekerana a. 1585; Paderbornenſis a. 1592. Zamoſciana a. 1594. Vilnenſis in Lithuania a. 1597. Nec ſilentio praeteriri debet, a Leone X. inſtauratam eſſe Academiam (p) Romanam, quam *Archigymnaſium*

Melanchthon, quippe qui ſaepe bis mille et quingentos habebat auditores, (*teſte M. Adamo* in Vitis Theol. p. 173.) vocaretur *communis praeceptor Germaniae.*

(*) Haec eſt condita ad propugnandam religionem Lutheranam. Caeterae quoque omnes, quae hic ſequuntuſt, ſunt conditae vel ad Lutheranam vel ad Reformatam vel ad Pontificiam religionem ſtabiliendam.

(α) Haec tamen demum a. 1621. ab Imp. ius impetrauit Doctores omnium Facultatum creandi, teſte ad hunc annum *Caluiſio.* Antea enim Magiſtros tantum et Baccalaureos creauit.

(β) Vid. *Gaultheri* Speculum Ieſuit. p. 47.

(ο) Hiſtoriam et ſtatum huius Academiae nuper concinno compendio expoſuit *Franciſcus Fabricius* in Oratione tertio eius anno Iubilaeo habita, a. 1725.

(p) Teſtis eſt huius Archigymnaſii Profeſſor eloquentiae, *Paulinus a S. Ioſepho*, in Orationibus a. 1727. editis p. 65. et 82. et 95. qui etiam tota Oratione tertia laudes huius Academiae perſequitur, eamque non eſſe inferiorem cenſet Academiis Bononienſi et Patauina Idem p. 353. nos docet, quotannis in iſta Academia orationem haberi decimo illi Leoni parentalem. Ac talis etiam oratio

sium vocant, itemque bibliothecam Vaticanam; et Heidelbergensem bibliothecam conditam locupletatamque ab Ottone Henrico, Electore Palatino. Sic et Augustana in Vindelicis, et Bodleiana (*) Oxonii, initium habuit hoc temporis tractu.

LV. Venimus ad saeculum proxime decursum, quod nec ipsum aut Maecenatibus (*q*) aut Varronibus caruit. Inter priores agmen ducit (*) Ludouicus XIV. Gallorum (**) Rex-

cuius

tio a *Thoma Maria Mamachio* ibi 1742. VI Idus Febr. habita est et post excusa, adiectis annotationibus historiam Romae literariam illius temporis illustrantibus. De hodierno Romanae huius Academiae, quam *Sapientiam* vocant Romani, statu adi et *Missonii* Iter Italicum Epist. 35. p. 903. sq. Quantus Maecenas fuerit Leo ille, disce quoque, si libet, ex *Poeciles* meae T. III. p. 566. sqq. et ex *Daeni/cher Bibliothec* T. IV. p. 377. sq.

(*) *Thomas Bodley*, eius conditor, decessit a. 1613. Vita eius in *Athenis Oxonienſibus* T. I. p. 326. sq. et in *Actis* eruditorum 1699. p. 228. sqq. ac 1752. p. 95.

(*q*) His annumerari debet *Leopoldus* Imp. *Iacobus I.* Rex Britanniae, *Vrbanus VIII.* Papa, (cuius honori *Allatius* dicauit *Apes Vrbanas*,) *Ernestus* Pius, Dux Saxoniae, *Ferdinandus Fürstenbergius*, Episcopus, ac denique *Ioannes Zamo/cius*, ille et Martis et Musarum in castris fortissimus heros, quem *Phoenicem Poloniae* dixeris iure maximo de quo vid *Starauol/cius* lib. de bellatoribus Sarmatiae cap. 120. et *Menckenius* in Bibliotheca doctorum militum p. 475. sq.

(*) Huius Maecenas, ipso illo prisco Maecenate maior, non debet praeteriri silentio, *Ioannes Baptista Colbertus:* cuius vita et praeconium in *Morerii* Dictionario historico.

(**) Indoctum hunc Principem erga literatos munificen-

cuius auſpiciis priſci Latini auctores in Delphini vſum quam ſplendidiſſimi ſunt editi pluresque literariae ſocietates inſtitutae. Eius item iuſſu multi docti homines itinera obierunt literaria in Graeciam, in Aſiam, in Americam. Sunt quoque ab eo ſplendida exſtructa aedificia et obſeruatoria, inſtructi horti botanici, aucta bibliotheca, comparata inſtrumenta mechanica. Memoratu quoque digna eſt (***) Chriſtina, Sueciae Regina, quae doctiſſimos quosque vndique conuocabat ad ſe liberaliſſimeque tractabat. Parem in literas fauorem teſtantur Academiae, Societates literariae, ac Gymnaſia, quorum non tenuis hoc ſaeculo prouentus (r) fuit. Nam

ſicentiſſimum reddebat ſua ambitio. *Ardebat*, vt Ciceronis verbis vtar, *cupidate incredibili, nomen vt ſuum ſcriptis illuſtraretur et celebraretur clariſſimorum virorum.* Solent enim docti homines euergetis ſuis laudes tribuere maximas et quousque progredi poſſit adulatio, oſtendere. Ac *magnus* eſſe dicique cupiebat non ſolum in orbe ciuili, ſed etiam in eccleſiaſtico et literario, Quare inter ipſos hoſtes, praecipue Germanos, emebat ſibi laudum ſuarum praecones, et annuum ſoluebat ſtipendium *Reineſio*, *Conringio*, *Boeclero*, aliis.

(***) *Conringius* in Praef. ad primam editionem ſuarum Antiquitatum Academicarum eam appellat *reginarum, quotquot ſunt aut fuerunt, fortaſſis, et earum omnium, quae erunt aliquando, optimam maximam.* Eius *Nummophylacium* recenſetur in *Actis eruditorum* 1743. p. 1 ſqq.

(r) Exſtat liber neſcio cuius ita inſcriptus: *Germania milite deſtituta, et literatis ſua ceu mole laborans.* Recuſus eſt in Rengeriana *Collectione nouorum librorum* p. 283 ſqq.

a.1607.condita est Giſſenſis Academia, a. 1614. Groningenſis, a. 1617. (*s*) Salzburgenſis.a.1621. Rintelienſis, et in Americae regione Peruana Limenſis, a. 1630. Osnabrugenſis. (*α*) a. 1632. Dorpatenſis, quae nuper esse desiit, a. 1635. (*t*) Tyrnauienſis, a. 1636. Vltraiectina, a.1640. Aboënſis, a. 1648. Harderuicenſis, a. 1655. Duisburgenſis, a. 1665. Kilonienſis, a. 1668. Lundinenſis in Scania, ac denique a. 1694. Halenſis, cui quidem certe literae pleraeque (*u*) omnes imputare debent maximam partem ſuae ſanitatis. Inſigne ſtudioſorum factum

ſqq. Praeter ſtyli nitorem vix quicquam laudauerim iſto in libello. Adeo ieiuna ſunt, quae ibi proferuntur conſilia. Imo tam bonae mentis inops eſt ille auctor, vt initio libelli malle videatur, ciues ſuos esse beſtias, quam homines.

(*s*) Vel potius a. 1622. Certe tum demum facta eſt ſolennis inauguratio. Vid. *Hiſtoria Vniuerſitatis Salisburgenſis* a. 1728. edita: quam recenſui in *Actis eruditorum* 1730. p. 94. ſq.

(*α*) Osnabrugenſis Epiſcopus, *Franciſcus Wilhelmus*, hanc tum condidit inauguratuitque ſolenniter, ac rectores ei dedit Patres Societatis Ieſu, vt ſcilicet plures in hac ſchola milites armarentur ad oppugnandam Lutheranam ac tuendam Romanam Eccleſiam. At a. 1633. Sueci Epiſcopum vna cum Academia ſua exulare coëgerunt, nec huic (Academiam dico,) redire licuit per pacem Germanicam in eadem vrbe a. 1648. factam. Debeo hanc notitiam *Koecheri* ad *Stollium* Epiſtolae a. 1734. editae: qui poſtea luculentam compoſuit huius Academiae, inſtar cometae breui tranſiturae, hiſtoriam, meae inſertam Bibliothecae hiſtoricae Academicae p. 125 - 142.

(*t*) Vid. *Czulttingeri* Hungaria literata p. 301.

(*u*) Illud quoque memoratu dignum, hanc Academiam

factum esse hoc saeculo *gladium*, et quidem occasionem praebente bello Germaniae tricennali, 1734. singulari docui in programmate.

LVI. De Gymnasiis huius saeculi, quorum in quibusdam etiam iuris ciuilis ac medicinae (*x*) rudimenta traduntur, obseruo, ea sibi vindicasse studium philologiae, quod antea in Academiis calebat quam maxime. Certe *Eobanum Hessum* Virgilii vel Ouidii carmina Erfurti interpretantem plus mille circumstetisse (*xx*) dicuntur auditores. Ac *Melanchthonem* legimus Wittenbergae, *Chytraeum* Rostochi

miam A. 1731. nouo exemplo accepisse Professorem eloquentiae Germanicae, cum non multo ante aucta fuisset Professore Oeconomiae. Caeterum eo potissimum consilio condita est haec Academia, vt Lutheranae ecclesiae Brandenburgicae acciperent Pastores erga Reformatam religionem mitiores, cum adhuc habuissent eos, quos Witteberga imbuerat odio Reformatorum in perpetuas pugnas erumpenti.

(*x*) Sunt etiam Gymnasia quaedam prorsus Academica, id est, ab Academiis hoc vno diuersa, quod a Caesare non acceperunt ius distribuendi dignitates Academicas, e.g. *Herbonense*, *Bremense*, *Coburgense*, olim *Stadthagense*, ee quo vid. *Hauberi* Prodromus rerum Schauenburgicarum. *Tigurinum* inprimis Gymnasium hic meretur commemorari, cuius magnificum elogium exstat in *Spanhemii* Dedicatione sui *Elenchi controuersiarum*.

(*xx*) Ita referebat *Herm. Kirchnerus*, eique fidem habebat *Io. Petrus Lotichius* in Orat. de Academiarum Germaniae fatalibus periculis p. 77. Falso tamen hoc tradi contendit *Motschmannus* Erfordiae literatae p. 492.

ſtochii, praelectiones ſuas theologicas diſtinxiſſe interpretatione Grammaticae Graecae et Latinae, eclogarum Virgilii, fabularum Aeſopi, etc. Hodie vero haec ita tractantur in Gymnaſiis, vt Academici Profeſſores Graecae et Latinae linguae, itemque poëſeos ac rhetorices, fere κωφὰ πρόσωπα eſſe cogantur. Obſeruatu et hoc dignum exiſtimo, quod Gymnaſia oporteat inter praecipua reip. literatae fulcra (α) numerari. Niſi enim Academici iuvenes ſub ſeueriore Gymnaſiorum diſciplina iam multum profecerint in Graecis Latinisque literis, in hiſtoria et philoſophia, periculum eſt, ne licentia Academica plurimos abſtractura ſit a ſerio doctrinae ſtudio. Qui vero in Gymnaſiis eo usque progreſſi ſunt, vt ſen-

(α) Saeculum XVI. tantum Academias et Scholas grammaticas habebat. Mediis ſcholis, quas vocamus *Gymnaſia*, carebant ciuitates. Quare *Andreas Hyperius* vir non vulgaris, in *Opuſculis theologicis* Baſileae a. 1570. editis p. 305-363. ſingulari libro ſuadet, vt inſtituantur *noua collegia*, hoc eſt, eiusmodi in quaque prouincia ſcholae, in quibus tractentur philologia, philoſophia, et theologia. Putat ſcilicet, talibus in ſcholis adoleſcentes melius ac certius addiſcituros eſſe diſcenda, quia ibi maior ſit diſciplina, cum Academicos Studioſos reddat ſegnes ſumma morum licentia. Subiuncto in libello p. 364-436. docet, tale Gymnaſium non debere carere annuis examinibus publicis, maxime theologicis. Ac valuiſſe hoc *Hyperii* conſilium, nata poſtea Gymnaſiorum multitudo teſtis eſt. Felix igitur regio, in qua praeter grammaticas ſcholas et Gymnaſium laete floret et Academia.

sentiant ipsi, *dulces esse ante omnia Musas*, hi iam inescati facile seruant amorem literarum in Academias secum allatum.

LVII. Ad literarias quod attinet societates, praetermissis iis, quae humanioribus vacant studiis, qualibus (*y*) Italia abundat, philosophicae vel potius physicae quatuor hoc saeculo institutae sunt a quatuor clarissimis principibus. Primum enim Carolus II. Britanniae Rex, a. 1660. Londinensem regiam (*z*) Societatem condidit: cuius historiam *Thomas Spraat* accurate (*a*) descripsit. A. 1666. Galliae

(*y*) Vid. *Morhofius* Polyhist. lit. lib. I. cap. 14. *Struuius* Introduct. cap. 10. A. 1725. Historiam Academiarum Italiae edidit *Io. Iarkius*. Conf. *Fabricii* Thesaurus lit. Italiae p. 254. Societatum literariarum Galliae notitiam pete ex *Actis eruditorum* 1709. p. 153. et 1728. p. 445.

(*z*) Conf. *Burneti* Historia sui temporis, edit. Germ. p. 216. sq. Idem p. 64. sq. laudes persequitur primi huius Societatis Praesidis, *Roberti Murray*, eius potissimum consilio conditam esse docet illam societatem. Hac occasione memorari etiam meretur Londinense *Collegium Greshamicum*: de quo vid. Bibliotheque Britannique T. XVII. p. 60. sqq. et 229. sqq.

(*a*) Tertia huius operis editio Londini prodiit 1722. recenseturque in *Bibliotheque Angloise*, T. XI. p. 1-74. Lectu quoque dignissima est, quam *I. B. Menckenius* concinnauit, huius regiae Societatis historia, nuper inter *Orationes* ipsius *Academicas* (num. XV p. 448-486.) edita a filio tanti patris ἀπαξίᾳ: Suam Societatis huius descriptionem Bibliothecae suae Anglorum theologicae, Regiomonti 1677. editae, annexuit *Martinus Kempius* p. 611-660.

liae Rex modo laudatus Parisiensem Societatem regiam instituit ad sex disciplinas excolendas, Geometriam, Astronomiam, Mechanicam, Anatomiam, Chymiam, et Botanicam. Historiam huius Societatis *Io. Bapt. Hamelius* literis mandauit. Adiuncta postea fuit Societas philologica sub titulo Academiae Inscriptionum et elegantium literarum. Theologicam Societatem dudum antea Lutetiae condiderat a. 1611. *Petrus Berullus*, Cardinalis, nominaratque *Congregationem* (*) *Oratorii*. A. 1677. Societatem Naturae Curiosorum in Germania a *Bausthio* atque *Fehrio*, medicis Suinfurtensibus, institutam confirmavit in fidemque recepit Leopoldus Imperator: cuius Societatis historiam *Ge. Wolf. Wedelius* et *Mich. Bernh. Valentinus* exposuerunt. A. 1700. Berolinensem regiam Societatem condidit Fridericus, Borussiae Rex: cuius diploma exstat in *Actis* (*b*) *eruditorum*. Singularum harum Societatum Acta publicari solent: ex quibus liquet, quanta incrementa disciplinae (*bb*) physicae ceperint, ex quo regiae hae societates fuerunt institutae.

LVIII.

(*) De *Berullo* vid. *Baelii* Dictionarium. Theologos huius Oratorii vocitari in Gallia *Reformatores nouos*, testis est *Rich. Simonius* Epist. select. T. II. n. 9.

(*b*) A. 1701. p. 175. sqq. Huius Societatis Historia 1751. edita recensebatur anno p. 315.

(*bb*) Naeuum hunc harum Societatum notaui in *Actis Philosophorum* T. I. p. 33. quod curiositati et magnificentiae Principium hic potissimum litatur, ideoque Physica

LVIII. Sumente hinc incrementa ſtudio phyſico, cultoribus eius ſolam rationem et experientiam ſequentibus ducem, etiam in caeteris diſciplinis iugum Ariſtotelis excuti, et vera philoſophandi ratio vſurpari coepit, philoſophis debitam ſibi libertatem vindicantibus, et inueteratam barbariem ſtrenue impugnantibus. Inter hos eminent *Renatus Carteſius*, *Franciſcus Baco* (c) *Verulamius*, *Galilaeus* (d) *Galilaei*, *Guilielmus* (e) *Haruaeus*, *Hugo Grotius*, *Thomas* (f) *Hobbeſius*, *Robertus Boyle*, *Petrus Gaſſendus*, *Ioan. Heuelius*, *Samuel* (*) *Puſen-*

ſica et Matheſis ſummo ibi colluntur ſtudio, caeteris veritatibus maximi momenti parum vel nihil nauatur operae, nec id agitur. vt Logica, vt Ethica, vt Iurisprudensia naturalis, vt Theologia, vt Hiſtoria eccleſiaſtica reddatur perfectior. Imo inueterati errores harum diſciplinarum defenduntur fortiter Lutetiae, vbi maxima eſt literatarum ſocietatum multitudo.

(c) A nonnullis nominatur *Baconus*. In epitaphio ſuo vocatur *Bacon*. Iam cum alios *Bacones* Anglia habuerit, verius eſſe nomen *Baconis* puto.

(d) Eius vita exſtat in *Actis Philoſ.* T. III. p. 261. 400. 467. 739. 803. et 938.

(e) De ſapientia et ſimul prudentia eius vid. *Acta Philoſ.* T. II p. 616 ſqq.

(f) De huius libris vere dixeris: *Sunt bona mixta malis, ſunt mala mixta bonis.* Philoſophabatur quidem libere, ſed non ſatis ei ſuppetebat iudicii ad ſoluendas, quas ſibimet ipſe nexuerat, difficultates. Idem dixeris vere de *Carteſio*.

(*) De hoc plura, alibi non occurentia, protuli in *Actis Philoſophorum* T. III. p. 641. ſqq. et 770. ſqq. et 994. ſqq. Illud addiicio, a maioribus eum nomen accepiſſe *Pu-*

Pufendorfius, *Chriſtianus* (*g*) *Thomaſius*, *Ioannes* (*h*) *Lockius*, *Gothofredus Guilielmus Leibnitius*.

LIX. Hoc mirum philoſophiae incrementum debetur libertati philoſophandi, quam fouet (*i*) Hollandia et Britannia, ex quibus regionibus in caeteras terras delati libelli ſapientiae pleniſſimi aliis quoque aperuerunt oculos, maxime Germanis, quibus liberrimam philoſophandi ſcholam primus aperuit Rex Boruſſiae

fendoerfer: cuius rei liquida teſtimonia exhibet *Gebauerus* in Hiſtoria collegii anthologici Lipſienſis p. 32. 41. et 57.

(*g*) Huius cum philoſophiam plerique Profeſſores Germaniae Proteſtantis ſuam fecerint, et politicas doctrinas etiam aulae comprobent ſequanturque, non minori is iure, quam olim *Melanchthon*, appellari poteſt *communis praeceptor Germaniae*. Nemo certe quisquam (vt *Plinii* verbis vtar e lib. VII. cap. 30.) *in tantum promouit ingenii Germanici terminos*.

(*h*) Eius Vita exſtat in *Actis Philoſ.* T. I. p. 972. ſqq.

(*i*) *Libera vel contra receptas perſuaſiones Rationem ſequenti ſententia eſt*, inquit *Quintilianus* lib. II. cap. 8. Libertati Philoſophandi non poteſt adiuncta non eſſe licentia delirandi. Sed ferre debemus malum hoc minus, alias carituri bono illo maximo. Pulchre docetur in *Bibliotheca Anglica* T. XIV. p. 315. ſqq. libertatem eam, qua in Anglia quisque gaudet, doctrinas Arianas, imo antiſcripturarias, proferendi defendendique, in cauſa eſſe, vt theologi pariter ac philoſophi omnes ingenii neruos intendant ad veritatem contra aduerſarios tuendam, adeoque incomparabiles edant libros. Hoc modo bellum in rep. ciuili magnum certe quidem eſt malum, ſed optimos facit milites, imo victorias ac triumphos parit et acceſſiones amplarum regionum.

Lege

siae (*k*) *Fridericus*. Halensis vero sapientia in caeteras quoque Germaniae nationes lumen suum dispersit, iamque multa credere ac docere pudori est Professoribus, quae et credere et docere sanctum habebatur patrum nostrorum memoria.

LX. Sed nec vlla caeterarum disciplinarum mansit inculta, tamque (*) multos, qui eruditionis laude floruerunt, accepit haec aetas, *florida* (*a*) *quam multas Hybla tuetur apes*. Nec nominum quidem capax est haec pagina. Praecipuos tamen polyhistoras esse non dubito, qui sequuntur: *Isaacus* (*b*) ac *Mericus*

Lege omnino sobrium *Vffenbachii* iudicium in *Musei Heluetici* Tomo sexto p. 571.

(*k*) Vid. *Gundlingii* Oratio de libertate Academiae Fridericianae, inter *Orationes selectas* Collectionis Kappianae p. 803. seqq. Conf. *Henr. Muhlii* Oratio de libertate academica in Dissert. p. 209. sqq.

(*) De *aureo* statu hodierno reip. literatae vid. Oratio mea *Poeciles* T. I. p. 519. sqq. Adde aliorum, quae ibi p. 517. sq. protuli iudicia de felicitate aeui proximi: quibus nunc adiungo simile iudicium *Graeuii*, idque luculentum, in Praef. ad *Alb. Rubenii* librum de re vestiaria. De historia ciuili hic addo, nullo alio saeculo tot, quot saeculo decimo septimo, prodiisse libros, eam illustrantes: id quod apparet ex eorum Catalogo erudita ratione confecto a *Christ. Gryphio* et 1710. edito.

(*a*) *Ouid.* Trist V. 6. 38.

(*b*) Hic *literarum, dum vixit, praeses* vocatur a *Seldeno* lib. I. de titulis cap. 3 § 2 in margine. Tribus locis, quae *Colomesius* profert in Gallia orientali p. 157. *Ios. Scaliger* (vir quantus!) eum appellauit *virum incomparabilem*.

ricus Casauboni, Ianus Gruterus, Petrus Cunaeus, Gerhardus (c) Ioannes et Isaacus Vossii, Conradus Horneius, Georgius (d) Calixtus, Abrahamus Calouius, Iacobus Sirmondus, Claudius Salmasius, Dauid Blondellus, Ioannes Dallaeus, Samuel Bochartus, Iacobus Vsserius, Io. Henr. Boeclerus, Io. Andreas Bosius, Hermannus (*) Conringius, Iacobus Thomasius, Dau. Ge. Morhofius, Fridericus Spanhemius, cum duobus filiis, Friderico et Ezechiele, Io. Christophorus Wagenseilius, Gabriel Naudaeus, Dionysius Petavius, Petrus Daniel Huetius. Adde (*) Theologos, Aegidium et Nicolaum Hun-

(c) Ita, non *Ioannis* (cuius fuit filius,) nomen ipse suum subscripsit operi rhetorico, suo item *de vitiis Lat. sermonis* commentario, suae *Theologiae gentili*, suis *de arte grammatica* libris.

(d) Hunc *Theologum eminentissimum* vocat *Glassius* Philol S. lib. V. tract. 1. cap. 7. p. 1532. *eruditissimum et acutissimum Musaeus* lib. I. de vsu rationis in Theologia cap. 3. p. 16.

(*) *Fastiditis, quae vltro a Regibus et Principibus oblatae sunt, magnis licet, reipublicae gerendae dignitatibus, in munere hoc scholastico, studiorum amore placuit mihi consenescere:* inquit *Conringius* in Praef. ad secundam editionem suae Diss. de studiis liberalibus vrbis Romae et Constantinopolis.

(**) Plerique huius saeculi theologi Academici fuere polemici, et ita polemici, vt dignissimas sua cura duas illas theologiae partes, moralem doctrinam (ad quam et pertinet prudentia Christiana, ac speciatim theologica) et iuris ecclesiastici disciplinam, fere negligerent. Quo factum est, vt nec polemica illa theologia pro eo, ac decet

Hunnios, *Lucam* et *Andream Osiandros*, *Lucam* item *Osiandrum* iunioren, *Polyc. Lyserum*, *Sal Gesnerum*, *Leonh. Hutterum*, *Conr. Schlusselburgium*, *Iac. Heilbrunnerum*, *Ioan. Arndium*, *Balth.* et *Ioan. Meisneros*, *Balth. Menzerum*, *Wolf. Franzium*, *Io.* et *Paulum Tarnovios*, *Ioannem Affelmannum*, *Theod Thummium*, *Conr. Dietericum*, *Henr. Hoepfnerum*, *Iustum Feurbornium*, *Michaëles Waltheros*, *Iac Wellerum*, *Io. Mich. Dilherrum*, *Io.* et *Henr. Mulleros*,

set tractaretur a compluribus. Moralis theologiae collegia, quae vocant, plane non fuisse habita in quibusdam Academiis, ex eo apparet, quod quatuor Wittebergenses theologi, *Hulsemanus*, *Forsterus*, *Hutterus*, et *Balth. Meisnerus*, in suis *Consiliis de studio theologico*, a. 1648. simul editis, collegii in theologiam moralem mentionem faciunt nullam. Imo *Hulsemannus*, cum p. 316. praescripsisset studiosis theologiae quinquennium, ab hoc quinquennio ait p. 317. se excipere *theologiam moralem*, simul docens, hoc titulo ab se signari *casus conscientiae*. Nec *Koenigius* et *Quenstedius*, quorum ille in Theol. posit. §. 24. hic in suo Systemate p. 9. Th. 19. partes theologiae recensent, iis adiungunt moralem theologiam. Quam vero neglecta fuerit doctrina theologica de iure non solum Principum, sed etiam ciuium, circa religionem, vel inde cognoscas, quod nuper Ven. *Pfaffius* in iure suo ecclesiastico p. 322. edit. sec conf. p. 517. docuit, se omnium Theologorum Tubingensium primum tradidisse suis auditoribus Iurisprudentiam ecclesiasticam. Nec mirum proinde, nuper adhuc theologum quendam nostratem edidisse de hoc argumento libellum (cuius recensio fidelis in Nouis literaris Gottingensibus 1744 p. 68. sqq. exhibita est,) praeceptis Pontificiis, quam Euangelicis, congruentiorem.

leros, Hier. Kromayerum, Auguſt. Varenium, Chriſtian. Dreierum, Io. (e) Gerhardum, Albertum (f) Grauerum, Io. (g) Muſaeum, Io. Bened. Carpzouios, Io. Adamum Scherzerum, Chriſtian. Kortholtum, Sebaſt. Schmidium, Io. Conr. (h) Danhauerum, Io. Andr. Quenſtedium, Auguſt. Pfeifferum, Phil. Iac. Spenerum, Tho. Ittigium, Matthiam Hoë, Ioan. Hulſemannum, Aegid. Strauchium. Io. Val. Andreae, Io. Georg. Dorſchaeum, Mart. Geierum, Chriſtian. Scriuerium, Balth. Bebelium, Theophilum Spizelium, Io. Guil. Baierum, Val. Alberti, Val. Velthemium, Andr. Dan. Habichorſtium; Paul. Toſſanum, Dau. Pareum, Abr. Scultetum, Io. Piſcatorem, Petros Molinaeos, Io. Cocceium, Henr.

(e) Hunc *Glaſſius* Philol. S. p. 1959. vocat *virum omnium calculo in theoſophia* et θεοσοφίᾳ *maximum*. *Ant. Reiſerus* in *Spizelii* Templo honoris p. 404. *Gerhardum* iudicat eſſe *tertium a Luthero et Chemnitio Atlantem orbis Euangelici.*

(f) Hic ob acerrima ſcripta contra Pontificios, Calvinianos, et Socinianos dictus fuit *clypeus et gladius Academiae Ienenſis.* Vid. *Wittenii* Memor. Theol. p. 851.

(g) Quam laudem tribuit *Gennadius* libri de ſcript. eccl. cap. 77. *Muſaeo Maſſilienſi*, eadem Ienenſis *Muſaeus* eſt digniſſimus. Erat enim et hic *vir in diuinis Scripturis doctus, et in earum ſenſibus ſubtiliſſima quadam exercitatione limatus, lingua quoque Scholaſticus.*

(h) Hunc *doctorem Eccleſiae noſtrae* ἀκριβέστατον vocat *Spenerus* Conſil. Theol. Lat. P. III. p. 632. qui diſcipulus eius fidelis, etſi inter ſumma eruditione theologos numerari non poteſt, cum nec magnus philoſophus eſſet nec magnus philologus, iure tamen nominatur reformator Lutheranae eccleſiae practicus.

Henr. et *Iac. Altingios. Io. Claudium*, *Io. Henr. Heideggerum*, *Dan. Chamierum*, *Phil. Mornaeum*, *Moſem Amyraldum*, *Edmundum Albertinum*, *Io. Spencerum*, *Io. Wilkinſium*, *Franciſcum Gomarum*, *Guil. Ameſium*, *Henr. Hammondum*, *Io. Hornbeckium*, *Andr. Riuetum*, *Sam. Mareſium*, *Gisb. Voëtium*, *Steph. Gauſſenum*, *Mith. le* (*i*) *Faucheur*, *Io. Duraeum*, *Petr. Iuriaeum*, *Io. Lud. Fabricium*, *Io. Tillotſonum*, *Ioan. Pearſonum*, *Eduardum Stillingfleetum*; *Robert. Bellarminum*, *Cornel. a Lapide*, *Corn. Ianſenium*, *Martinum Becanum*, *Edmund. Richerium*, *Nic. Serarium*, *Franc. Coſterum*, *Paul. Laymannum*, *Iacob. Gretſerum*, *Leonh. Leſſium*, *Chriſtian. Lupum*, *Franc. Suarezium*, *Io. Bonam*, *Anton. Arnaldum*, *M. Ant. de Dominis*, *Theophilum Raynaldum*, *Ant. Poſſeuinum*, *Caſp. Sanctium*, *Coeleſtinum Sfondratum*, *Iac. Benign. Boſſuetum*, *Henr. Holdenum*, *Mich. Molinoſium*, *Petr. de Marca*; *Iacob. Arminium*, *Simon. Epiſcopium*, *Conr. Vorſtium*, *Steph. Curcellaeum*, *Io. Crellium*, *Val. Smalcium*; hiſtoricos, *Caeſ. Baronium*, *Marq. Freherum*, *Marc. Velſerum*, *Paul. Sarpium*, *Iac. Aug. Thuanum*, *Melch. Goldaſtum*, *Vbbonem Emmium*, *Io. Marianam*, *Io. Iſaacum Pontanum*, *Famianum Stradam*, *Rud. Hoſpinianum*, *Iac. Salianum*, *Abr. Bzouium*, *Chriſtoph. Sandium*, *Phil. Labbeum*, *Franciſcum Eudeſium Mezeraeum*, *Victorium Sirium*, *Paul.*

(*i*) De hoc vid. *Baelii* Dictionarium.

Piaſecium, *Bernardum* (*k*) *Mallincrotium*, *Adamum Adami*, *Io. Phil. Vorburgium*, *Lud. Maimburgium*, *Hadrianum et Henricum Valeſios*, *Nicol. Burgundum*, *Nic. Antonium*, *Nic. Amelotum de la Houſſaie*, *Vitum Lud. Seckendorfium*, *Caſp. Sagittarium*, *Ant. Pagium*, *Henricos Meibomios*, *Henr. Noriſium*, *Leonem Allatium*, *Pet. Baelium*, *Steph. Baluzium*, *Sethum Caluiſium*, *Guil. Cambdenum*, *Guil Caueum*, *Henr. Dodwellum*, *Lud. Elliesium Dupinium*, *Mart. Hanckium*, *Ioach. Hildebrandum*, *Georg. Hornium*, *Greg. Leti*, *Ottonem Menckenium*, *Guil. Beueregium*, *Seb. Nanum Tillemontium*, *Ant. Vaſillaſium* vel potius *Varillaum*, *Io. Legerum*, *Lud. Morerium*, *Dan. Papebrochium*, *Wilh. Ern. Tenzelium*, *Conr. Sam. Schurzfleiſchium*, *Ioan. Chriſtoph. Artopaeum*, *Adrianum Bailletum*, *Io. Launoium*, *Bohuslaum Balbinum*, *Henricum Whartonum*, *Natalem Alexandrum*, *Gothofr.* (α) *Arnoldum*; criticos, *Iac. Bongarſium*, *Ian. Rutgerſium*, *Caſparum Scioppium*, *Ioannem Wowerium*, *Iacobum Perizonium*, *Andream Schottum*, *Caſparum Barthium*, *Ludouicum Cappellum*, *Nicolaum Compefiſium*, *Thomam Reineſium*,

(*k*) De huius vita et ſcriptis potiora legas in *Actis eruditorum* anni 1715. p. 224 ſqq.

(α) Praecipuum huius viri opus eſt *Hiſtoria eccleſiaſtica*, quam apellauit *impartialem*, hoc eſt, affectu amoris pariter et odii carentem. Id quod hoc ſenſu verum eſt, quod nullum affectum amoris fauorisque oſtendit erga orthodoxos, nullum affectum odii erga heterodoxos, et potiſſimum enthuſiaſtas.

nesium, *Ioannem Fridericum et Iacobum Gronouios*, *Marqu. Gudium*, *Aegidium Menagium*, *Danielem et Nicolaum Heinsios*, *Tanaq. Fabrum*, *Lucam Holsteinium*, *Ioannem Georgium Graevium*: antiquarios, *Carolum Patinum*, *Andr. Morellum*, *Raph. Fabrettium*, *Ioannem Petrum Bellorium*, *Ioannem Iustinum Ciampinum*, *Laurentium Begerum*, *Ioannem Schefferum*, *Ioannem Kirchmannum*, *Ioannem Marshamum*, *Ioannem Seldenum*, *Olaum Wormium*, *Olaum Rudbeckium*, *Antonium van Dale*, *Ioannem Rosinum*, *Thomam Dempsterum*, *Ioannem Mabillonium*, *Philippum Clauerium*, *Ioannem Meursium*: philologos, *Ioannem Caselium*, *Domin. Baudium*, *Ianum Drusium*, *Ioannes Buxtorfios*, *Matthiam Bernegerum*, *Christophorum Cellarium*, *Ioannem Freishemium*, *Christophorum Colerum*, *Christophorum Adamum Rupertum*, *Theodorum Hackspanium*, *Iacobum Masenium*, *Angelicum Aprosium*, *Danielem Fesselium*, *Davidem Hoeschelium*, *Georgium Pasorem*, *Franciscum Vauasorem*, *Eduardum Leighium*, *Christianum Rauium*, *Ioannem Leusdenium*, *Balth. Stolbergium*, *Ioannem Vorstium*, *Casp. Bachetum Meziriacum*, *Laurentium Normannum*, *Rolandum Maresium*, *Ioannem Ludovicum Praschium*, *Ioannem Casparum Suicerum*, *Christianum Knorrium a Rosenroth*, *Thomam Creechium*, *Erycium Puteanum*, *Ioannem Henricum Hottingerum*, *Thomam Stanleium*, *Petrum Lambecium*, *Christianum Daumium*, *Aug. Buchnerum*, *Matthiam Wasmuthium*, *Carolum*

lum du Freſne, Iobum Ludolfum, Gilbertum Gaulminum, M. Zuerium Boxhornium, Ioannem Lightfootum, Eduardum Pokokium, Wilhelmum Schickardum, Eraſmum Schmidium, Ioannem Barclaium, Ianum Nicium Erythraeum, Scaeuolam Sammarthanum, Thomam Erpenium, Iacobum Golium, Ludouicum de Dieu, Octauium Ferrarium, Tho. Gatakerum, Sal. Glaſſium, Georgium Schubartum, Vlricum Obrechtum, Ioannem Reiskium, Chriſtianum Weiſium, Olaum Borrichium: iureconſultos, Conr. Rittershuſium, Scipionem et Albericum Gentiles, Benedict. Carpzouium, Herm. Vulteium, Dauidem Meuium, Io. Ottonem Taborem, Chriſtoph. Phil. Richterum, Chriſtoph. Forſtnerum, Ioan. Chriſtianum Boineburgium, Petrum Puteanum, Caſp. Zieglerum, Io Limnaeum, Io. Schilterum, Io. Strauchium, Diodorum Tuldenum, Reinerum Bachouium, Dionyſium et Iacobum Gothofredos, Georgium Adamum Struuium, Ahasuerum Fritſchium, Wolfg. Ad. Lauterbachium, Io. Iac. Weiſſenbachium, Vlricum Huberum, Ioan. Brunnemannum, Petrum Mullerum: mathematicos, Erhardum Weigelium, Io. Walliſium, Wilh. Franciſcum Hoſpitalium, marchionem, Iac. Bernullium, Io. Keplerum, Iſmaëlem Bullialdum, Io. Bapt. Ricciolum, Otton Guerickium, Chriſtoph. Scheinerum, Bern. Varenium, Io. Chriſtoph. Sturmium, Ehrenfridum Walterum Tſchirnhauſium, Chriſtianum Hugenium, Athanaſium Kircherum: poëtas, Frid. Taubmannum,

Fran-

Franciſcum Malherbium, *Io. Owenum*, *Matthiam Caſim. Sarbieuium*, *Caſp. Barlaeum*, *Renatum Rapinum*, *Ioannem Fontanum* ſiue *de la Fontaine*, *Nicolaum Boileau Deſpreaux*, *Petrum Franciſcum*, *Ioannem* (α) *Drydenium*, *Martinum Opitium*, *Paulum Flemingium*, *Lohenſteinium*, *Hofmannswaldauium*, *Gryphios*, *Frid. Rud. Lud. Canizium*, *Iac. Catſium*, *Iuſtum Vondelium*, *Ioan. Miltonum*: philoſophos, *Thomam Campanellam*, *Balth.* (*l*) *Beckerum*, *Marinum Merſennum*, *Dan. Stahlium*, *Io. Zeiſoldum*, *Io. Sperlingium*, *Ioan. Scharfium*, *Didacum* (ſiue *Iacobum*) *Sauedram*, *Caeſarem Cremoninum*, *Fortunium Licetum*, *Chriſtoph. Scheiblerum*, *Blaſium Paſcalium*, *Vincentium Placcium*, *Ioan. Ioach. Becherum*, *Carol. Sorellum*, *Helmontios*, *Dauidem Derodonem*, *Balthaſarem Gracianum*, *Rad. Cudworthum*, *Io. Henr. Alſtedium*, *Barthol. Keckermannum*, *Iac.* (*) *Boehmium*,

(α) Vita eius in *Actis eruditorum* 1752. p. 240.

(*l*) Hic philoſophia Carteſiana duce theologiam emendare conatus eſt in doctrina de ſpiritibus. Qui conatus etſi non ſucceſſit feliciter, tamen viam ſtrauit iis, qui poſtea reliquias ethnicarum Papaearumque ſuperſtitionum circa ſpiritus, doctrinasque de magis et ſpectris populares, refutarunt. Inter Lutheranos Theologos primum *Bierlingium*, Rintelienſis Academiae Profeſſorem et Eccleſiae Superindentem, aperte aſſenſiſſe *Thomaſio* in doctrina de magia, indicatur in *Actis eruditor.* 1724. pag. 490.

(*) Hic quia obſcuriſſimus eſt et in ſtylo et in doctrinis, hinc omnes obſcuritates ſiue ſtyli ſiue doctrinae vocari coepe-

nium, *Othonem Caſmannum*, *Iacobum et Cornelium Martini*, *Benedictum Spinozam*, *Antonium le Grand*, *Ioannem Claubergium*, *Io. Baptiſtam Hamelium*, *Petrum Syluanum Regis*, *Nic. Malebranchium*, *Sam. Parkerum*, *Henr. Morum*, *Io. Raium*, *Franc. Vayerium:* medicos, *Marcellum*, *Malpighium*, *Dan. Sennertum*, *Caſp. et Thomam Bartholinos*, *Caſp. Bauhinum*, *Caſp. Hoffmannum*, *Guil. Fabricium Hildanum*, *Franciſcum Syluium*, *Seb. Wirdigium*, *Cornelium Bontekoe.* Addo quatuor egregios literatorum hominum adiutores et patronos, *Io. Vincentium Pinellum*, *Nicolaum Claudium Fabricium Peireſcium*, *Frid. Bened.* (*a*) *Carpzouium*, ac (*b*) *Antonium Magliabechium:* et eximium illud ſexus ſui ornamentum *Annam Mariam Schurmanniam.*

LXI. Hoc aeuo Vindobonenſis Imperatoris bibliotheca egregias nacta eſt acceſſiones. Videatur eius hiſtoria, a *Lambecio* deſcripta, et a *Barth. Chriſtiano Richardo* in compendium coacta. Heidelbergenſis bello tricennali

coeperunt Böhmiſche Dörfer: id quod iam obſeruaui in *Actis Philoſ.* T. I. p. 600.

(*a*) Vid. *Chriſt. Iunckeri* Epiſtola de obitu huius *Carpzouii* a. 1699. edita; *Burmanni* Praef. ad *Phaedrum.* Laudes huius *Carpzouii* deſcribit Cellarius in Praef. ad Velleium Paterculum, Lipſiae 1707. editum.

(*b*) Hunc ideo laudat maiorem in modum in Praef. ſua ad *Ciceronis Epiſtolarum ad familiares* Tomum priorem

nali in hostium manus (*c*) peruenit. Mazariniana, *cui similem* (si non fallitur (*cc*) *Conringius*,) *sol neque vidit hactenus, neque vnquam forte est visurus*, diuendita fuit: quod fatum pluribus, quae Lutetiae fuerant, instructissimis bibliothecis accidit, interque eas Thuanae, cuius venditionem cum describebat (*d*) *Huetius*, vix lacrymas tenuisse videtur. Caeterum novas bibliothecas, easque optimas, instruxerunt Fridericus Rex Berolini, Augustus (*e*) Dux Guelferbyti, Ernestus Dux (*f*) Gothae,

priorem *Graeuius*, singularemque eius in rem literariam meritis promittit panegyricum.

(*c*) Vid. *Wagenseilii* Pera iuuenilis Loculam. III. Tomo II. p. 691. vbi fide dignissima exhibetur descriptio deportationis bibliothecae illius in vrbem Romam.

(*cc*) Diss. de bibliotheca Guelferbytana p. 228. Ibidem p. 232. ait: *Bibliotheca Mazariniana nihil perfectius vnquam fuisse, iam confessus sum.*

(*d*) Lib. VI. Vitae suae p. 163. et 164. vbi et testatur, *in libris compingendis impensa fuisse a Thuano centum milla librarum.*

(*e*) Princeps hic non solum mirifice fauit literarum professoribus, sed ipse literas coluit studiosissime, libros que edidit admiratione dignos. Vid. *Ioac. Hildebrandi* singularis liber 1662. editus, in quo Ducem hunc Augustum comparat cum prisco Imp. Rom. Augusto, capite V. exponens de eius eruditione scriptisque; et *Bytemeisteri* liber de Ducum Brunsuicensium meritis in rem literariam cap. XIII. §. 45. sqq. Historiam huius bibliothecae nuper edidit singulari studio concinnatam *Burckhardus*, nunc bibliothecarius. Jen Conringius jam 1661.

(*f*) Ex hac bibliotheca multas eruditorum epistolas aliaque monumenta historica edidit omnibus bonis applaudenti-

Gothae, Wilh. Ernestus, Dux Vinariae, Mauritius Dux (*g*) Cizae, Ioannes Adolphus, Holsatiae Dux, Gottorpii, Ioannes Fridericus, Brunsu. et Luneb. Dux, (*h*) Hanouerae. Senatoriae quoque bibliothecae, (*i*) Francofurtana, (*) Hamburgensis, ac (k) Lipsiensis, hoc saeculo sunt conditae. Inter Academicas Ienensis tanta cepit incrementa accessione bibliothecarum *Arumaei*, *Bosii* et *Sagittarii*, vt Academicarum bibiothecarum habeatur (*l*) regina. Nec tacenda *Gudiana* bibliotheca, quam *priuatarum omnium reginam* appellabat (*m*) *Mor-*

dentibus *E. S. Cyprianus*, Consiliarius Ducis Gothani ecclesiasticus, qui nuper bibliothecae illi praeesse desiit. Nunc ei praest *Iulius Carolus Schlaegerus*.

(*g*) Haec bibliotheca non ita pridem diuendita fuit. Eius maximam partem faciebat bibliotheca *Thomae Reinesii*.

(*h*) Huic bibliothecae primus praefuit *Tobias Fleischerus*, deinde *Leibnitius*, hinc *Eccardus*, tum *Hahnius*, tum *Gruberus*, *nunc Scheidtius*.

(*i*) Vid. *Morhofius* Polyhist. liter. lib. I. cap. 7. p. 96. A. 1728 edidit *Io. Iac. Lucius*, bibliothecarius, in grandi volumine *Catalogum* huius bibliothecae, describens in Praefatione bibliothecae huius historiam.

(*) Haec a. 1739. ingens accepit incrementum liberalitate *Io. Christoph. Wolfii*, Pastoris, qui totam suam bibliothecam adiunxit.

(*k*) De hac exstat Dissertatio *Gottfriedi Christiani Goezii*, tum bibliothecarii, Lipsiae 1711. Nunc ei praeest *Mascouius*.

(*l*) Vid. *Struuius* Introd. in notit. rei liter. cap. 4. §. 31. p. 178. qui optimam exhibet huius bibliothecae notitiam, quippe cui per aliquot annos praefectus fuit.

Ad-

(*m*) *Morhofius*: quanquam ea paucis abhinc annis Hamburgi auctionis fortunae (*n*) fuit ſubiecta atque diuendita.

LXII. Nec illud omittendum, quod hoc ſaeculo monachi quoque nonnulli otio ſuo vti coeperunt ad ſtrenue colendas literas. Habemus ex! iſce clauſtris progreſſos oratores et poëtas eximios. Maxime Benedictini ac Ieſuitae de eruditionis palma inter ſe certarunt: ac priores ſane Patrum eccleſiae (*o*) praeſtantisſimis editionibus adornandis immortalem laudem conſecuti ſunt. Vid. *Bernardus Pezius* in

Adiecta nuper huic bibliothecae fuit lautiſſima ſupellex libraria *Danzii*.

(*m*) Loc. cit. §. 67.

(*n*) Quidam queruntur de hac bibliothecarum fortuna. Sed ego non puto, male ita agi cum priuatis bibliothecis. Cum enim eae ſeruari integrae non poſſint, quid, quaeſo, optatius, quam vt libri veniant in manus et poſſesſionem et vſum aliorum? Non igitur hic pereunt libri, ſed alios nanciſcuntur poſſeſſores. Valet hic illud: Vnius (bibliothecae) corruptio eſt alterius vel plurimum generatio. Permulti bibliothecarum auctione venditarum Catalogi memorantur in *Bibliotheca Roſtgardiana* p. 133. 134. 135. 279. 280. 408. 409.

(*o*) Patrum Eccleſiae editiones a Benedictinis adornatas recenſet *Buddeus* in Iſagoge hiſt. theol. p. 590. ſqq. Scilicet cum a. 1667. edidiſſet Mabillonius opera S. *Bernhardi* ſingulari ſecuto doctorum omnium applauſu, *Superiores Congregationis S. Mauri animum ad Sanctorum Patrum, tum Graecorum, tum Latinorum editiones ad antiquorum exemplarium fidem expurgandas adiecerunt.* Recitaui verba *Maſſueti* in *Vita Mabillonii*.

in Apologia ordinis Benedictini contra Iesuitas, Campoduni 1715. edita, *cap. X.* Ac magna exstant (*p*) volumina, quibus docti cuiusque ordinis viri recensentur additis librorum ab iis conscriptorum titulis.

LXIII. Caeterum cum nouas veritates in apricum producere piaculum sit in Ecclesia Romana, maiorique ducatur laudi, credere, quam (*) scire; illae literae, quae sapientiae sunt propriae, non multum (*q*) debent pontificiae religionis professoribus. De Germaniae quidem monasteriorum bibliothecis nuper admodum hoc perhibuit testimonium monachus (*r*) praeter sui generis morem eruditus: *Omnia*

(*p*) Vid. *Bosii* Introd. in notitiam script. eccl. cap. V. §. 13. sqq. *Bailleti* Iudiciorum T. II. P I. cap. 3; *Struuius* Introd. in notit. rei lit. cap. VII. §. 25. sq.

(*) Obseruatu dignum, in Concilio Tridentino nihil fuisse decretum de scholarum et minorum et maiorum, quae Academiae vocantur, reformatione, vrgendaque cultura omnis generis disciplinarum: nisi quod in Sessionis quintae *Decreti de Reformatione* capite primo frigide nonnihil commemoratur. Scilicet imperium Papae tamdiu steterat magistra ignorantia Quare non potuit curae esse Pontificibus illis, qui durante Concilio hoc regnarunt, salus literarum: ne lux disciplinarum tolleret tenebras tam fructuosas, et vetus error succumberet diuinae quidem illi, sed mundanarum opum sterili veritati.

(*q*) Vid. *Acta philos.* P. II. cap. 1. §. 27. p. 221; P. IV. cap. 1. §. 28. p. 618; P. VIII. cap. 5. §. 11. p. 297. et c. 8. §. 2. p. 322.

(*r*) *Bernardus Pezius* Diss. contra *Fonteium* p. 56. En aliud eiusdem testimonium in Praef. ad Tomum I. Thesauri

Omnia fere religiosarum bibliothecarum pegmata et plutei Scholasticis Aristotelique theologicis scriptis onerati sunt, omnia scholasticis concertationibus et syllogismis personant, in omneque librorum genus offendas saepius, quam in criticorum, vtilium, exquisitorumque, sine quibus tamen haec nostra praeclara et publica studia nulla sunt. Ex vna vero Academia Pontificiorum Viennensi disci possunt omnes caeterae, certe Germanicae; cuius miseram conditionem non ita pridem descripsit in *Viennae Historia nouissima* (*s*) *Kuchelbeckerus*, docens, vniuersas ibi disciplinas esse squalore obsitas, nec per Iesuitas licere cuiquam meliora tradere verioraque. De Parisiensi, hoc est, Gallicarum nobilissima Academia testis est *Rich.* (*t*) *Simonius*, inter illius Theologos esse perpaucos linguarum Graecae et Hebraicae peritos: probans (*u*) praeterea *Bossueti*, illustris Episcopi, testimonio in Gallia *cognitionem traditionis ecclesiasticae haberi pro vera et perfecta eruditione theologica.* Caeterum hostis ac pestis bonarum literarum veraeque eruditionis non est sola illorum ho-

sauri sui anecd. p. 9. §. 16. *Historiae ecclesiasticae cultus in Germania Catholica iam diu nullus est.*

(*s*) P. II. cap. 7. §. 8. et 9. Ibidem §. 12. nomina exhibentur hodiernorum huius Academiae Professorum: quibus vellem adiecisset titulos librorum libellorumque ab iis editorum, mihi certe ignotissimorum.

(*t*) T. IV. Epist. select. 47. p. 395.

(*u*) p. 399.

hominum superstitio, verum etiam censura (x) nimium immitis librorum typis exscribendorum, et edicta de libris diuersarum sectarum (y) haud legendis. Quantum eruditionis progressibus obsit censura illa, non ita pridem *Pritanius*, ipse Pontificius, agnouit (z) et ingemuit. *Nouimus*, inquit, *qui, ne sibi confligendum foret cum indocili quorundam Censorum inscitia atque impotentia, dimissis theologicis ac philosophicis studiis, se totos coniecerunt in eruditionem profanam, vnde si non aequa laus, certe minus periculi, et plus quietis exspectandum fuerat. Non ergo* (ita pergit) *priuatis tantum studiis officitur ab hisce Censoribus, sed publicae etiam*

(x) Quo tempore librorum censura orta sit, docet *Bailletus* Iudic. T. I. P. I. cap. 8. et 9. Vid et *Caranza* in Summa Concilii Lateranensis a Leone X. habiti p. 670.

(y) Iam olim *Cyprianus* epist. 45 negauit, legendi libros haereticos facultatem promiscue permittendam esse. *Non facile promenda sunt*, inquit, *et incaute ac temere publicanda, quae discordioso stylo scripta audientibus scandalum moueant, et fratres incerta opinione confundant.* Sed loquitur vir sanctus de hominibus illiteratis. Literatis autem eripere quiduis legendi et examinandi libertatem, id vero tyrannicum est et bonis omnibus detestandum. En *Arnobii* sententiam lib. III p. 61: *Intercipere scripta, et publicatam vella submergere lectionem, non est Deos defendere, sed veritatis testificationem timere.* In *Gerhardi* Confess. Cathol. lib. II. art. VIII. cap. 2. de abolitione librorum haereticorum agitur, et Pontificia doctrina reiicitur. Quid? ipse *Launoius* ridet ac exagitat *Indices* Paparum *prohibitorios* lib. VII. epist. 12. p. 551. sq.

(z) Lib. II. de ingeniorum moderatione in religionis negotio cap. 5. p. 266.

etiam vtilitati, et Ecclesiae, quae scriptoribus theologisque indiget non assentatoribus, dum scribunt, neque zelo immoderato feruentibus, dum iudicant, sed solida eruditione refertis, et omni superstitione et affectu vacuis. Crudelis autem illa librorum contra inueteratas opiniones scriptorum damnatio eousque (*a*) prouecta, vt vel inspicere eos nefas sit, quam originem quemque scopum habeat, sub illo iugo gemens exponit *Paulus* (*b*) *Sarpius.*

LXIV. Veniendum nunc erat ad praesens saeculum, cuius iam duo et sexaginta anni elapsi sunt. Sed quo propius statum hodiernum reip. literariae ipsi inspicimus, eo minus necessarium videtur, longa hic defungi narra-

(*a*) Vid. *Iacobi Gretseri* hominis non quidem indocti, sed plane ineruditi, volumen *de iure et more prohibendi, expurgandi et abolendi libros haereticos et noxios.* Caeterum facile concedimus, esse libros, qui iure ab iis, qui reip. praesunt, legi vetentur. Imo accidit aliquando, vt iure quis vetetur libros edere posthac: id quod nostra aetas vidit in duobus doctissimis viris, *H H* et *S.E.* quorum alter parum religiose codicem sacrum interpretabatur, alter pro religione nostra propugnabat parum religiose.

(*b*) *Hist. Concil. Trid.* lib. VI p. 529 sq. Obseruat *Conringius* in Dedicatione *Machiauelli Principi* praemissa p. 6. *Leonem X. Papam primum omnium intendisse vim librorum prohibitoriam vetitis legi dissentientium scriptis omnibus sub excommunicationis poena: quod* (inquit) *hactenus carebat exemplo.*

narratione. Quam multi, quam varii, quamque boni libri hoc saeculo sint vbique terrarum ac gentium editi, loquuntur *Acta eruditorum* et similes Germanica, Gallica, Italica, Anglica et Belgica lingua compositi libelli. Quid praeterea gestum sit in Helicone, docent *Noua literaria*, quae Lipsiae, et postea alibi quoque locorum, iam longo tempore edunntur. In primis commendatas volo Krausianas, earumque similes, singulorum annorum Praefationes, in quibus quippe diligenter exponitur, quid quaeque disciplina incrementi e recens emissis libris acceperit, et quae praeterea reip. literatae fausta contigerint.

LXV. Vidit etiam hoc saeculum nouum Maecenatem vel potius Augustum, Petrum, Russorum monarcham, qui summa opum vi ciues suos doctrina liberali impertire et barbariei tenebras ex toto orbe suo expellere studuit, eoque fine duas Academias, alteram (*c*) Moscouiae, alteram (*d*) Petroburgi condidit. Portu-

(*c*) De Academia Moscouiensi vid. *Acta erud.* 1705. p. 383. Hanc tamen Academiam iam concidisse, accepi his diebus a quodam ex hac vrbe reduce. De superioris aeui studiis literariis Russorum doctissime agit *Io. Petrus Kohlius* in sua *Introductione in historiam literariam Slavorum* a. 1729. edita.

(*d*) De statu Academiae Petroburgensis exstat fide digna epistola *in gelehrten Zeitungen* 1726. p. 382. sqq. Postea *G. A. Hey* Cassellis 1744. edidit breuem Historiam huius Academiae. De fructibus huius Academiae vid. *Acta erud.* 1726. p. 354. sqq. et 1729. p. 337; *Noua literaria*

Portugallia (*e*) quoque Regis sui Ioannis V. studium erga literas admirata est, et multo plures, quam olim, libros (*f*) vidit prodire ex officinis suis typographicis. Idem Rex 1721. condidit Lisbonae (*) Academiam regiam scientiarum. Holmiae etiam, quae caput est Sueciae, nuper (*g*) nata est Societas scientiarum Regia, itemque (*h*) Hafniae, et 1750. Gottingae. (**) Caetera Europa merito sibi gratulatur de felicitatis suae literatae perpetuitate, deque suorum Principum pacis amore ac studio. Vna enim haec est vox Musarum omnium: *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.* Ita equidem

 scri-

raria Lat. Lipsi. 1721. p. 206; *Gelehrte Zeitungen* 1729. p. 121. sqq. *Weberi verändertes Rußland*, edit. 1721. p. 10. sq. *Hist. Bilder-Saal* P. VIII. p. 692. Non est tamen silentio praetereundum, pluribus Petroburgicis Professoribus nuper placuisse repetere sedes priores et ad nos in Germaniam reuerti.

(*e*) Vid. *Acta erud.* 1727. p. 1. sqq. et p. 323. et A. 1730. p. 433. Aemulatio aliarum quoque Lusitaniae vrbium incolas incessit, ac relatum legimus, in pluribus frequentari collegia siue concilia literaria.

(*f*) Vid. *Gelehrte Zeitungen* 1726. p. 867. sqq. De Actis Academiae historicae, ab hoc Rege a. 1719. conditae, vid. *Acta eruditorum* 1737. p. 49.

(*) Vid. Berlinische wöchentliche Berichte 1750. p. 258. sqq.

(*g*) Vid. *Nieder-Sächs. gel. Zeitungen* 1721. p. 698. sq. et in *Kohlii* Gel. Zeit. 1740. et secutis annis singulis. Vid. etiam *Rathlefii* Vitae eruditorum hodie florentium T. II. p. 498. sqq. et *Biblioth. rais.* T. 38. p. 3. sqq.

(*h*) Vid. Altenb. Gel. Zeit. 1747. p. 241. sq.

(**) De Electorali Bauarica Societatae scientiarum vid. Leipz. Gel. Zeit. 1754. p. 562. sqq.

scribebam anni 1732. initio. Nunc (a. 1734.) otium ciuile nonnihil quidem interpellauit furor Martis, sed non fuit ea re impeditus Rex Magnae Britanniae, GEORGIVS II. *pacifici* titulo qui a posteritatae insigniatur, dignissimus; quo minus nouam in terris suis Germanicis conderet Academiam, cui Deus (precor etiam atque etiam) faueat prolixe, scholamque hanc GEORGIAM AVGVSTAM faciat suae ipsius gloriae communisque humanae vtilitatis seminarium! Haec quoniam scribo Gottingae, mearum partium esse duco, nomina proferre Professorum, quos adhuc accepit haec Academia. THEOLOGI sunt Iac. Wilh. *Feuerlinus*, Magnus *Crusius*, Ioach. *Oporinus*, Christoph. Aug. *Heumannus*, Georgius Henr. *Ribouius*: extraordinarii, Io. Frid. *Cotta*, Christianus *Kortholtus*. IVRISCONSVLTI: Georgius Christianus *Gebauerus*, Io. Salomo *Brunquellius*, Tobias Iacobus *Reinharthus*, Io. Frid. *Wahlius*, Gottfridus *Mascouius*, Gottlibius Samuel *Treuerus*, Io. Iac. *Schmaussius*, Henr. Christianus *Senkenbergius*, Georgius Henr. *Ayrerus*, Georgius Ludouicus *Boehmerus*, Io. Christianus *Claprothius*: extraordinarii, Gottfridus *Sellius*, Christianus Ludouicus *Scheidius*, Christianus Gottlibius *Riccius*: MEDICI: Georgius Gottlobius *Richterus*, Io. Wilhelmus *Albrechtus*, Albertus *Hallerus*, Io. Andr. *Segnerus*, Io. Gottf. *Brendelius*: extraordinarius, Io. Iac. *Huberus*. PHILOSOPHI et

PHI-

PHILOLOGI: Gottlibius Sam. *Treuerus*, Io. Iac. *Schmauſius*, C. A. *Heumannus*, Io Dauid *Koelerus*, Io. Matth. *Gesnerus*, Sam. Chriſt. *Hollmannus*, Io. Frid. *Cotta*, Io. Andr. *Segnerus*, Io. Frid. *Pentherus*, Ludouicus Mart. *Kahlius*, G. H. *Ribouius*, Andr. Georgius *Waehnerus*, Wolfg. Balth. Adolphus *Steinwehrius*, Chriſtianus Ern. *Simonetti*: extraordinarius Gallicae linguae Profeſſor Antonius *Rougemontius*. Acceſſerunt inde ab anno 1746. Io. Dauid *Michaëlis*, Frid. Wilh. *Kraftius*, Chriſtianus Ern. a *Windheim*, Gottfridus *Achenwallius*, Rud. *Wedekindus*, Paulus Iac. *Foertſchius*, Gerardus *ab Hemeſſen*, Profeſſores philoſophiae extraordinarii; Io. Steph. *Putterus*, Lud. Mart. *Kahlius*, Chriſtianus Frid. Ge. *Meiſterus*, Ant. Lud. *Seipius*, Profeſſores Iuris extraordinarii; Andr. *Weberus*, Tobias *Mayerus*, Profeſſores philoſophiae ordinarii; Io. Ge. *Roedererus*, Io. Gottfr. *Zinnius*, Profeſſores Medicinae extraordinarii; Ioannes *Tomſonus*, Profeſſor linguae Anglicae; Iſaacus *de Colom du Clos*, Profeſſor linguae Gallicae. Anno 1747. accepit Academia Cancellarium, eundemque Profeſſorem Theologiae honorarium, Io. Laurentium *a Mosheim*. His omnibus Ephorus datus eſt a Rege *Gerlacus Adolphus Munchhuſius*, Conſiliarius Regis intimus, cura felicitatis ciuilis alter Ioſephus, fauore erga literas et literatos ſecundiſſimo ne Au-

gusteo quidem illi Maecenati secundus, dulcissimum Academiae et decus et praesidium. Eodem anno, quo Gottinga, etiam Fulda accepit Academiam, a conditoris sui nomine dictam *Adolphinam*. Tum. a. 1743. condita est Academia *Fridericiana* Erlangensis, et a. 1745. in vrbe Brunonis Gymnasium Academicum, quod conditor suus *Carolinum* vocari voluit: qui etiam solus nunc Academiae Helmstadiensis dominus ei *Iulio-Carolinae* nomen indidit, vtroque facto lucidissime ostendens, patrem se esse studiorum sapientiae literatae indulgentissimum ac munificentiae inexhaustae.

LXVI. Inserere hic iuuat, quae non ita pridem perscripta (*h*) legi de hodierno scholarum statu in Italia. Misera scilicet est inferiorum scholarum conditio. Ignauiam discipuli magis colunt, quam literas. Reguntur illae scholae ab iis, quorum interest, eruditionem peranguſtis contineri finibus. In Academiis philosophia pariter ac theologia ieiune (*) tractatur et inepte, ac plerique Studiosi Bac-

(*h*) In *Gabr. Aemiliani* Historia hodiernorum Italiae clericorum P. II. p. 16. sqq. et in *Bibliothecae Italicae* Tomo quarto: vnde reperitur id in *Gel. Zeit.* 1730. p. 674. sqq. Etiam *Pritanius*, hoc est, *Muratorius*, de misero rei literariae in Italia statu queritur sub exordium libri sui *de bonu gustu*, 1736. recusi.

(*) En de superiori saeculo testimonium *Ezech. Spanhemii*, quod his diebus mihi occurrebat perlegenti editum Hano-

Baccho magis litant, quam Mineruae. Nec id agitur a Professoribus, vt discipulos suos reddant politos eruditosque. Plures itaque Doctores habet Italia, quam doctos, et inania honores insignia praeferuntur eruditioni solidae. Maxime ibi desideratur Graeci sermonis ac Hebraici, itemque historiae (a) ecclesiasticae, peritia vna cum scientia sacrum (*) interpretandi codicem. Tamen inter tot literatos hypocritas reperiuntur nonnulli (**)

Hanouerae *Commercii epistolici Leibnitiani* Tomum prodromum. Is ita p. 1167. *Pleraque Italorum ingenia desudant in adornandis commentationibus Scholasticis, aut ad Ius canonicum comparatis, Vix alia studia florere videas in illis oris, vt mirum sit, incolas amoenissimi illius tractus spinis illis tantum ac vepribus delectari. Magnā ibi meliorum literarum, linguarum, et antiquitatis ecclesiasticae, ignoratio et, quod peius, contemtus est.*

(a) *Norisius* in Tomo XII. *Operum Augustini* p. 517. scribit, *in Italia historiam ecclesiasticam exilium pati.* Ibidem ait, *historiam ecclesiasticam publicis sapientum conuentibus excludi, et cum vmbraticis quibusdam hominibus in Italia sub paupere tecto habitare.* Ibidem docet, *se primum Professorem historiae ecclesiasticae in Academia Pisana factum esse.*

(*) Scilicet periculi plenum est his in terris acrius sacrarum literarum studium. Hinc ipsi theologi subinde agunt aliud. Lege, quaeso, in Nouellis Gottingensibus literariis anni 1745 p. 818. sqq catalogum librorum, a *Leone Pascolo*, abbate Romano, compositorum satis magno numero. Ne vnus quidem inter eos liber theologicus.

(**) Magna Italiae literatae lumina recentissimi temporis nominantur, commemoratis quoque eorum libris, in

Bib-

vere et exacte eruditi, ac spes affulget, fore breui, vt omnis generis literae in Italia, felicissimorum ingeniorum diuite illa regione, laetissime efflorescant, excusso, quod adhuc circumpositum fuit, iugo.

LXVII Eadem paene ratio est literarum in Hispania. Nam et ibi literarium monopolium est penes potentissimum monachorum ordinem, tamque parum temporis tribuitur literis, vt (*i*) singulis annis Professores inde a Paschate vsque ad exitum mensis Octobris scholas suas habeant clausas. Qua re fiat necesse est, vt, quae iuuenes literarum studio deuoti addidicerunt per hyemem, ea rursus aestate consequenti (*) dediscant. Non tamen omnino

Bibliotheque Italique partitim, T. III. p. 205. sqq. T. IV. p. 1. sqq. T. VI. p. 238 sqq. T. VII. p. 129. sqq. T. VIII. p. 126. sqq T. IV p. 180. sqq. et postremo X p. 105 sqq. Edidit item 1742. *Ioannes Lamius* Memorabilia Italorum eruditione praestantium, quibus praesens saeculum gloriatur.

(*i*) Testis est *Ant. Gauinus*, Hispanus, in operis sui de statu hodierno Ecclesiae Hispanicae Parte II p. 474. et 477 edit. Germ. Addo, etiam in Italiae scholis quadrimestre tempus aestate quotannis esse liberum atque otiosum: cuius rei testis est *Muretus* lib. II. Orat. XIII. p. 315. et alibi.

*) Quanta ingeniorum Hispaniae sit hodie barbaries, disce is ex *Actis eruditorum* anno 1738. p. 391. 392. 393. 399 et 400. Memoratu etiam dignum, quod *Maiansius* in Dedicatione *Epistolarum* suarum ad Galliae Proregem, Cardinalem *Fleury* scribat, ideo hunc ipsi dedicari librum, quod nemo sit procerum in Hispania, qui amet literas.

omnio caret doctissimis viris Hispania, editorumque nuper in ea librorum catalogum in Germaniam misit (k) *Gregorius Maiansius*, lucidum patriae suae sidus, haud dubie alios quoque suorum ciuium illustraturum. Insertus est is catalogus *Actis eruditorum* anni (l) CIↃ IↃ CC XXXI.

LXVIII. Habuit et recens haec aetas suos Attalos literarios, suos Peirescios: quos inter mortuo in Gallia *Bignonio* principatum nuper tenebat *Zacharias Conradus Vffenbachius*, fautor et amicus meus singularis, e cuius ingenti gaza publicatus fuit a. 1720. catalogus librorum MSS. doctissimis illustratus *Io. Henr. Maii* recensionibus. Postea anno 1729. duobusque secutis publicauit vniuersalem suae bibliothecae (excepto ingenti numero librorum ad historiam literariam ac liberariam pertinentium, historiam item reip. Francofurtanae illustrantium, ac denique voluminum epistolarum a doctissimis viris manu exaraturum,) catalogum quatuor (m) tomis, nominatosque

literas. Recordor, quod a. 1552. scribebat Episcopus Pampilonensis in epistola quadam, quae reperitur inter *Vargasii* de Concilio Tridentino epistolas p. 402. *Non est*, inquiebat, *in toto regno Nauarrae schola publica.*

(k) Vid. *Gelehrte Zeitungen* 1731. p. 632. Eiusdem in operis anno 1733. alius exhibetur p. 201. sqq. catalogus librorum recens editorum in Hispania: qualis et reperitur in *Actis erud.* Suppl. T. X. p. 274-288.

(l) p. 432. sqq.

(m) Qui recensetur a me in *Actis erud.* 1731. p. 270. sq.

ibi libros venum expoſuit. Quod idem conſilium eodem tempore arriſit *Ioanni Burcardo Menkenio*, non Lipſiae ſolum ſuae, ſed vniverſi literati orbis amori ac delicio. Namque et is numeroſiſſimam ſuam bibliothecam, cuius et ipſius catalogus typis eſt exſcriptus, vendendo aliorum, et quidam Maecenatum maxime, bibliothecas reddidit ornatiſſimas. Laudandus quoque in hoc numero eſt Vlmenſis reip. Conſul, a. 1729. exſtinctus, *Raymundus Kraftius*: cuius bibliothecae rariores libros, tum MSS. tum impreſſos, nominauit in *Amoenitatibus* ſuis (*n*) *Schelhornius*. Nec tacendus *Fridericus Roſtgardus*, illuſtris Danus, cuius bibliothecae a. 1726. Hafniae vendita catalogus codices MSS. 1068. eosque egregios habet. Denique memorari hic oportet *Ioannem Morum*, Elienſem Epiſcopum, cuius inſtructiſſima bibliotheca, e qua cum MSS. tum typis editos libros liberaliter (*o*) offerre ſolebat aliis ad publica commoda vſuris, beneficio Regis Georgii I. acceſſio facta eſt bibliothecae Academiae Cantabrigienſis.

LXIX. Ad eos quod attinet, qui noſtra hac aetate ſcribendis libris famam ſibi pepererunt

(*n*) Tomo III. Poſtea 1739. integrum huius bibliothecae catalogum publicauit *Franc. Dominicus Haeberlinus*, et ad MSS. eius codices annotationes adiecit doctiſſimas lectuque periucundas.

(*o*) Vid. *Fabricii* Dedicatio libri tertii Bibliothecae ſuae Graecae, et *Needhami* Praef. ad ſuum *Hieroclem*.

rerunt maximam, libet nomina saltim eorum exhibere siue vita iam defunctorum siue adhuc viuentium vigentiumque, iam tamen, vt eos omittam, qui superiore iam saeculo inclaruerunt, in eiusque historia fuerunt nominati. En igitur viri huius nostri (α) saecuii ingenio clarissimi et quidem (p) THEOLOGI: *Ioach. Iustus Breithaupt*, *Io. Franc. Buddeus*, *Casp. Caluoerius*, *Io. Gottlob Carpzouius*, *Ern. Sal. Cyprianus*, *Sal. Deylingius*, *Io. Fabricius*, *Io. Fechtius*, *Aug. Herm. Franckius*, *Io. Frickius*, *Zach. Grapius*, *Io. Paulus Hebenstreit*, *Io. Wolfg. Iaegerns*, *Io. Wilh. Ianus*, *Ioach. Langius*, *Val. Ern. Loescherus*, *Io. Henr. Maius*, *Io. Frid. Mayerus*, *Io. Laur. Moshemius*, *Henr. Muhlius*, *Io. Ge. Neumannus*, *Gottfr. Olearius*, *Christoph. Matth. Pfaffius*, *Io. Ge. Pritius*, *Io. Iac. Rambachius*, *Ad. Rechenbergius*, *Christianus Reineccius*, *Io. Andr. Schmidius*, *Sam. Schelwigius*, *Christoph. Sonntagius*, *Christian. Eberh. Weismannus*, *Gottlieb. Wernsdorfius*, *Gust. Ge. Zeltnerus*; *Iac. Abbadius*, *Petrus Allixius*, *Tho. Bennetus*, *Franc. Burmannus*, *Franc.*

(α) Retinui huncce catalogum ex editione huius libri tertia, a. 1733. facta, ampliorem vtique futurum, si e §. LXXI. adiungere nunc eos voluissem, qui post illum annum non minorem, quam hic memorati, consecuti sunt vel ingenii vel industriae gloriam.

(p) Classem *Polyhistorum* de industria omitto, quorum hac aetate non est exiguus numerus. Eorum quemque retuli eam in classem, cui maiori iuri videbatur adscribendus.

Franc. Fabricius, *Nic. Gurtlerus*, *Bartholdus Holzfusius*, *Io. Marckius*, *Bened. Pictetus*, *Io. la Placcette*, *Herm. Alex. Roëllius*, *Iac. Saurinus*, *Sam. Strimesius*, *Sal. Tilius*, *Io. Alph. Turretinus*, *Camp Vitringa*, *Wilh.* (q) *Wackius*, *Sam. Werenfelsius*, *Dau. Whitby*, *Herm. Witsius*; *Io. Clericus*, *Phil. Limborchius*; *Augustinus* (*) *Calmetus*, *Io. Martianaeus*, *Ren. Massuetus*, *Matth. Petitdidier*, *Paschasius Quesnellius*, *Mich. Quienius*, *Rich. Simonius*, *Honorius Tournely*, *Ren. Iof. Turneminius*, *Car. Wittassius*; IVRISCONSVLTI: *Ioan. Henr. Bergerus*, *Iustus Henningus Boehmerus*, *Ge. Beyerus*, *Henr. Cocceius*, *Zegerus Bernh. Espenius*. *Mich. Henr. Griebnerus*, *Ferd. Christoph. Harprechtus*, *Io. Gottlieb Heineccius*, *Io. Nic. Hertius*, *Christianus Godofr. Hoffmannus*, *Andr. Homborgius*, *Ioach. Hoppius*, *Casp. Henr. Hornius*, *Io. Paulus Kressius*, *Augustinus Leyserus*, *Io. Petrus Ludewigius*, *Ge. Melch. Ludolfus*, *Io. Frid. Ludouici*, *Nic. Christoph. Lynckerus*, *Luderus Menckenius*, *Gerh. Noodt*, *Euerhardus Otto*, *Alex. Arn. Pagenstecherus*, *Gabr. Schwederus*, *Sam. Stryckius*, *Gottlieb Gerh. Titius*, *Io. Balth. Wernherus*; MEDICI: *Mich. Alberti*, *Bern. Albinus*, *Io. Gottfr. Bergerus*, *Godofr. Bidloo*, *Rich. Blackmorius*, *Herm. Boerhaui-*

(q) Archiepiscopus Cantuarienfis.

(*) Vides, Lector, hos theologos Pontificios omnes esse Gallos. Scilicet extra Galliam paucos habet haec ecclesia theologos eruditione non vulgari conspicuos.

hauius, *Io. Bohnius*, *Elias Camerarius*, *Io. Freindius*, *Laur. Heisterus*, *Frid. Hoffmannus*, *Io. Maria Lancisius*, *Io. Bapt. Morgagnius*, *Archibaldus Pitkarnius*, *Bernardinus Ramazzinus*, *Frid. Ruyschuis*, *Gunth. Christ. Schelhammerus*, *Lucas Schroeckius*, *Ge. Ern. Stahlius*, *Ios. Pittonus Turnefortius*, *Seb. Vaillant*, *Mich. Berh. Valentinus*, *Ant. Vallisnerius*, *Christ.* et *Abr. Vaterus*, *Phil. Verheynius*, *Wilh. Huldericus Waldschmidius*, *Ge. Wolfg. Wedelius*; PHILOSOPHI: *Ruardus Andala*, *Claudius Buffierius*, *Ge. Bernh. Bulfingerus*, *Tho. Burnetius*, *Ge. Cheynaeus*, *Io.* et *Sam. Clarkii*, *fratres*, *Io. Petrus Crosa*, *Wilh. Derhamus*, *Iac. Wilh. Feuerlinus*, *Frid. Genzkenius*, *Nic. Hier. Gundlingius*, *Nic. Hartsoekerus*, *Edm. Purchotius*, *Io. Raphsonus*, *Andr. Rudigerus*, *Io. Iac. Syrbius*, *Lud. Phil. Thummigius*; HISTORICI. *Io. Aymonius*, *Iac.* et *Hen.* et *Sam. Basnagii*, *Henr. Bunauius*, *Gilb. Burnetus*. *Gabr. Daniel*, *Io. Ge. Eccardus*, *Io. Alb. Fabricius*, *Claud. Fleury*, *Iac. Paulus Gundlinglus*, *Sim. Frid. Hahnius*, *Io. Mich. Heineccius*, *Io. Hubneri*, pater et filius, *Ge. Christianus Ioannis*, *Andr. Laz*, et *Io. Wilh. Imhofii*, *Io. Dauid Koelerus*, *Is. Larrey*, *Iac. Lenfant*, *Gothofr. Lengnichius*, *Io. Ge. Leuckfeldius*, *Io. Iac. Mascouius*, *Io. Burc. Menckenius*, *Lud. Ant. Muratorius*, *Franc. Pagius*, *Christianus Franc. Paulini*, *Bernh.* et *Hier. Pezii*, *Io Frid. Pfeffingerus*, *Humfr. Prideaux*, *Iac. Frid. Reimmannus*, *Phil. Iul. Rethmeierus*,

meierus, Tho. Rymerus, Christianus Aug. Saligius, Dion. Sammarthanus, Io. Frid. Schannatus, Iac. Car. Spenerus, Nic. Staphorstius, Burc. Gotth. Struuius, Rapinus Thoyrasius, de la (r) Torre, Mich. Vassorius; MATHEMATICI: Iac. et Io. et Nic. et Dan. Bernullii, Io. Dominicus Cassini, Paulus Matthias Doria, Leonhardus Eulerus, Io. Flamstedius, Dominicus Guilielmus, Edm. Halley, Io. Hermannus, Ferd. Ern. e Comitibus Herberstteiniis, Phil de la Hire, Claud. et Wilh. de l' Isle, Io. Keilius, Iac. Leupoldus, Isaacus Neutonus, Iac. Ozanamus, Io. Polenus, Claud. Rabuel, Olaus Roemerus, Leonh. Christoph. Sturmius, Io. Frid. Weidlerus, Christianus Wolfius; CRITICI: Rich. Bentleius, Henr. Brenckmannus, Corn. van Byncker shoeck, Gottlieb Cortius, Maturinus Veisserius la Croze, Alex. Cuninghamus, Giesb. Cuperus, Io Dauisius, Sigeb. Hauercampus, Franc. Hare, Humfr. Hodius. Io. Hudsonus, Sigm. Reich. Iauchius, Ludolphus Kusterus, Honorius de S. Maria, Gerh. Mastrichtius, Io. Millius, Gottfr. Richterus, Ant. Maria Saluinius, Dan. Wilh. Trillerus, Petrus Wesselingius, Io. Hildebr. Withofius, Tho. Wopkenius; ANTIQVARII; Bened Bacchinius, Anselmus Bandurius, Theofr. Sigefr. Bayerus, Ios. Binghamus,

(r) Huius Historiam belli proximi Hispanici et recensui et compendifeci in *Actis eruditorum* 1722. et 1723. et 1724. et Supplem. T. IX. p. 40.

mus, *Io. Henr. Eggelingius*, *Iustus Fontaninus*, *Nic. Franc. Haymius*, *Io. Harduinus*, *Nic. Kederus*, *Io. Ge. Keyslerus*, *Christianus Sigism. Liebius*, *Scipio Maffeius*, *Iac. Martinus*, *Bernh. Montefalconius*, *Io. Nicolai*, *Phil. a Turre*, *Christianus Schlegelius*, *Io. Car. Schottus*: Philologi: *Io. Henr. Ackerus*, *Iosua* (*) *Barnesius*, *Henr. Bashuysenius*, *Io. Guil. Bergerus*, *Lamb. Bos*, *Io. Frid. Breithaupt*, *Iac. Burckhardus*, *Petrus Burmannus*, *Andr. Dacerius*, *Io. Andr. Danzius*, *Andr. Drackenborchius*, *Car. Andr. Duckerus*, *Ge. Eliesер Edzardus*, *Iac. Elsnerus*, *Iac. Faccicolatus*, *Christianus Falsterus*, *Io. Niccolaus Funccius*, *Ioan. Gagnierius*, *Io. Matthias Gesnerus*, *Iac. Gussetius*, *Herm. Hardtius*, *Theod.* et *Iac. Hasaei*, *Matthaeus Hillerus*, *Io. Henr. Maius* iunior, *Io. Meyerus*, *Dauid Millius*, *Caspar Neumannus*, *Simon Ockley*, *Henr. Opitius*, *Ge. Raphelius*, *Hadr. Relandus*, *Iac. Rhenferdius*, *Io. Henr. Schulzius*, *Abr. Schultensius*, *Io. Conr.* et *Christianus Gottlieb Schwarzii*, *Diet. Stadenius*, *Henr. Bened.* et *Seb. Gothofr. Starckii*, *Io. Christoph. Wolfius*; Poetae: *Ios. Addisonus*, *Io. Besserus*, *Ianus Broukhusius*, *Bartholdus Henr. Brockesius*, *Stephanus Duckius*, *Sal. Fran-*

(*) Fuit extemporalis poëta Graecus: id quod Cuperus docet in *Schelhornii* Amoenit. Hist. eccl. T. II. p. 957.

Franckius, *Claud. Franc. Fraguerius*, *Nicol. Parthenius Giannetasius*. *Ioan Christianus Guntherus*, *Ioan. Christophorus Gottschedius*, *Io. Vlr. Koenigius*, *Hortensius Maurns. Beni. Neukirchius*, *Io. Val. Pietschius*, *Christ. Henr. Postellus*, *Mich. Richey*, *Lucas Rotgansius*, *Dan. Schoenemannus*, *Franc. Aruetus Voltairius*, *Christianus Frid. Weichmannus*, Io. *Christoph. Wenzelius*; MVSICI; *Ioan. Mattheſonius*, *Ge. Phil. Telemannus*.

LXX. Nondum vero nominaui omnes saeculi nostri scriptores, ne celebriores quidem et superioribus haud impares. Horum igitur mentionem cum omittere (*s*) non debeam, eo fine etiam caeteros interseram, vt non solum appareat, iam nouam progeniem coelo demissam esse, quae postea succedat in locum magnorum (*t*) virorum, cuiusque messis

(*s*) Quod si forte plurium optime de literis meritorum merentiumque nomina hic frustra quaesiueris, scias, me peccasse inuitum, cogitesque, tales eo minus iustam habere de facta sibi iniuria querendi causam, quod ipsi eiusmodi exigendo opera, *quae nec Iouis ira nec ignes nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas*, immortalitatis nomina sua commendauerunt. Vsurpare et mihi liceat illud *Hieronymi*, quod in ipsius Praef. ad Catal. script. eccl. reperitur: *Cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii dispendio suspirabunt.*

(*t*) Inter hos sunt quidam *communes praeceptores*, ii scilicet, a quorum ore pependit magna discentium multitudo, quae et sequitur eorum opiniones et propagat,

messis nunc in herba sit, futura, si vita et occasio suppeditauerit, laetissima, verum etiam vt manifestum fiat, vsque adeo magnum his temporibus esse prouentum *scribentium*, vt desiderari haud insciteque queat nouus orbis *legentium*. Nam nec hi, quos producturus sum, sunt ii omnes, quorum scriptis prela fervent, sed satis certa coniectura assequor, me, cum perfunctoria industria collegerim nostrae huius aetatis scriptores, aeque magnum vel etiam maiorem scribentium (*u*) numerum praetermisisse. Nec vero omnes nostri scriptores eiusdem sunt pretii, sed diuidi possunt atque adeo debent in *primanos*, *secundanos*, ac *tertianos*. *Primanos* voco, qui ingenio iudicioque florentissimi ex sua ipsorum penu proferunt et nouas magni momenti veritates et inveteratorum errorum detectiones. *Secundani* mihi sunt, qui magno, sed non maximo iudicio et ingenio praediti summa literas tractant industria, et ex primanorum fontibus hausta diser-

pagat, e g. *Thomasius*, *Budaeus*, *Sturmius*, *Struckius*, *Wedelius*, *Hoffmannus*, *Stahlius*, *Schurzfleischius*, *Wolfius*. *Weisius*, *Hübnerus*.

(*u*) Carolus M. apud *Monachum S. Galli* in *Vita Caroli M. lib. I. cap. 8.* hoc edebat votum: *O vtinam haberem duodecim clericos ita doctos, vt fuerunt Hieronymus et Augustinus!* Nostro si saeculo viuere contigisset magno illi Principi, non duodecim, sed centum Augustino pares atque Hieronymo facile videre potuisset.

diserte et concinne ad alios deriuant. *Tertiani* denique sunt, qui ne secundanos quidem iudicio et ingenio et industria aequantes, vulgares doctrinas propagant ac defendunt, tironibus, quam doctis, vtiliores, ac *descriptores* verius vocandi, quam *scriptores*. Vt exemplum cuiusque classis ne desit, inter primanos nuper nostra Germania habuit *Thomasium*, inter secundanos, eosque praestantissimos, *Buddeum*, inter tertianos *Mirum*. Caeteros, qui mox sequuntur, suae quemque (*x*) tribui adscribet, cuius incorruptum est iudicium, posteritas.

LXXI. Supersunt igitur e saeculi nostri scriptoribus *Casp. Abelius*, *Io. Ge. Abichtius*, *Leon. Adami*, *Matth. Aegyptius*, *Franc. Alb. Aepinus*, *Ge. Andr. Agricola*, *Petrus Ahlwardtus*, *Io.* et *Paulus Mart. Alberti*, *Bern. Sigf. Albinus*, *Io. Wilh.* et *Io. Georg. Albrecht*, *Dauid. Algouerus*, *Theod. Ianf. Almelouenius*, *Petrus Almeida*, *Hier. Alphenius*, *Io. Ge. Altmannus*, *Gabr. Aluarez*, *Benedictus* (*) *Ambarach*, *Eusebius Amortius*, *Christoph. Henr. Amthor*, *Car. Ancillonius*, *Ioan.* et *Iac. Anderfoni*, *S. Andreae*,

(*x*) Separatus tamen locus erit assignandus ingeniis delirantibus, de quibus nonnihil dixi in *Actis Philos.* T. III. p. 820 sq.

(*) Hic natus in Phoenice, mortuus Romae 1748. Vita eius in *Journ. des Savans* 1745. P. I. p. 99. sqq. et Götting. gel. Zeitung. 1745. p. 170. sqq.

dreae', Caſtus Innocens Anſaldus, Paulus Antonius, Sigism. Iac. Apinus, Car. Arndius, Henr. Corn. Arend, Argens, marchio, Franc. Ariſius, Ge. d' Arnaud, Dan. Henr. Arnoldi, Pet. Frid Arpius, Io. Asgilius, Ioſ. Simon. Aſſemannus, Ioſ et Bened. Aueranii, Dom. Auliſius, Io. Ayalaeus, Ge. Henr. Ayrerus, Chriſtoph. Frid. Ayrmannus, Sal Bachius, Io. Iac. et Io Wilh. et Io. Dauid Baieri, Auguſtinus et Iac. Henr. Balthaſar, Franc Baltus Hartwicus Bambamius, Io. Phil. Baratierius, Io Barbeyracius, Ioſua Barboſa, Io. Con. Barckhuſius, Dan. Eberh. Baringius, Io. Henr Barthius, Wilh. Ern Bartholomaei, Sam Battierius, Gottf. Leonh Baudiſius, Frid. Chriſt. Baumeiſterus, Sigm. Iac. Baumgartenius, Wilh. Baxterus, Iſ. Beauſobrius, Io. Iodocus et Caſp. Achatius et Mich. Beckii, Io. Chriſt. Becmannus, Artur Bedfordius, Conr. Bartholdus Behrens, Adr. et Aug. Beieri, Matth. Belius, Bellegardius, Ioſ. Maria Bellinius, Io. Alb. Bengelius, Io. Henr. Bennerus, Georg. Benſonus, Hen. Lud. Benthemius, Erici et Henr. Benzelii, Ge. Berckelius, Chriſtoph. Henr. Bergerus, Steph. Berglerus, Iac Bernardus, Ad. Berndius, Io. Ad. Bernhardus, Io. Balth. Bernholdus, Io. Fr. et Io. Ge. Bertrami, Gottfr Beſſelius, Guil. Beſtius, Frid. Iac. Beyſchlagius, Io. Bapt. Bianchius, Io. Erdmannus Bieckius, Io. Chriſtianus Biel, Frid. Wilh. et Corn Fr. Ern. Bierlingii, Chriſt. Laur. Bilderbeckius, Eric.

Iul. Bioernerus, *Augustinus Bischoffius*, *Theodor. le Blanc*, *Franc. Blanchinius*, *Christian. Gotth. Blumbergius*, *Io Henr. Bocrisius*, *Io. Iac. Bodmerus*, *Ant Wilh. Boehmius*, *Iustus Christoph.* et *Phil. Lud.* et *Ge. Lud Boehmeri*; *Christian. Frid.* et *Frid. Boernerus*, *Ge. Diet. Bohmius*, *Laur. Bohnerus*, *Aug. Bohsius*, (vulgo *Talander*,) *Io.* et *Lud. Boiuinii*, *Abr. du Bois*, *Ant. Bordazarius*, *Andreas Borrichius*, *Io. Bapt. du Bos*, *Petr. Boschius*, *Bougeant*, *Io. Bouhierius*, *Boulainvillerius*, *Bouquoi. Lud*, *Bourgetus*, *Carolus Boyle*, *Petr. Adolph. Boysenius*, *Rich. Bradley*, *Mich. Christ. Brandenburgius*, *Io. Bapt. Braschius*, *Io. Braunius*, *Io. Gottf. Brendelius*, *Elias Brennerus*, *Enno Rud. Brenneysenius*, *Chr. Breithaupt*, *Io. Iac. Breitingerus*, *Ge. Basil. Brinckmannus*, *Io. Th. Brinius*, *Marianus Brockius*, *Iac. Bruckerus*, *Franc. Ern Brucknnannus*, *Petr. le Brun*, *Christian. Bruningius*, *Io. Sal. Brunquellius*, *Franc. Bruysius*, *Sam. Frid. Bucherus*, *Io. Gottfr.* et *Andr. Elias Buchneri*, *Io. de Buchwalt*, *Christ. Gottl. Buderus*, *Georgius Bullus*, *Io. Lud. Bunemannus*, *Io. Steph. Burgemeisterus*, *Io. Frid. Burgius*, *Io. Phil. Burggrauius*, *Petr. Christoph.* et *Io. Christ. Burgmannus*, *Io. Iac. Burlamaqui*, *Petr. Burmannus* iunior, *Petr. Buschius*, *Casp. Bussingius*, *Dan. Sigm. Buttnerus*, *Io. Andreas Butstettus*, *Io. Christ. Buxbaumius*, *Henr. Io. Bytemeisterus*, *Io. Henr. Callenbergius*, *Marius Callinus*, *Archibaldus*

Campbellus, Franc. Dion. Camusatus, Car. Hildebr. Canstenius, Israël Theophilus (antea *Iacob Gottl.*) *Canzius, Dominicus* et *Io. Bapt. Capassi, Claud. Capperonerius, Iac.* et *Paulus Theod. Carpouii, Io. Bened. Carpzouius, Ant. Caruallus de Costa, Io. Frid. Cassebohmius, Io. Phil. Casselius, Rob. Castellus, Adr. Cattenburgius, Dom Catrou, Remigius Ceillerius, Andr. Celsius, Phil. Cersius, Io. Chamberlayne, Eduardus Chandlerus, Armandus de la Chapelle, Henr. Chatelain, Edm Chishullius, Franc. Timoleon Choisi, Mart.* et *Io Mart. Chladenii, Io. Frid. Christius, Wilh. Christ Iustus Chrysander, Thomas Chubbius, Io. Christianus Claprothius, Bened. Clauswizius, Dan. Clement, Dan. Clericus, Io. Christ. Clodius, Sam. Cocceius, Io. Christoph. Colerus, Nic. Coletus. Mich. de Colonia, Franc. Car. Conradus, Dau. Constantius, Io. Bapt. Coraccianus, Darianus Corneius, Adamus Cortreius, Io. Frid. Cotta, Pet. Franc. Courayerius, Io. Vlr. Cramerus, Sam Crellius, Bernh. Seb Cremerus, Th. Crenius, Io. Marius Crescimbenus, Creuierius, Gerh. Croesius, Christ. Aug.* et *Magnus* et *Theod. Crusii, Rich. Cumberlandus, Lucas Cuperus, Petr. Custantius, Io. Cyprianus, Dau. Czuittingerus, Nic. Cyrillius, Ge. Christoph. Dachselius, Io. Dartius, Theod. Dassouius, Io. Phil. Dattius, Patricius Delamy, Franc. Deseine, Bernh. Desrantius, Des Maizeaux, Franc. Seraphinus Regnerius Desmarais, Ge.* et *Ge. Christoph. Dethardingius, Wilh. Deurhosius,*

Herm. Deusingius, Gottf. Dewerdeckius, Io. Augusti. Dietelmairius, Io Diecmannus, Io. Iac. Dillenius, Io. Conr. Dippelius, Iust. Christoph. Dithmarus, Humfr. Dittonus, Io. Aex. Doederlinius, Io. Ge. Doehlerus, Io. Gabr. Doppelmayerus, Io. Doppertus, Andr. Iul. Dornmeierus, Io. Christoph. Dornius, Ge. Clem. Draudius, Io. Driebergius, Gerh. Corn. Drieschius, Ant. Driessenius, Iac Duchatius, Raym. Duellius, Iac. Duglasius, Gabr. Dumontius, Dan. Duncanus, Dauid et *Vrsinus Durandi, Io. Ge. Duvernoy, Christianns Ebelingius, Adamus Ebertus, Iac.* et *Laur. Echardi, Tob. Eckhardus, Conr. Eckius, Seb. Edzardus, Io. Aug. Egenolfus, Andr.* et *Bonif. Henr. Ehrenbergeri, Ge. Christ. Eilmarus, Io. Iustus Einemius, Io Balth. Elendius, Rich Ellysius, Io. Herm. Elswichius, Io. Rud. Engau, Io. Wilh. Engelbrecht, Henr. Ascanius* et *Herm. Christoph. Engelkenii, Car. Gottfr Engelschallius, Io Ensius, Christ. Henr. Erndtelius, Io. Henr. et Io Aug. Ernesti, Andr. Christ. Eschenbachius, Balth. Frid. Eskuchius, Io. Ge. Estor, Mich. Ern. Ettmullerus, Felix Euelius, Wilh. Ern. Ewaldus, Christ. Wilh. Eybenius, Elias Mart. Eyringius, Io. Andr. Fabricius, Io. Iust. Fahsius, Germanus de la Faille, Dau. Fasmannus, Hier. Feiioo, Alb. Feldenius, Ioach. Frid. Fellerus, Franc. de Salignac Fenelonius, Io. Ferreras, Christ.* et *Christ. Io. Feustelii, Io. Henr. Feustkingius, Io. Iac. Fickius, Christ. Mich. Fischbeckius, Erdm. Rud.*

Rud. Fiſcherus, *Lud. Melch. Fiſchlinus*, *Io. Laur. Fleiſcherus*, *Spiritus Flechierius*, *Guil. Fleetwodus*, *Io. Adamus Fleſſa*, *Mich. Foertſchius*, *Bern. Fontenellius*, *Io. Henr. Foppius*, *Io. Foſterus*, *Iac. Aug. Franckenſteinius*, *Bern.* et *Dan.* et *Gotth. Aug. Franckii*, *Langletus Fresnoius*, *Hier. Freyerus*, *Io. Anaſtaſius Freylingshauſenius*, *Frid. Gotth. Freytagius*, *Elias* et *Io. Ge.* et *Alb. Frickii*, *Io. Friderici*, *Io. Leonh. Friſchius*, *Mart. Friſius*, *Io. Nic. Frobeſius*, *Io. Adolphus Frohnius*, *Io. Caſp. Funccius*, *Steph. Furmontius*, *Car. Wilh. Gaertnerus*, *Ant. Gallandus*, *Ambroſ. Gardeboſcius*, *Pius Nic. Garellus*, *Franc. Gaſtrelius*. *Ant. Gauinus*, *Io. Gauppius*, *H. Gautierius*, *Brandanus Henr.* et *Io. Lud. Leuinus Gebhardi*, *Ge. Chriſt. Gebauerus*, *Lambertus Gedickius*, *Io. Conr. Geiſthirtius*, *C. F. Gellertius*, *Dominicus Georgius*, *Iac. Frid.* et *Chriſt. Sigism. Georgii*, *Chriſt. Gerberus*, *Dan.* et *Henr. Walth. Gerdeſii*, *Io. Georg. Geretus*, *Ephr.* et *Lud. Gerhardi*, *Barth. Germonius*, *Geruaſius*, *Io.* et *Io. Alb.* et *Io. Iac.* et *Andr. Sam. Gesneri*, *Petr. Giannonius*, *Balth. Gibertus*, *Edm. Gibſonus*, *Hiacynthus Gimma*, *Frid. Gladouius*, *Iuſt. Mart. Glaeſnerus*, *Adamus Frid. Glafey*, *Io. Andr. Gleichius*, *Io. Zach. Gleichmannus*, *Gottfr. Gleitsmannus*, *Io. Wilh. Goebelius*, *Andr. Ottomarus Goelickius*, *Andr. Goepelius*, *Gabr. Wilh. Goettenius*, *Frid. Lebr.* et *Ge. Henr.* et *Io. Chriſt.* et *Zach. Goezii*, *Io. Dan. Gohlius*, *Chrſt. Goldbachius*, *Ge. Lud. Goldnerus*, *Andr. Gordon*, *Ant. Franc. Gorius*,

Frid. Gotth. Gotterus, *Gottfr. Gottschlingius*, *Io. Ern. Grabius*, *Io Grammius*. *Guido Grandi*, *Guil. Iac. Grauesandius*, *Ignatius Hyacinthus Amatus Grauesonius*, *Ianus Vinc. Grauina*, *Io. Gottfr. Gregorii*, (vulgo *Meliſſantes*.) *Auguſtin.* et *Io. Henr. Griſchouii*, *Io. Auguſtin. Groebelius*, *Gabr. Groddeckius*, *Abr. Gronouius*, *Ignatius Gröppius*, *Sam. Groſſerus*, *Io. Dan. Gruberus*, *Mart. Grulichius*, *Io. Ern. Grundlerus*, *Chriſt. Grundmannus*, *Io. Frid. Grunerus*, *Chriſt. Vlr. Grupius*, *Henr. Phil. Gudenius*, *Val. Ferd. Gudenus*, *Io. Guntherus*, *Io. Mich. Gutbierius*, *Nic. Haaſius*, *Laur.* et *Io. Georg. Hagemanni*, *Io. Caſp. Hagenbuchius*, *Herm. Ioach. Hahnius*, *Io. Bapt. Haldius*, *Frid. Andr. Halbauerus*, *Alb. Hallerus*, *Io. Ge. Hamannus*, *Ge. Alb.* et *Ge. Erh.* et *Laur. Andr. Hambergeri*, *Mart.* et *Gottfr. Beni Hanckii*, *Phil. Frid. Hanius*, *Io. Lud. Hannemannus*, *Mich. Gottl. Hanſchius*, *Petr. Hanſenius*, *Marcus Hanſzius*, *Eilhardus Folcarthus Harckenrothius*, *Io. Chriſtoph. Harenbergius*, *Io. Adolphus Hartmannus*, *Io. Mathias Haſius*, *Eberh. Dau. Hauberus*, *Chriſtoph. Hauptius*, *Chriſt. Aug. Hauſenius* vterque, *Tho. Hearnius*, *Io. Chriſt.* et *Io. Ern. Hebenſtreitii*, *Gottfr.* et *Chriſt. Hechtius*, *Phil. Hecquetus*, *Beni. Hederichius*, *Io. Heimreichius*, *Henr. Heiſſenius*, *Io. Laur. Helbigius*, *Io. Henr. Helcherus*, *Tib. Hemſterhuſius*, *Io. Frid. Henckelius*, *Henr. Henninges*, *Matthaeus Henry*, *Car. Guſt. Heraeus*,

raeus, Leonh. Dan. Herrmannus, Io. Dan. Herrenschmidius, Io. Frid. Hertelius, Io. Henr. Heucherus, Ge. Frid. Heupelius, Io. Mich. Heusingerus, Io. Heynius, Henr. Hildebrandus, Io. Gottl. Hillingerus, Paul. Christ. et Sim. Paul. Hilscheri, Beni. Hoadlius, Andr. Adam. Hochstetter, Io. Lud. Hockerus, Io. Conr. Steph. Hoellingius, Ge. Paul. Hoennius, Paul. Christoph. Hoepfnerus, Gottfr. et Io Maur. et Adolphus Frid. Io. et With. et Car. Gottl. Hoffmanni, Dan. Frid. Hoheiselius, Andr. Hoierus, Lud. Holbergius, Dau. Hollatius, Sam. Christ. Hollmannus, Io. Frid. Hombergius, Io. Christ. Hommelius, Taco Haio et Io. Honerti, Baro Hontanus, Io. Ge. Hoobhanius, Dau. Hoogstratanus, Guil. Hooperus, Io. Gottl. Hornius, Petrus Horreborwius, Petr. Horreus, Io. Iac. et Io. Henr. Hottingeri, Io. Dan. von Houen, Zach. et Io. Iacobus Huberus, Philibertus Hueberus, Io. Iac. Huldricus, Christ. Frid. Hunoldus, (vulgo Menantes) Franc et Tho Hutchinsoni, Casp. Iac. Huthius, Henr. Huyssenius, Dan Ern. et Paulus Ern. et Io. Theod Iablonskii, Petr. Iaenichius, Frid. Iannetius, Iosephus Aurelius de Ianuario, Dan. Frid. Ianus, Is. Iaquelot, Steph. Iauorskius, Io. Adamus Ickstatt, Samuel Iebbius, Gottlob Frid. et Gottlob Aug. Ienichii, Io. Iensius, Conr. Ikenius, Io. Ge. Iochius, To. et Rich. Iohnsonus, Christianus Gottliebius Ioecherus, Petrus Iocurtius, Car. Steph. Iordanus, Paulinus a S.

Iosepho, *Wilh. Irhouius*, *Iac. Christoph. Iselius*, *Iosephus de l' Isle*, *Christian.* et *Ioannes Iunckeci*, *Engelbertus Kaempferus*, *Ioan.* et *Wig. Kahleri*, *Lud. Mart. Kahlius*, *Io. Kanoldus*, *Io. Erh. Kappius*, *Bernh. Pet. Karlius*, *Io. Wenc. Kaschubius*, *Ge. Iac. Kehrius*, *Wilh. Andr. Kellnerus*, *Diet. Herm. Kemmerichius*, *Frid. Ern.* et *Frid. Gottlob. Kettneri*, *Henr. Ern.* et *Christ. Wilh. Kestneri*, *Io Rud. Kieslingius*, *Io. Henr. Kinderuaterus*, *Guil.* et *Petr. Kingii*, *Io. Wilh. Kippingius*, *Christfr. Kirchius*, *Ge. Guil. Kirchmaierus*, *Io. Christ. Kirchmeierus*, *Henr. Klausingius*, *Io. Klesecherus*, *Io. Christ. Klemmius*, *F. G. Klopstockius*, *Io. Christ.* et *Christ. Gottl.* et *Corn. Diet.* et *Iac Kochii*, *Io. Christoph. Koecherus*, *Sam. Koeleserius*, *Henr. Koehlerus*, *Val. Koenigius*, *Andr. Lud. Koenigsmannus*, *Dau. Henr. Koepkenius*, *Balth. Koepkius*, *Nic. Koeppenius*, *Christ. Koerberus*, *Io. Pet.* et *Fr. Theod. Kohlii*, *Gottfr. Kohlreifius*, *Ionas Korte*, *Sebast.* et *Christ. Kortholti*, *Ren. Andr. Kortumius*, *Alb. Ioach. Krackewizius*, *Io. Melch.* et *Ge. Wolfg.* et *Frid. Wilh. Kraftii*, *Gottlob Kranzius*, *Io. Gottl. Krausius*, *Ge. Nic. Krigkius*, *Io. Abr.* et *Io. Henr. Kromayeri*, *Christ.* et *Car. Fria. Krumbholzii*, *Io. Christ. Krusikius*, *Ioan. Phil. Kuchenbeckerus*, *Io. Basil. Kuchelbeckerus*, *Andr. Kunadus*, *Io. Gottfr. Lackemacherus*. *Ad. Henr. Lackemannus*, *Iab. Laderchius*, *Bern. Andr. Lama*, *Lamberti*, *Bernh.* et *Franc.* et *Guil.* et

Io.

Io. Lamii, *Frid. Adolph. Lampius*, *Greg. Langemackius*, *Christian. Langhansins*, *Io. Mich.* et *Io. Christ.* et *Gottfr.* et *Io. Ioach.* et *Car. Henr. Langii*, *Ioseph. Lanzonus*, *Nathan. Lardnerus*, *Eman. Larramendius*, *Ign Laubrusselius*, *Eusebius Iac. Laurierius*, *Dominicus Lazzarinus*, *Io. Henr. Lederlinus*, *Frid Leenhofius*, *Ant. Leuwenhoeckius*, *Io. Christ.* et *Io. Iac.* et *Petr. Vmbr. Lebmanni*, *Io Henr. Leichtius*, *Rosin Lentilius*, *Io. Dau. Leonhardus*, *Achilles Dan.* (y) *Leopoldus*, *Christ Pol Leporinus*, *Frid. Christ. Lesserus*, *Christ. Leonh. Leuchtius*, *Io. Ge. Leutmannus*, *Io. Lewis*, *Meleh. Leydeckerus*, *Polyc. Leyserus*, *Ferd. Helfr.* (z) *Lichtscheid*, *Io Ge. Liebknecht*, *Mich. Lilienthalius*, *H. P. de Limiers*, *Io. Lud. Lindhammerus*, *Herm. Vlr. Lingenius*, *Car. Linnaeus*, *Seuerinus Lintrupius*, *Io. Christoph. Lischwizius*, *Io. Wilh Lithius*, *Eugenius Gerh. Lobius*, *Hier. Lobo*, *Mich. Frid. Lochnerus*, *Christ.* et *Christoph. Wilh.* et *Em. Christ. Loeberi*, *Frid. Sim. Loeslerus*, *Io. Christ. Loersius*, *Io. Casp.* et *Mart. Gotth. Loescheri*, *Gottfr. Lomerus*, *Iac. le Long*, *Iac. Longeualius*, *Io. Dan. Longolius*, *Io. Iust. Losius*, *Io. Georg.*

(y) Doctus caecus. Vid. Poecile T. I. p. 162. 191. 231. De eodem vid. *Kohlii* Noua literaria a. 1734. p. 776 et 825. itemque *Strodtmanni* Historia literatorum nunc viuentium P. IX. p. 175. sqq.

(z) Vita eius vid. in *Coleri* Biblioth. Theol. T. VI. p. 1103. sq.

Georg. Lotterus, *Moſes Lowmannus*, *Frid. Lucae*, *Gottfr. Ludouici*, *Chriſt. Ludwig*, *Io. Ia. Lungershauſius*, *Io. Chriſt. Lunigius*, *Franc. Iul. Lutkenius*, *Pol. Lyſerus*, *Henr. Lyſius*, *Tho. Madoxius*, *Mahiſius*, *Greg. Maianſius*, *Dan. Maichelius*, *Io. Burc. Maius*, *Mich. Maittairius*, *Euſtach. Manfredus*, *Io. Iac. Mangetus*, *Io. Marangonus*, *Alex. Marcellus*, *Alex. Marchettius*, *Proſper Marchandus*, *Ieremias Marcklandus*, *Franc. Marianus*, *Bernh. Walth.* et *Paul. Iac. Marpergeri*, Comes (ω) *Marſiglius*, *Edmund. Martenius*, *Aug. Bruzenius de la Martiniere*, *Mart. Martinez*, *Dau.* et *Eman.* et *Iac. Martini*, *Iac. Marſoullierius*, *Henr. Maſcampius*, *Gottf. Maſcouius*, *Hector Gottfr. Maſius*, *Io.* et *Sam. Maſſoni*, *Paul. Aemil. de Mauclere*, *Burc. Dau. Mauchartus*, *Petr. Lud. Maupertius*, *Io. Bapt. Mazinus*, *Rich. Meadius*, *Dauid. Frid. Megerlinus*, *Marcus Meibomius*, *Car. Meichelbeckius*, *Gerh.* et *Ge. Fr.* et *Ioach.* et *Io. Gottfr. Meieri*, *Herm. Adolph. Meinderſius*, *Conr. Mellus*, *Iac. Meltenius*, *Seb. Mellus*, *Fr. Otto Menckenius*, *Balth. Menzerus*, *Fr. Menzius*, *Io. Chriſtoph. Meurerus*, *Io. Gerh. Meuſchenius*, *Io.*

(ω) Hic *Ludouicus Ferdinandus*, *Comes de Marſigli*, extra ordinem nominandus erat. Nam et dux bellicus, et ſcriptor eximiorum operum, et Maecenas ipſo illo vetere Maecenate maior, fuit. Vita eius exſtat in *Act. erud.* 1733. p. 282. ſqq.

Io. et *Leuinus Meyeri*, *Io. Henr.* et *Christ. Bened.* et *Io. Dau.* et *Io. Georgius Michaelis*, *Petr. Ant. Michaelius*, *Petr. Angel. Michelottius*, *Conierius Midletonus*, *Lud Christ. Megius*, *Ioseph. Eman. Miniana*, *Melch. Gottl. Minor*, *Ad. Erdm. Mirus*, *Maxim. Missonius*, *Io.* et *Dan. Guil. Molleri*, *Bern. de la Monnoye*, *Tho. Morganus*, *Ioach. Morgenwegius*, *Io. Iac. Moserus*, *Dion. Mosquera*, *Iust. Christoph. Motschmannus*, *Ant. Hudart. Mottheus*, *Wolter. Moylius*, *Laur.* et *Io. Ioach.* et *Io. Seb.* et *Aug. Frid.* et *Iac. Frid.* et *Io. Henr.* et *Io. Sam. Mulleri Christ. Mundenius*, *Guil. Musgrauius*, *Mart. Musgius*, *Petr. Muschenbroeckius*, *Guil. Muylenius*, *W. G. Muysius*, *Io. Christoph.* et *Io. Henr. Mylii*, *Io. Andr. Mich. Nagelius*, *Phil. Naudaeus*, *Petr. Needhamus*, *Ioach. Negelein*, *Salomo Negri*, *Christ. Nettelbladtius*, *Dau. Nerreterus*, *Io. Christ Neu*, *Ern. Frid. Neubauerus*, *Frid. Christ Neuburius*, *Io. Iac. Neuholdus*, *Io. Ge. Neukirchius*. *Capp Neumannus* iunior, *Erdm. Neumeisterus*, *Henr. Ge. Neussius*, *Io. Car. Newenius*, *Io. Nicastrius*, *Io. Petr. Niceronius*, *Guil. Nicolsonus*, *Io. Barth. Niemeierus*, *Bern. Nieuwentytius*, *Ge. Nitschius*, *Iac. Frid.* et *Io. Arn.* et *Rud. Aug. Noltenii*, *Nic. Nonnenius*, *Norbert.* Capocinus, *Georg. Andr. Nordbergius*, *Nic. Nurrius*, *Io. Phil. Odemius*, *Ge. Lud. Oederus*, *Io. Oldermannus*, *Io. Gottfr.* et *Io. Gottl.* et *Io. Christoph. Olearii*, *Oliuetus*, *Claud. Matth. Olivierius*, *Magn. Dan. Omeisius*, *Ioach.*

Ioach. Oporinus, *Io. Ern. Elias Orfyraeus*, *Peregrin. Ant. Orlandus*, *Ioſ. Aug. Orſi*, *Io. Chriſtoph. Ortlobius*, *Aluar. Nouia Oſorius*, *Io. Frid. Oſterwaldus*, *Franc. Maria Ottierius*, *Io Bapt. Ottius*, *Franc. Oudendorpius*, *Caſim Oudinus*, *Gerh. Outhouius*, *Io. Outreinius*, *Io Frid Guil. Pagenſtecherus*, *Io. Ge. Palmius*, *Io. Phil. Palthenius*, *Ericus Pontoppidanus*, *Nic. Comnenus Papadopolus*, *Phil. Papillonius*, *Iſ. Papinus*, *Pet. Sigiſ. Papius*, *Damianus* (z) *Paraſceuas*, *Ge. Paſchius*, *Petr. Maria*, *Paſſerinus*, *Paul. Pater*, *Io. Corn. de Pauw*, *Franc. Peckius*, *Paul. Pedruſius*, *Caeſar Pegorius*, *Pellotierius*, *Io. Frid. Pentherus*, *Em. Pereira*, *Io. Georg. Pertſchius*, *Paul. Pomianus Peſarouius*, *Frid. Vlr.* et *Frid. Wilh. Peſtelii*, *Io. Wilh. Peterſenius*, *Car. Frid. Pezoldus*, *Tob. Pfannerus*, *Ge. Vlich. Pfefferkornius*, *Dan. Pfeffingerus*, *Io. Gottl. Pfeiferus*, *Car. Irenaeus Chaſtel. de St. Pierre*, *Henr. Pippingius*, *Homobonus Piſo*, *Ge. Tob.* et *Wilh. Frid. Piſtorii*, *Sam. Pitiſcus*, *Io. Andr. Planerus*, *Iac. Plantierius*, *Chriſt. Frid. Plathnerus*, *Io. Zach. Platnerus*, *Petr. Poiretus*, *Io. Polenus*, *Alex. Politus*, *Alex. Pope*, *Car. Porreus*, *Io. Caſp. Poſnerus*, *Io. Potterus*, *Ephr. Praetorius*, *Io. Henr. Pratjius*, *Ge. Conr.* et *Io. Vlr. Pregizeri*, *Wolfg. Caſp. Prinzius*, *Imman. Proeleu* et *Frider. Eſaias Eſaias Puſendorfii*.

Abr.

(z) Sinopenſis: quae et Diogenis Cynici fuit patria.

Abr. Punglerus, *Christoph. Pylius*, *Io. Iac. Quandtius*, *Iac. Quetifius*, *Iust. Goth.* et *Iust. Gottfr. Kabeneri*, *Ge. Christoph. Ferd. Raesewizius*, *Ge. Mart. Raidelius*, *Andr. Mich. Ramsay*, *Bernh. Raupachius*, *Wilh. Readingius*, *Car. Otto Rechenbergius*. *Io. Leonh. Reckenbergerus*, *Petr. Regis*, *Elias Cayp. Reichardus*, *Tob. Iac. Reinharthus*, *Herm. Sam. Reimarus*, *Henr. Gottl. Reimius*, *Io. Gustauus Reinbeckius*, *Io. Frid.* et *Laur.* et *Mich. Henr.* et *Conr. Frid. Reinhardi*; *Petr. Relandus*, *Eusebius Renaudotius*, *Erh. Reuschius*, *Ier. Frid. Reussius*, *Ant. dos Reys*, *Georg. Henr. Ribouius*, *Christ. Gottl. Riccius*, *Io. Richardsonus*, *Barthol. Christ. Richardus*, *Christ. Frid.* et *Ge. Gottl.* et *Ge. Frid. Richteri*, *Ge. Conr. Riegerus*, *Euchar. Gottl. Rinckius*, *Io. Balth. Ritterus*, *Io. Rizettus*, *Nic. Robinsonus*, *Mich. de la Roche*, *Ioseph. Rodriquez*, *Ge. Paul. Roetenbercius*, *Iul. Bernh. Rohrius*, *Io. Wilh. Rolifius*, *Car. Rollinus*, *Reinh. Henr. Rollius*, *Petr. Roques*, *Io. Gotthelf.* et *Christ. Gottfr. Rosae*, *Mich. Rossalius*, *Io. Car. Rostius*, *Arn. Rotgersius*, *Eberh. Rud. Rothius*, *Frid. Rotscholzius*, *Abr. Ruchatius*, *Olaus Rudbeckius* filius, *Fr. Rudolphi*, *Io. Christoph. Rudigerus*, (vulgo *Clarmundus*,) *Car. de la Rue*, *Petrus Simon Ruhaltus*, *Ruilleus*, *Theodoricus Ruinartus*, *Ge. Burckardus Rumelinus*, *Iustus Wesselus Rumpaeus*, *Io. Reinh. Rusius*, *Mich. Christianus Rusmeierus*, *Andreas Rydelius*, *Io. Iac. Ryssélius*,

lius, Aug. Frid. Wilh. Sackius, Ludouicus Salazarius, Georgius Sale, Albertus Henricus Sallengrius, Franc. Salmonius, Ioannes Salzmannus, Bernhardus Sandenius, Rob. Sanderſonus, Theod. Santuortius, Ioannes Sartorius, Nic. Saunderſonus, Ioſ. Ant. et *Chriſtophorus Saxii, Carolus Schaafius, Io. Mart Schamelius, Henricus Scharbau, Gottfr. Balth. Scharfius, Io. Iac. Schatzius, Io. Gottfr. Schaumburgius, Chriſtoph. Steph. Scheffelius, Chriſtianus Ludouicus Scheidius, Io. Ge. Schelhornius, Io. Tilem. Schenkius, Io. Dan. Schieferdeckerus, Io. Ge. Scherzius Io Iac.* et *Io. Caſp. Scheuzerus, Iulius Carolus Schlaegerus, Chriſtianus Ludouicus Schlichterus, Io. Iac. Schmaſius, Mart. Schmeizelius, Sigism. Schmiderus, Io. Henr.* et *Frid. Chriſtoph. Schminckii, Bened.* et *Frant. Schmirii, Beni. Schmolckius, Io. Fridem.* et *Dan. Schneideri, Chriſtoph. Wilh. Schneierus, Io. Dan. Schoepflinus, Chriſtianus Schoetgenius, Henr. Scholzius, Ionas Conradus et Ioannes Henric. Schrammii. Io Dau. Schreberus, Io. Frid.* et *Ge. Chriſtoph. Schreiberi, Io. Frid.* et *Io. Ioach. Schroederi, Ge. Frid. Schroeerus Io. Ern. Schubertus, Sum Schuckfordus, Ioannes Iacobus Schudtius, Ant. Schultingius, Io Schulzius, Henr. Aug. Schumacherus, Io. Gottfr. Schupartus, Mart. Schurigius, Henr. Leonh. Schurzfleiſchius, Frid. Wilh.* et *Otto Frid. Schuzii, Phil. Balth. Schuzius,* (dictus *Sinoldus,*) *Gottfr. Schwarzius, Io. Vlr. Schwenzelius, Herm. Schynius, Io. Henr.*

Henr. Seelenius, *Io. Andreas Segnerus*, *Christoph. Matth. Seidelius*, *Io. Christianus Seizius*, *Theod.* et *Gottfr. Sellius*, *Deodatus Semius*, *Henr. Christianus Senckenbergius*, *Ge. Serpilius*, *Iac. Hyacinthus Serrius*, *Thomas Shaw*, *Wilh.* et *Tho. Sherlokii*, *Vrb. Gottfr. Siberus*, *Henr. Iac. Sieverſius*, *Chriſtianus Ern. Simonetti*, *Io. Simonis*, *Io. Phil.* et *Gottlieb Sleuogtii* (*) *Sloanius*, *Rich. Smalbrokius*, *Dau. Solbrigius*, *Io. Bapt. Sollerius*, *Fr. Wilh. Sommerus* ſiue *Sommersbergius*, *Steph. Soucietus*, *Moſes du Soul* ſiue *Solanus*, *Eman. Caietanus Souſa*, *Io. Sparwenfeldius*, *Otto Sperlingius*, *Iac. Staalkopfius*, *Th. Stackhuſius*, *Ioannes Fridericus Stapferus*, *Io. Frid.* et *Caſp. Henricus* et *Chriſtophorus Starkii*, *Richardus Steelius*, *Io. Adamus Steinmetzius*, *Io. Chriſtianus Stemlerus*, *Io. Stevenſius*, *Ant. Steyererus*, *Io. Balth. Adolphus Steinwehrius*, *Io. Steenbuchius*, *Io. Engelhardus Steuberus*, *Georg* et *Frid. Stieberus*, *Chriſtianus Stieffius*, *Andreas Anton Stiernmannus*, *Chriſtian. Stockius*, *Paulus* et *Chriſt. Gottl.* et *Ern. Stockmanni*, *Gottlieb Stollius*, *Io. Storchius*, *Io. Phil. Storrius*, *Phil. Stoſchius*, *Dan. Straehlerus*, *Io. Ant. Strubbergius*,

(*) Nuper praeſes Societ. Regiae ſcient. Londin. Nomen ei eſt *Hans Sloane*. Caue autem *Hans* illud reddas *Ioannes*. Eſt namque nomen Hibernicum (Hibernus autem patria eſt *Sloanius*,) non ſignificans *Ioannem*. Docetur hoc in *Biblioth. Raiſ.* T. III. p. 131.

us, *Dau. Ge. Strubius*, *Frid. Strunzius*, *Frid. Gottl.* et *Io. Iulius Struuii*, *Ioan. Sam. Strykius*, *Io. Strypius*, *Andreas Stubelius*, *Io. Henr. Stuſſius*, *Guil. Surenhuſius*, *Io. Dan. Sucouius*, *Dan. Superuillius*, *Eugenius Petrus Surbeckius*, *Io Swammerdammus*, *Eman. Swedenborgius*, *Ionathan Swiftius*, *Swindenius*, *Steph. Swizerus*, *Emanuel Telleſius de Sylua*, *Petrus Taiſandius*, *Sylueſter Tappius*, *Herm. Frid. Teichmeierus*, *Ant. Teiſſerius*, *Romanus Tellerus*, *Mich. Tellierius*, *Petrus Terpagrius*, *Terraſonus*, *Sam. Chriſtian.* et *Chriſtian Andr. Teuberi*, (*) *Theophanes*, *Gottfr. Thomaſius*, *Gottfr. Tilgnerus*, *Wilh. Tilly*, *Matthaeus Tindalius*, *Aug. Tittelius*, *Nic. Toinardus*, *Io. Tolandus*, *Euſeb. Gonzalez de Torres*, *Tormodus Torfaeus*, *Franc. Tortus*, *Ioſ. Trappius*, *Ioh. Phil. Treiberus*, *Ioach. Trellundius*, *Gottl. Sam. Treuerus*, *Io. Phil. Treunerus*, *Io. Tribbechouius*, *Io. Wolf. Trierius*, *Bernh. Triuiſauus*, *Abr. Trommius*, *Wilh. Turckius*, *A. Turonius*, *Leonhardus Twells*, *Io. Gottfr. Tympius*, *Valentinus du Val*, *Vallemontius*, *Virginius Valſechius*, *Hern. Venema*, *Ge. Venzky*, *Iſaacus Verburgius*, *Io. Melchior Verdrieſius*, *Iac. Vernetus*, *Alb. Meno* et *Phil. Theod. Verpoortenius*, *Renatus Aubertus Vertotius*, *Io. Chriſtoph. Vetterus*, *Zach. Conr.* et *Io. Frid. Vffenbachii*,

(*) Archiepiſcopus Nouogrodenſis.

bachii, *Erdm. Vhsius*, *Alph.* et *Io. Vignolii*, *Ioſ. Franc. Villeforius*, *Ge. Andr. Vinholdus*, *Pet. Franc*, *a conceptione B. Virginis*, *Io. Iac. Vitriarius*, *Campegius* iunior et *Horatius Vitringae*, *Steph. Vitus*, *Chriſtianus Theoph. Vngerus*, *Gottfr. Vockerodtus*, *Io.* et *Franc. Ern.* et *Woldebrandus Voigtius*, *Sam. Vrlſpergerus*, *Theod. Chriſtoph. Vrſinus*, *Io. Ant.* et *Ioſ. Rochus Vulpii*, *Io. Ge. Wachterus*, *Ge. Wadius*, *Chriſtfr. Waechtlerus*, *Andr. Ge. Waehnerus*, *Frid.* et *Gottfr. Wagnerus*, *Io. Frid. Wahlius*, *Io. Ge. Walchius*, *Waleſſius*, *Ge Wallinus*; *Herm.* et *Wilh. Wallius*, *Io. Gottfr.* et *Aug. Frid.* et *Franc. Vlr.* et *Henr. Andr.* et *Io. Georg.* et *Sam. Waltheri*, *Wilh. Warburtonus*, *Io. Wardus*, *Ioſephus Waſſius*, *Dan. Waterlandus*, *Iſaacus Wattſius*, *Andr.* et *Imm. Weberus*, *Io. Adolphus Wedelius*, *Ioach.* et *Ioach. Sam. Weickmanni*, *Chriſt. Weidlingius*, *I. Ioach. Weidnerus*, *Io. Mich. Weinrichius*, *Ieſ. Frid. Weiſſenbornius*, *Chriſt. Weiſius*, *Eduardus Weltſius*, *Io. Chriſtoph. Wendlerus*, *Paulus Gottliebius Werlhofius*, *Dan. Gottfr. Wernerus*, *Arn. Weſenfeldius*, *Io. Weſſelius*, *Io. Ortwinus Weſtenbergius*, *Io. Caſp.* et *Ern. Ioach.* et *Ge. Weſtphalii*, *Io. Iac. Wetſtenius*, *Io. Caſp Wezelius*, *Guil. Whiſtonus*, *Io. Chriſtophorus Wichmanshauſius*, *Ioannes Bernhardus* et *Frid. Wideburgius*, *Ioan. Henricus Wiglebius*, *Chriſtianus Wildvogelius*, *Abr. Wielingius*, *Sam. Frid. Willenber-*

gius, *Christ. Frid.* et *Christ. Gotth. Wilschii*, *Henric. Wilsonus*, *Io. Frid.* et *Io. Diet. Winckleri*, *Christ. Ern. a Windheim*, *Io. Iac. Witterus*, *Dan. Wittenbachius*, *Franc. Wockenius*, *Franc. Woergerus*. *Marc. Woeldickius*, *Petrus Wolfartus*, *Io. Henr. Wolfius*, *Wilh. Wollastonus*, *Christoph. Wollius*, *Christoph. Woltereckius*, *Io. Woodwardus*, *Tho. Woolstonus*, *Christianus Wormius*, *Guil. Wottonus*, *Io. Frid. Wucherus*, *Io Wulferus*, *Io. Phil. Wurzelbau*, *Henricus Wyermarsius*, *Ioannes Hieron Zanichellius*, *Augustus Fridericus Zanthierius*, *Otto Phil. Zaunschlifferus*, *Bernh. Zechius*, *Christoph. Henr. Zeibichius*, *Ioan. Conr Zeltnerus*, *Apostolus Zenus*, et eius frater, *Petrus Catharinus Zenus*, *Iacobus Henricus Zerneckius*, *Io. Casp. Zeumerus*, *Bartholdus Ziegenbalgius*, *Io. Wilh. Zieroldus*, *Iac.* et *Io. Liborius Zimmermanni*, *Io. Iac. Zinckius*, *Nicolaus Lud. Zinzendorfius*, Comes, *Io. Henr. Zopfius*, *Petrus Zornius*, *Io. Ehrenfr. Zschakwizius*, *Lotharius Zumbachius*. Ohe, iam satis est. Haud paucos a me omissos esse, (nam conquirendi me capiebat satietas,) scias, lector, et simul cogites, quanto verius nostra, quam(*) Salomonaea, aetas vocari possit polygraphica.

LXXII. Praecipuum vero nostri saeculi decus sunt scriptores purpurati, FRIDERICVS II. Rex(**) Bo-

(*) Cohel. XII. 12.

(**) Huius *Augusti* laudibus maximis nec hoc in genere desunt, neque vnquam deerunt, praecones maximi. Mihi ad fulgoris tanti solem oculos claudere liceat.

Borussiae, CLEMENS (a) XI. et BENEDICTVS (b) XIII. et (*) XIV. Papae, ANNIBAL (c) ALBANVS, CORNELIVS (d) BENTIVOLVS, ANGELVS MARIA, (e)

(a) Huius *Opera omnia* in Germania coniunctim sunt recusa Francofurti 1729. Quae editio recensetur a *Colero Bibl. Theol. T. V p. 399. sqq.* qui et indicat, vbi singulorum Romanae editiones recenseantur in *Act. erud.* Vid. et *Pfaffii* Hist. lit. Theol. T. III. p. 365. Vitam huius Papae literariam exposuit *Lamius* in Memorabilibus doctorum Italorum nostri saec. p. 33. sqq.

(b) Vitam eius exhibet *Lamius* in Memorabilibus modo laudatis p. 1. sqq. Infra c. VII. §. 27. numeratur inter huius saeculi polygraphos.

(*) Huius de beatificatione et canonizatione opus quatuor voluminum recensetur copiose in *Act. erud.* 1740. p. 577. sqq. 1741. p. 12. sqq. et p. 433. sqq. et 1742. p. 154. sqq. Alterum eius opus duorum voluminum de festis, Italico prius, deinde Latino sermone editum describitur in *Act. erud.* 1747. p. 193 et 231. Vid. Alton. Gel. Zeit. 1746. p. 705. sqq. et *Act. erud.* 1749. p. 1. et 1750. p. 97.

(c) Editor operum patrui sui, *Clementis XI.* cuius et *Vitam* composuisse videtur.

(d) Vid. *Act. erud.* 1731. p. 122. et *Bibl. Italique* T. XVII. p. 291. sq. et *Gel. Zeitung.* 1734. p. 923. sq.

(e) Gerit hic nunc praefecturam bibliothecae Vaticanae, cui et suam ipsius bibliothecam copiosissimam insertam voluit. De scriptis eius vid. *Gel. Zeit.* a. 1728. p. 649. et a. 1730. p. 202. itemque *Act. erud.* 1738. p. 603. sq. vbi et eius Vita. Insigne eruditionis eius philologicae specimen sunt Primordia Corcyrae; historicae literariae Hist. lit. Brixiae. Prius opus iterum et quidem cum magna accessione, editum est 1738. Vitam *Quirinus.* ipse suam scripsit copiose, ardens cupiditate incredibili nomen vt suum illustretur et posteritati commendetur.

QVIRINVS, IOSEPHVS MARIA (*f*) THOMASIVS, et IO. BAPTISTA (*g*) TOLOMEVS, HENRICVS (**) BISSY, VINCLVD (***) GOTTIVS, MELCHIOR (*) POLIGNACIVS, Cardinales, IO. NICOLAVS (*h*) MAVROCORDATVS, Princeps Wal. et DEMETR. (*i*) CAN-

(*f*) Vid *Act. erud. Suppl. T. VI.* p. 460. et *Fabricii Bibl. Graec.* T. XIII. p. 749. Eius Elogium historicum se edidisse scribit *Iustus Fontaninus* in Diss. ad Discum votiuum § XVI. p. 48. Eius Operum Romae edendorum primus Tomus prodiit 1741.

(*g*) Eius vita et scripta recensetur *in gelehrten Zeitungen* A. 1728. p. 353 364.

(**) Acerrimi huius *Constitutionis vnigenitus* patroni Vitam et scriptiunculas theologicas exhibet *Papillonius* in Bibliotheca scriptorum Burgundiae.

(***) De hoc vid. *Echardi* Tomus II. de scriptoribus Dominicanis p. 814. et *Lamius* in *Memorabilibus Italorum* T. II P. I. p. 65. sqq. Edidit Theologiae Scholastico dogmaticae Tomos quinque, Colloquiorum theologico polemicorum sex Tomos, de veritate religionis Christianae duos, et librum de vera inter Christianos religione eligenda aduersus Clericum.

(*) Eius Vita in *Act. erud.* 1746. p. 426. De eius *Antilucretio* ibid. 1748. p. 11. sqq.

(*h*) Eius, A. 1730. d. 14. Aug. defuncti, *liber de officiis*, Graece scriptus, posteaque et Latino sermone editus, recensetur in *Act. erud.* a. 1720. p. 385. et a. 1722. p. 331. quo loco etiam patris ipsius, *Alexandri Maurocordati*, qui Imp. Turcici bis fuit Legatus extraordinarius ad Imp. Romanum, scripta commemorantur. De *Ioannis Nicolai* magna linguarum peritia testis est *Fabricius* in dedicatione *Tomi XI.* suae *Bibliothecae Graecae.* Vid. et *Nouellae literariae Saxoniae inferioris* a. 1730. p. 673.

(*i*) Mortuus est a. 1723. d. 21. Aug. Constituerat eum PETRVS I. Directorem Academiae Petropolitanae. Liber eius,

CANTEMIRIVS, Princeps Moldauiae, Comites IOSEPHVS ANDREAS (t) ZALVSKIVS et NIC. LVD. (u) ZINZENDORFIVS.

LXXIII. De hodierno literarum ſtatu in *Eccleſia Graeca* edidit a. 1714. *Alexander Helladius* ſingularem librum. Sed Graeculum hunc egregie eſſe mentitum, non ſolum ex contraria relatione *Turneforti* (k) aliorumque apparet, ſed ſeparatim etiam demonſtrauit (*l*) *Io. Matthias Geſnerus*. Ad hiſtoriam literariam (*ll*) *Iu-*

daeo

eius quem inſcripſit *Syſtema religionis Muhammedanae*, recenſetur a *Fabricio in Luce Euangelii cap.* 25 p. 495. ſq. et in *Actis erud. Suppl.* T. IX. p. 131. Vid. ibidem a. 1729. p. 440. Eius *Hiſtoriae imperii Ottomannici*, Latine ſcriptae, verſio Anglica a. 1734. Gallica 1743. prodiit. Vita eius in *Iournal des Scav.* T. 133. p. 62. ſqq. et in *Nouvelle Biblioth.* T. XVII. p. 36. ſqq. Conf. *Gel. Zeit.* 1737. p. 780. ſqq. Veriſſimam eſſe illam eius faciem, quae praefixa cernitur *Parti CLV. Famae Europaeae*, teſtis eſt quidam, qui ſaepius ipſum vidit, *in den unpartheyiſchen Gedancken über die Iournale p. 232.*

(*t*) Vid. *Nouvelle Bibl. Germ.* T. I. p. 172. ſqq. et *Berlin Biblioth.* T. I. p. 611. ſqq.

(*u*) Nouus Apoſtolus, affectator monarchiae eccleſiaſticae, cometa coelieccleſiaſtici. Vid. *Acta hiſtorico-eccleſi.*

(k) Vid. *Acta erud.* 1719. p. 197. Ibidem p. 201. teſtis ἀυτόπτης refert *Turnefortius*, inter hodiernos Epheſi incolas eſſe neminem tam peritum literarum Graecarum, vt *Pauli* apoſtoli ad Epheſios ſcriptam intelligere valeat Epiſtolam.

(*l*) In Miſcell. Lipſ. T. II. Obſ. 30. et 50.

(*ll*) Hiſtoriam literariam Iudaicam exhibet per ſingula Chriſtiana ſaecula ſeparato in capite *Hottingerus* in ſua Hiſtoria eccleſiaſtica. Compendium hiſtoriae literariae

Iuda-

daeorum quod attinet, praeter eos, quos supra §. XXXV. produximus, inter literatos eius gentis eminent *Abarbanel*, *Abrahamus de Balmes*, *Abendanae* duo, *Menasse ben Israel*, *Iosephus Athias*, *Dauid Ganz*, *Elias Leuita*, *Isaacus Loria*, *Leo Hebraeus*, *Lipmannus*, *Schabtai*: de quibus consulatur *Wolfii Biblioiheca Hebraea*, qui in sua Praefatione (*m*) laudat bibliothecam Iudaicam Hanoueranam Rabbini *Dauidis Oppenheimeri*, quam *vastam* vocat *et incredibili sumtu congestam*. Idem vero Tomo altero suae *Bibliothecae* (*n*) testis est, adeo iacere hodie literarum studia inter Iudaeos, vt ne grammaticam quidem linguae suae calleant. Lectu digna quoque sunt, quae

Iudaicae a Rabbino *Simeone Luzzati* confectum, exhibet *Wolfius* Bibl. Hebr. T. IV. p. 1116 - 1128. Vid. eiusdem Index ad T. IV v. *Academiae*.

(*m*) p. 18. Idem in Tomi tertii Dedicatione scribit, *bibliothecam Oppenheimerianam in toto terrarum orbe inter Iudaeos parem non habere*. Distinctius ea describitur in *Actis historico-ecclesiasticis T. IV. p. 877. sq.*

(*n*) p. 1099. Ex Iudaeus quidam, *Fridericus Christianus Augusti*, Gymnasii Gothani aliquamdiu collega, nunc Pastor ecclesiasticus, a. 1721. e cathedra disputatoria praeside Rectore, *Io. Henr. Stussio*, propugnauit Theses quindecim perbreues *de studiis Iudaeorum hodiernis*, alio tempore vberius illustrandas. Hic naturalem secutus suae nationis amorem id quidem agit, vt studium Iudaeorum hodiernorum praedicet, at pro Christiano tamen candore historiam suam tam incorrupte exponit, vt appareat, alias rei literariae partes frigere in scholis Iudaicis, alias plane esse emortuas, et literatum Iudaeum, cum nugarum tantummodo sit plenus, verae eruditionis vacuus, tamen sibi suisque videri virum sapientissimum maximaque dignum veneratione.

quae ibidem (*o*) de Iudaeor. ingeniis proferuntur: quibuscum consentit iudicium (*p*) *Io. Henr. Maii: In nugis proferendis*, inquientis, *supra quam dici potest foecundum est ingenium Rabbinicum: in rebus alicuius momenti sane quam sterile.*

LXXIV. De *Sinensium* literatura praeclare agit *Renaudotius*, cuius Dissertationem, in Germanicum conuersam sermonem, *Actis Philosophorum* (*q*) inserui et annotationibus passim illustraui. Fuerunt etiam proximis annis tres clarissimi viri, qui magnifice existimarent de Sinensium sapientia. Primus *Bulfingerus* a. 1724. edidit *Specimen doctrinae veterum Sinarum moralis et politicae*, vtramque Sinensium philosophiam mire efferens. Verum facile apparuit erudito illi viro, qui librum hunc in *Actis eruditorum* Germanice scriptis (*r*) recensuit, non habuisse auctorem illum iustas causas tam praeclare sentiendi de sapientia Sinensium practica. Deinde a. 1726. *Christianus Wolfius* Orationem, eamque notis illustratam, euulgauit *de sapientia Sinarum Confuciana* quam eodem anno iterum edidit

(*o*) p. 1095. sq. Conf. *Acta Philos.* T. I. p. 614.

(*p*) Biblioth. MS. Vffenbach. P. I. §. 87. p. 119 Conf. *Rich. Simonii.* T. II. Epist. sel. 27. p. 187 vbi is Rabbinorum scripta, paucissimis exceptis, valde contemnit.

(*q*) Tom. II. p. 717. sqq. Lutetiae quoque paucis abhinc annis *Furmontius* edidit Dissertationem de eruditione Sinensium: Sed eorum duntaxat linguam contemplatur et scripturam, Vid. *Gel. Zeit.* 1723. p. 768. sq.

(*r*) P. CI. p. 350. sqq.

theologus Halensis, *Ioachimus Langius*, vna cum censura accurata tum ipsius Orationis, tum Wolfianarum annotationum. Is vero duo potissimum *Wolfio* vertit vitio, primum, quod historiae Sinensium ex omni parte falsissimae caecam fidem habens, miram prodat et philosopho indignam credulitatem; deinde quod supponens, Sinenses philosophos esse atheos, hoc est, bipedum stultissimos stupidissimosque, iis tamen tribuat summum sapientiae moralis fastigium, suaque principia fateatur consentire cum illis Sinensibus. Denique a. 1727. *Iac. Frid. Reimmannus* ἀνωνύμως edidit *Historiam philosophiae Sinensis* in quatuor plagulis, tertio in capite catalogum scriptorum de ea philosophia exhibens. Nec hic dubitat, quinquae vulgo traduntur de scientia Sinensium siue theoretica siue practica siue effectiua, sint verissima. At suntalii non inferiores iis, quos diximus, qui contraria sentiunt omnia. Praeter eos, quos iam in *Actis Philosophorum* laudaui, in hoc numero est *Sam. Schuckfordus*, qui nuper pronuntiare (*s*) sustinuit, *philosophemata Sinensium hodiernorum esse nugas et naenias pueriles. Confucium* certe non esse philosophatum, adeoque immerito referri inter philosophos, satis manifestum fecit *Moshemius* in Theologia sua (*) morali. Docetur

(*s*) In Praef. ad T. I. *Harmoniae historicae* p. 20. edit. Germ.

(*) T. II. p. 373. sq.

tur item in Historia Acad. Paris. scientiarum anni 1732. copiose, et ingenio et scientiarum cultura Sinenses longe esse inferiores (**) Europaeis. *Baldius* quoque in suae Descriptionis Chinae Tomo tertio, miseram esse omnium disciplinarum conditionem in hoc regno confirmat: cuius narratio breuiter repetitur in *Actis eruditorum* anni 1736. p. 153. sq. Inprimis diligenter et ad fidem faciendam apte de Sinensium sapientia disputat in Historia sua (***) philosophica *Bruckerus*, et *Sueno Bringius* in Disp. *de praerogatiuis imaginariis literarum Chinensium*, recensita in *Nouis literariis Gottingensibus* anni 1748. p. 641. sqq. Speciatim medicam Sinensium scientiam esse pertenuem, agnoscit (*t*) *Leibnitius*, itemque (*u*) *Schelhammerus*. Atheos quoque theoreticos omnino esse Confucianos philosophos, credere debemus *Engelberto* (*x*) *Kaempfero*, qui apud Sinenses fuit ac diu vixit in Iaponia, Sinensemque philosophiam habuit perspectissimam, ac id perscriptum reliquit in sua *Historia Iaponiae*. Magno item studio atheismi reos agit Sinenses scriptor anonymus *Historiae philoso-*

(**) Idem docetur ab alio in *Iourn. des Scav.* 1739. m. Oct. p. 257. et T. 104. p. 510.

(***) Editionis Germ. lib. VI. cap. 2. et Latinae T. V. p. 846. sqq.

(*t*) *Miscell. Leibnit.* p. 212.

(u) Addit. ad *Conringii* Introd. in artem Medicam cap. 6. p 227 sq.

(*x*) Vid. *Biblioth. Angl.* T. XV. p. 69. sqq.

losophiae (*y*) *ethnicae*, a 1724. editae. Denique nec me poenitet suspicionis, in *Actis Philosophorum* (*z*) promtae, eum credebam, *Confucium* (quem *Cooſium* appellant Iaponenſes,) non, vt aiunt, diu ante natum Christum vixisse, sed diu post. Nam eandem sententiam *Conringio* iam in mentem venisse, cognoui ex ipsius *Antiquitatibus* (*a*) *Academicis*. Quid? *Syrbius* (*b*) prorsus suspicatur, *Confucium* illum nunquam in rerum natura exstitisse.

LXXV. *Turcarum Historiam* (*c*) *literariam* edere parabat magnus ille promissor, sed idem haud impar seruandis promissis, si vita suppeditasset, *Georgius Hieronymus Welschius*. Vigere inter Turcas ac laetissime florere literarum omnium studia, persuadere nobis conati sunt *Sam. Schelwigius* in sua *de philosophia Turcica* Oratione, ac *Adamus Eberti* in singulari *de Turcarum hodierna eruditione* Dissertatione. Verum longissime vtrumque aberrasse

(*y*) T. I. p. 16 - 36. Idem studiosissime docet *La Croze* in Biblioth. raiſ. T. XVIII. p. 137 - 139. Conf. *Baelius* Contin. de cometis §. 113. et 154. ac *I. C. Wolfii*, Disp. de atheismi falso suspectis Sect. II. §. 8.

(*z*) Tomi II. p. 727.

(*a*) p. 214.

(*b*) Disp. de orig. atheimi § 20.

(*c*) Mentionem facit huius operis *Schroeckius* in Memoria Welschiana p. 75. Integer vero eius titulus a *Schelhornio* recitatur in Amoen. lit. T. XIII. p. 256.

raſſe a ſcopo ſuo, in *Poecile* (*d*) mea docui, vbi exhibeo perbreuem de eruditione (α) Muhammedanorum hiſtoriam, ſimulque maiorem in modum laetari me profiteor *aurora Muſis amica Conſtantinopoli nuper orta.* Scilicet magnum ibi Maecenatem nactae nuper ſunt literae, IBRAHIMVM, (ſiue *Abrahamum,*) Vezirium magnum, hoc eſt, Imperatoris Turcici praefectum praetorio, qui non defatigatus multis magnisque, quae ſibi obiiciebantur, difficultatibus, tandem artem typographicam induxit non ſolum in vrbem(*) Conſtanti-

(*d*) T. III. p. 295. ſqq. Adiungo nunc teſtimonium legati cuiusdam Gallici, per literas Conſtantinopoli a. 1640. datas docentis, Turcarum eruditionem et in literas meliores amorem eſſe perexiguum, ipſorumque literatos homines nihil habere cognitum praeter *Alcoranum* et Matheſeos Logicaeque nonnihil. Ex hac epiſtola id repetiit *Ericus Mauritius* in Oratione *de origine graduum Academicorum*, *Diſſertationibus Morhofii Academicis* interiecta, p. 208. Vid. et *Iac. Sponii* Itinerarium p. 53. ſq. verſ. Germ. De hodierno literarum ſtatu in regno Turcico inprimis inſpici meretur *Demetrii Cantemirii* Syſtematis religionis Muhammedanae lib. VI. cap. 34-41.

(α) Hiſtoriam literariam Muhammedanorum per ſingula ſaecula Chriſtiana ſeparato in capite exhibet *Hottingerus* in Hiſtoria ſua eccleſiaſtica.

(*) Iam. a. 1576. typographicam officinam Conſtantinopoli habere permiſſum fuit Iudaeis, ſed hac adiecta lege, ne Arabicos libros excuderent. Vid. *Basnagii* Hiſt. Iud lib. IX. cap. 30. §. 6. et *Wolfii* Biblioth. Hebr. T. II. lib. IV. cap. 5. §. 12.

stantinopolim, sed in ipsum Imperatoris (**) palatium, vbi strenue nunc, licet crudeliter exstincto illo patrono, nitidissimis literis libros exprimunt typographi. Primum, qui ex officina hic typographica a. 1728. prodiit, librum recensitum vidimus summa cum voluptate in *Actis* (e) *eruditorum*. Quae ars vbi propagata fuerit in Muhammedanorum Academias, (f) Schirasianam, (g) Fessanam, (α) Maroccen-

(**) Vid. Biblioth. rais. T. VI. p. 234. sqq. et Iourn. des Scav. 1742. P. I. p. 248. seqq. Catalogus librorum in hoc typographeo adhuc excusorum exhibetur *in der Neuen Europaeischen Fama* T. II. p. 90.

(e) A. 1731. p. 115. Vid. et *Biblioth Italique* T. XI. pag. 284.

(f) Schirasii, quae clarissimas inter vrbes est hodiernae Persidis, esse Academiam ex theologis, philosophis, et medicis compositam, quingentos habere solitis discipulos, testis ἀυτόπτης est *Theuenotius* Itiner. P. II. lib III. cap. 2. p. 183. edit. Germ. De introducta saeculo XVI in Persiam typographia vid. *Morerii* Dict. hist. v. *Iacob. Ian.*

(g) Habemus epistolam a. 1541. in ipsa vrbe Fessa (*Fez*) scriptam a *Nic. Clenardo*, in ipsiusque *Epistolis* nonum libri primi locum tenentem, ex quo cognoscimus, literatorum ibi magnam tum fuisse multitudinem, iisque grammaticam fuisse curae cordique; in Alcorano autem fuisse totos, et praeterea iis in libris, qui tractent caerimonias ipsorum religiosas; Dialecticam, Rhetoricam et artes reliquas attingi a paucissimis; poëtis eos abundare, magis tamen veteribus, quam nouis; medicinae conditionem hic esse miserimam, imo risu dignam.

(α) Huius Academiae miseriam paucis describit *Ios. Scaliger* Epist. p. m. 308.

censem, (*h*) Tunetanam, et si quae forte sunt iis aliae, iure sperabimus, omnes literas, etiam religiosas, victa ignorantia victisque erroribus debitum sibi nitorem esse tandem aliquando consecuturas.

LXXVI. De statu rei literariae in regno Indiae *Tunquin* (*) differit *Tauernierius* in Narrationis suae de regno hoc capite nono, adiiciens cap. 10. rei medicae in illo regno conditionem. *Historiam eruditionis Malabaricae* componere in animum induxerat (*i*) *Polycarpus Leyserus*, e numero Professorum Academiae Iuliae praematura morte ereptus. Caeterum eius iam primordia exhibuit in Disputatione a. 1716. edita, in qua pugnat, *originem eruditionis non esse ad Iudaeos, sed ad Indos, referendum.* Etsi enim hoc posterius tam infe-

(*h*) Tuneti, quae vrbis regni Tunetani caput est, omnes coli disciplinas, eadem in Epistola propriis vsus oculis testatur *Clenardus* p 62. Nuper vero *Thomas Shawius*, doctissimus Anglus, in Descriptione sui itineris per regna Algeriense ac Tunetanum T. I. p. 234. sqq docuit, summam nunc esse his in regnis omnium disciplinarum imperitiam. Ac inde refertur breuiter in *Actis erud.* 1744. p. 639. sq. et in *Bibliotheque Brit.* T. XIII. p. 2. sqq.

(*) *Tonkin* et *Tonquin* vocat *Morerius* in Dictionario: vbi Tauernierianae narrationis exhibet epitomen.

(*i*) Ipse id consilium aperit in exordio Dissertationis mox memorandae.

infeliciter (α) demonstrat, vt non sit verendum, ne quenquam noua haec opinio nanciscatur subscriptorem, tamen magna industria collecta exhibet p. 40-56. quae de ingenio literariisque studiis *Malabarum* relata legerat in Halensibus *Relationibus* (k) *nouellis de noua Ecclesia Malabarica*: quarum quae postea sunt editae, facilem praebent occasionem continuationi, si quis telam velit illam pertexere. Recordor quoque, *Theuenotium* in *Itinerario* (l) suo agere de lingua Malabarica, eiusque alphabetum repraesentare Vnius e Missionariis *Io. Ern. Grundleri*, *Narratio de Statu artis Medicae inter gentes Malabaricas* recensetur in *Io. Christoph. Franckii Bibliotheca* (m) *nouissima*, subiuncta hac sententia, illorum arte medica nihil esse indoctius.

(α) Hinc *Huetius* ipsius sententiam explosit in sua *Historia commerciorum veterum*. Quanquam aduersus eum se defendit *Leyserus*, cui tum adhuc placebat *Lyseri* nomen, in *Apparatus literarii Wittebergensis* capite nono

(k) Titulus Germanicus: *Der Koenigl. Dänischen Missionarien Berichte aus Ost-Indien*. Quod opus in Anglicam conuersum linguam recensetur in *Bibliotheque Angloise* T I. et IV. et V.

(l) P. III. lib. 2. cap. 1.

(m) p. 380. sqq.

CAPVT

CAPVT V.

DE FATIS DISCIPLINARVM SIVE DE EARVM ORIGINE ET INCREMENTIS.

Σύνοψις.

De cauſis, cur vel ferueant vel frigeant ſtudia literaria, I. II. III IV. V. *De fatis Matheſeos*, VI. *Grammaticae*, VII. VIII. *Lexicorum*, IX. *Artis criticae*, X. *Artis hermeneuticae*, XI. *Artis oratoriae*, XII. *Artis poëticae*, XIII. *Qui verſus dicantur* rophalici *et* politici, XIV. *Vnde nomen acceperint verſus* Leonini, XV. *item carmina* Madrigalica *et verſus* Alexandrini, XVI. *Hiſtoria Muſicae*, XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. *Scriptores de fatis Philoſophiae*, XXII. *Hiſtoria Logicae*, XXIII - XXIX. *Ethicae*, XXX - XXXVI. *Iurisprudentiae naturalis* XXXVII XLIII. *Hiſtoriae*, XLIV. XLV. XLVI. *Scriptores de fatis ſtudii Genealogici, Geographici, et Heraldici*, XLVII. *Scriptores hiſtoriae Medicinae*, XLVIII. *hiſtoriae Iurisprudentiae ciuilis, tum eccleſiaſticae*, XLIX. *hiſtoria Theologiae*, L. *De deſideratis et cautionibus literariis*, LI. *De neceſſitate et vtilitate literarum in re publica*, LII. LIII. *De fructibus ex literarum reformatione perceptis a rebus publicis Papae ſubiectis*, LIV. LV.

I.

Equidem iam alibi (*a*) non poenitenda videor protuliſſe in medium de origine fatisque

(*a*) *Act. Philoſ.* P. II. cap. 3. item cap. I. §. 18 - 27. et P. IV. cap. I. §. 24 - 28. Inprimis paupertate magi-

tisque disciplinarum. Libet tamen quaedam hic adiungere de generalibus causis, ob quas alias feruent, alias frigent studia literas tractantium: quo facto auctores, qui singularum fata disciplinarum perstrinxerunt, indicabo.

II. Scilicet sunt quaedam studia ita comparata, eorum vt cultura honores vel diuitias pariat, vel saltim careat periculo. Horum incrementa pendent partim ab opportunitate temporis, partim a facultate ingeniorum. Vnde cum *Melanchthon*, communis ille Germanorum magister, Latinae linguae Latinaeque poëseos culturam etiam atque etiam commendabat, summo impetu in eloquentiam ac poësin Romanam ferebantur ingenia maiorum nostrorum. Quod enim probari magnique fieri sentimus ab eo, cuius auctoritas apud nos plurimum valet, id strenue, nisi alia sint impedimento, sequimur, ne ratione quidem recta (*b*) in consilium adhibita. Item ex quo tempore Principes instituerunt praemiisque ornarunt collegia literatorum physica, mathematica, antiquaria, nummaria, insignia ceperunt istae literae

stra stare rem literariam, docui ibidem P. II. cap. 3. §. 7. et in Disp. de paupertate §. 10.: id quod et Buddeus observauit in Diss. de cultura ingenii cap. II. §. 7.

(*b*) Certe sapienter maiores nostri fecissent aetate *Melanchthonis*, si eloquentiae et poësi patriae non minorem nauassent operam, quam Latinae. An enim decebat, barbaros esse in lingua domestica, qui in aliena erant elegantissimi?

terae incrementa. Simul autem Maecenates ceſſant, Virgiliorum quoque prouentus eſt vel nullus, vel admodum tenuis. Opportunitati quoque tribuendum eſt, quod olim in Chaldaea ſtudium florebat maxime aſtronomiae: quod in Graecia libera oratores proueniebant excellentiſſimi; quod patrum noſtrorum memoria Reformati, qui in Gallia erant, theologi theologiam dogmaticam et hiſtoriam eccleſiaſticam prae caeteris theologis eximie excoluerunt; quod hodie in Germania noſtra, et quidem in Academiis Proteſtantium, Ius publicum ſtrenue tractatur; quod alio tempore commentarii in Ariſtotelis libros multi iique eruditi prodierunt in publicum.

III. Quod ad ingeniorum varietatem attinet, illo, quem modo dixi, rerum ſtatu alius laborioſe congerit in vnum volumen, quae diſperſa reperit in ſexcentis veterum recentiorumque libris; alius moralem philoſophiam excolit quaeque ſibi de ea in mentem veniunt, qualicunque obſeruata methodo perſcribit; alius in interiores literarum quarumuis receſſus penetrat, diſciplinamque modo hanc, modo illam perpolit, etc.

IV. At ſunt quaedam ſtudia, quae nec honoribus ciuilibus coluntur, nec idonea ſunt augendae rei familiari, praetereaque odium (c)

(c) Huc pertinent Teſtes veritatis inter ethnicos et Papaeos, quibus ſaepe optabilius fuiſſet, *neſcire literas*, (vid.

ineruditorum, etiam principum, prouocant, ac denique ingenia poſcunt haud vulgaria et induſtriam haud vulgarem. Eorum igitur, qui talia colunt ſtudia, non mirum eſt, ſi ſemper magna ſit paucitas. Facile apparet, haec, quae dixi, conuenire in ſtudium philoſophiae, maximeque in partes eius longe grauiſſimas. Philoſophia enim poſtulat (1) *rarum ingenium*: (2) *raram animi magnitudinem*, vt quis audeat etiam cum periculo ſuo errores oppugnare: (3) *raram* (*d*) *temporum felicitatem*, *vbi ſentire, quae velis, et, quae ſentias, dicere liceat.* Qua de cauſa ſemper erunt philoſophi (*e*) *rari*, et *vix totidem, quot*

Thebarum portae, vel diuitis oſtia Nili.

V. Eae-

(vid. *Suetonius* in Nerone cap. X.) neſcire veritatem. Conf. *Bayle* Dict. v. *Arminus* not. D.

(*d*) *Tacitus* Hiſt. lib. I. cap. I. n. 6. Caeterum neforte quis *Tacito* obiiciat, (id quod fecit *Bierlingius* in Diſp. *de cauſis, cur nonnulli eruditi nihil in lucem emiſerint*; §. XII. p. 22.) neminem poſſe prohiberi, *quae velit ſentire*, ſcias, hoc ſibi velle *Tacitum*, Traiano imperante licuiſſe non ſolum *ſentire, quae velles*, hoc eſt, in colloquiis familiaribus ſuam quamcunque ſententiam expromere, (vid *Taciti* Vita Agricolae cap. II. 3.) ſed etiam permiſſum fuiſſe, *quae, ſentias, dicere*, hoc eſt, publico ſcripto exponere et in vulgus efferre ſuam ſententiam. *Dicere* enim hic eodem ſenſu accipitur, quo in proxima periodo *dicendus*. *Dicendus* autem ibi ponitur pro *hiſtorico in libro commemorandus*.

(*e*) Huc refer illos, qui errores in religione publice recepta proprio acumine mentis perſpiciunt, erutamque veri-

V. Eaedem, odio excepto publico, causae sunt, cur magnorum philologorum rarus sit prouentus. Si enim vnam alteramque professionem Academicam et paucas Gymnasiorum bibliothecarumque praefecturas exceperis, philologos plerosque ars sua vel non alit vel parcissime minusque honeste alit. Fructuosas igitur literas a plerisque anteponi contemtae et famelicae sapientiae philologicae, non est, quod miremur. Fuerunt etiam, qui vt viuere possent et lautius et honestius, in Pontificia castra transierunt, vt *Acidalius*, *Christoph. Colerus*, *Scioppius*, *Holstenius*, *Philippus Caroli*, *Kusterus*, et nouissima aetate Winckelmann.

VI. Venio nunc ad fata singularum disciplinarum, inter quas *Mathesis* prima omnium a mortalibus exculta fuit: vnde et ei nomen (*f*) *disciplinae* mansit proprium. Haec initio haud dubie valde rudis, sensim a Chaldaeis Aegyptiisque exculta, hinc a Graecis curatius expolita, nostro aeuo a *Wallisio*, *Neutono*, *Weigelio*, *Bernulliis*, *Carteſio*, *Leibnitio*, *Wolfio*, ad summum (*g*) perducta videtur fa-

veritatem ingenue profitentur. Talis vir erat *Lutherus*, qui paucos sui similes habuit, habet, et habebit.

(*f*) Μάθημα enim generatim significat *disciplinam* siue *scientiam*. Vid. *Suiceri* Thesaurus eccles. v. μάθημα.

(*g*) Sunt, qui speculationes mathematico mechanicas queruntur fraudi fuisse philosophiae morali ac theologiae naturali, quae tamen praecipuae sunt disciplinae ac veluti cen-

ſtigium. Hiſtoriam ſtudii mathematici ſcripſit *Voſſius* libro de *vniuerſae matheſeos natura et conſtitutione*, et *Io. Rudolphus Faeſchius* in *hiſtorica* ſua *et methodica Introductione in Matheſin*, a. 1716. edita: item *Walliſius* in Operibus ſuis, et *Claudius Franciſcus Milliet Dechales in Mundo mathematico*. Singulari ſtudio elaborata eſt, quae 1742. prodiit, *Io. Chriſtoph. Heilbronneri Hiſtoria matheſeos vniuerſae a mundo condito ad ſaeculum poſt C. N. XVI. praecipuorum mathematicorum vitas, dogmata, ſcripta, et manuſcripta, complexa. Accedit recenſio Elementorum, Compendiorum, et Operum mathematicorum: atque Hiſtoria Arithmetices ad noſtra vsque tempora.* Commemorari etiam digna eſt *Io. Auguſti Krebſii*, Diſſertatio lenae a. 1702.

centrum ſapientiae. Nota eſt, quae nondum deflagravit, controuerſia de philoſophia Wolfiana. — Recordor hic verba *Suetonii*, de Tiberio cap. 69. *Circa deos*, inquientis, *ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicae, perſuaſionibusque plenus cuncta fato agi. Seph. Gauſſenus* negauit, excellentem Mathematicum eſſe poſſe excellentem Theologum. Vid. *Poecile* mea T III. p. 337. Etiam *Mabillonius* in libello de *monaſticorum ſtudiorum ratione*, inſerto a *Pezio* Tomo nono *Bibliothecae aſceticae*,, p. 658. iubet theologiae cultorem iuvenem eas fugere artes, *quae totum animum ad ſe rapiunt, nec eum ad res ſpirituales aptum efficiunt, quales* (inquit) *ſunt mathematicae, quarum elementa quidem ſtudioſis proſunt, ſed, ſi ſemel his immerſus fuerit animus, vix vnquam ad ſpiritualia aſſurgere valebit.* Vid. omnino et *Fabricius* Bibl. Graecae lib. III. cap. 14. §. 9.

1702. typis exscripta *de originibus et antiquitatibus mathematicis*; itemque Catalogus mathematicorum exhibitus a *Fabricio* in *Bibliotheca (h) Graeca*. Nec ita pridem de scriptoribus mathematicis egit, ferens de vnoquoque sententiam, *Christianus Wolfius* in Tomo quinto *Elementorum Matheseos* anno 1740. edito. Solorum Noribergensium mathematicorum, qui sunt trecenti sexaginta, catalogum edidit a. 1730. *Io. Gabr. Doppelmayrius*. Speciatim astronomici studii historiam a prima inde origine ad Brahei aetatem vsque exposuit *Gassendus* in praefatione ad eius vitam, itemque *Io. Keillius* in *Introductione ad veram Astronomiam* Oxoniae a. 1718. edita. Nouissimi *Historiae Astronomiae* scriptores sunt *Ludouicus de l'Isle* et *Io. Frid. Weidlerus*: quorum ille suam Petropoli 1738. hic (α) Wittebergae 1741. publicauit. Astronomos veteres *Fabricius* recenset libro (*i*) laudato, qui eodem in opere (*k*) de inuentis veterum astronomicis disputat. De historia studii arithmetici adeatur etiam *Baelius* Diction. v. *Tartaglia*.

(*h*) Lib. III. c. 23.

(α) Maxima laude dignum est hoc opus, quae et excipitur in *Actis eruditorum* 1742. p. 311. sqq. Prioris liber recensetur in *Biblioth. Germanique* T. XLIX. pag. 194. sqq.

(*i*) Lib. III. cap. 5.

(*k*) Lib. IV. cap. 14. §. 16.

VII. Post inuentas literas Grammaticae, Rhetoricae, Poëseos ac Historiae studium quamplurimos habuit cultores. Ac Grammatici (*l*) quidem studii historiam et antiquitates doctissime et copiosissime persequitur *Wowerius* in suo *de Polymathia* opere: cui adiunges, si libuerit, meam Dissertationem (*m*) *de sectis siue haeresibus Grammaticorum.* Grammaticae Graecae (α) scriptores permultos omnium aetatum recenset *Fabricius* in *Bibliotheca* (*n*) sua et *Morhofius* in (*o*) *Polyhistore.* Nec indigna lectu est *Laur. Reinhardi* Oratio, *de incrementis, quae Philologia Graeca inde ab anno 1701. usque ad annum 1727. opera Germanorum cepit.* Latinae grammaticae originem progressumque singulari libello demonstrauit *Suetonius.* Adiungatur *Cellarii* Dissertatio *de*

(*l*) Ad historiam Grammatices etiam linguarum origines ac fata pertinent. Pulchre docet *Vitringa* Obs. sacr. lib. I. Diss. I. cap. 6. et 7. ex lingua Hebraea ortas esse caeteras omnes, adeoque et Graecam, ex hac vero natam fuisse Latinam. Paradoxum, sed firmiter demonstratum est a *Gataκero* lib. de stylo N. T. cap. 1. primae Virgilianae eclogae priores quinque versus nullum habere vocabulum, quod non sit stirpis Graecae.

(*m*) Recusa ea est in *Poeciles* T. III. p. 631. sqq.

(α) Grammaticam in Graecia iam ante Homerum floruisse, ex eo iure concludimus, quod alias Homerus tam nitide docteque scribere non potuisset. *Phemium*, Homeri magistrum grammaticum, nominat *Herodotus* in Vita eius.

(*n*) Lib. V. cap. 7.

(*o*) Polyhist. lit. lib. IV. cap. 6.

de fatis Latinae linguae, et Walchii Historia critica linguae Latinae. Quam nuper componere coepit *Io. Nic. Funccius Historiam criticam linguae Latinae*, cuius iam quinque libros (*p*) vidimus vt quantocyus perficiat perfectamque in medium proferat, optamus impense. Reliquias priscorum Grammaticorum Latinorum vnum redactas in corpus ediderunt *Godofredus* ac *Putschius*, quorum opera recenset *Fabricius* in *Bibliotheca* (*q*) *Latina.* Recentiores Grammaticos Latinos exhibet *Morhofius* in opere modo (*r*) laudato: quibus adiungi oportet *Georgii Henrici Vrsini Institutiones linguae Latinae plenissimas*, Ratisbonae editas a. 1700. In Anglia *Richardus Iohnsonus* scribendam (*s*) suscepit perfectissimam Grammaticam Latinam, eiusque iam specimen edidit eruditissimum. De studii grammatici apud Iudaeos ortu progressuque accurate et praeclare agit *Rich. Simonius* in *Historiae V. T. criticae* lib. I. cap. 30. et 31. Hebraeos Hebraicarum Grammaticarum auctores repraesentat *Wolfius* in *Bibliotheca* (*t*) *Hebraea.* Inter Christianos eius linguae grammati-

(*p*) Vid. *Acta erud.* A. 1721. p. 140. et A. 1724. p. 83. et A. 1728. p. 46. et A. 1731. p. 267.

(*q*) Lib. IV. cap. 6. et 7.

(*r*) Polyhist. lit. lib IV. cap. 10.

(*s*) Vid. Biblioth. Angloise T. I. p. 295. sqq.

(*t*) Num. 539. Idem T. II. p. 597. sqq. Hebraeas Grammaticas tum a Iudaeis, tum a Christianis compositas editasque exhibet ingenti numero.

cos eminent *Buxtorfius*, *Wasmuthius*, *Danzius*. Laudari quoque merentur *Loescheri* libri III. *de causis linguae Hebraeae:* quod opus haberi potest pro polyhistore quodam Hebraeo: vt omittam curiosas verius, quam solidas, meditationes grammaticas (*u*) *Casp. Neumanni*. Caeterarum Orientis linguarum studii in Europa restituti historiam a *Widmanstadio* expositam legere licet in *Miraei* libro *de script. saec. XVI.* cap. LXXI.

VIII. E Grammaticis Latinis celeberrima sunt nomina *Donati* (*x*) et *Prisciani*. Vitia sua

(*u*) Sectatores tamen hic nactus est duos theologos *Loescherum* ac *Ziroldum*, quorum ille et in libri II. de causis ling. Hebr. cap. 2. §. 6. sqq. et passim in Innoxiis suis, quas vocat, Relationibus, eundem in modum philosophatur; hic in opere a. 1713. 1718. per vices edito, quod inscripsit *Deutliche Erklärung der heiligen Schrift*, in cuiusque Partis fine de vnius literae Hebraicae natura et significatu praecipit secundum nuga illa et Cabbalistis digna principia. Merito vero grammaticam hanc philosophiam reiecit *Io. Gottl. Carpzouius* in *Critica sacra V. T.* Partis I. cap. 5. sect. III. et seorsim libello *C. B. Michaelis*, quem a. 1717. edidit inscripsitque *Dissertationem de vocum seminibus et literarum significatione hieroglyphica;* et *Io. Christoph. Harenbergius* in *Musei Bremensis* T. II. p. 308. et *Theod. Hasaeus* Disp. de Ieschurune p. 27. sqq. et *Deylingius* in Obs. sacr. T. III. cap. 25. §. 20. et *Rambachius* Instit. hermeneut. lib. II. cap. 7. §. 2. Conf. *Wolfii* Biblioth. Hebr. T. IV. pag. 313. sq.

(*x*) De *Donato*, (quo *Hieronymus* magistro vsus fuit,) et *Prisciano* vid. *Fabricius* Bibl. Lat. T. III. p. 740. sqq.

ſua illuſtriores fecerunt e veteribus *Orbilium*, e iunioribus *Antonium* (y) *Mancinellum*: quibus aſſocio *Pedanum*, a quo *pedantiſmi* nomen ortum eſſe, nuper (z) docui. Prae caeteris vero memorari merentur *Reges*(a) *grammatici*, hoc eſt, ii, quorum Grammaticae in ſcholis omnibus vſu receptae ſunt. E graecae quidem linguae Grammaticis hic nominari debent *Wellerus* et *Blechius*: e Grammaticis Hebraeis *Schickardius* et *Opitius*: e Latinis Angliae (b) *Lilius*, Belgii *Voſſius*, Germaniae *Schmidius*, *Rhenius* et *Langius*. Hi vero omnes regnare in ſcholis coeperunt, ex quo

ſqq. et p. 729. ſqq. *Priſcianus* vero Latinam linguam non in ſinu materno didicit, ortu quippe Caeſarienſis. Ac vel ſtylus ac praefatio operis manifeſtum facit, ei Latinam linguam non fuiſſe natiuam.

(y) Is, quia plures auctores edidit cum notis ad modum Minellii, vocari poteſt *Minellius ante Minellum*. Eum *grammaticulum diobolarem* vocat *Fr. Flor. Sabinus* lib. II. Lect. ſubciſ. cap. 20. et libellos eius pro meris nugis habet. De eo vid. *Baelius* Dictionn. Opera eius recenſentur a *Sandero* lib. III. de claris Antoniis p. 166. ſeqq. et *Weinrichio* lib. de ſtudiis humanioribus p. 11. ſeqq.

(z) Poeciles T. II. lib. 1. p. 82. ſq. Approbat hanc meam ſententiam *Beyſchlagius* Sylloges T. I. p. 529. ſq.

(a) Ita et *Cellarius* multis eſt rex orthographicus, qui ita vel ita non alia de cauſa ſcribunt, quam quod ſcribendum ſic cenſuit vir magni ſuo merito nominis.

(b) De hoc praeter *Wodii* Antiqu. Oxon. vid. *Morhofius* lib. de pura dict. Cap. XV. §. 9. p. 279. ſeq. et quae ibi adſcripſit *Moshemius*. Conf. *Acta. erud.* Suppl. T. IX. p. 210. 212.

quo pulsa barbarie pristinus nitor redire coepit literis. Antea, hoc est, in obscura luce medii aeui, Graecae institutionis regnum toto Occidentis orbe tenuisse (*c*) *Eberhardum* Bethunienſem, Latinae *Alexandrum* Dolenſem, testis est *Henricus* (*d*) *Gandauenſis*.

IX. Sequuntur Lexicographi. Ac sane cum ad summam perfectionem Lexica fortasse (*e*) nunquam sint peruentura, nostro aeuo in praecipuis linguis Lexica exstant praestantissima. In Hebraica quidem lingua principem locum tenent *Gussetii Commentarii linguae Hebraicae*: in Graeca *Thesaurus Henrici Stephani*, cui adiungendi *Budaei Commentarii*

(*c*) Edidit hic etiam adscito *Labyrinthi* nomine longum carmen *de ludimagistrorum molestissimis laboribus*, in quo historiam institutionis scholasticae sui aeui describit. Ineditum id credebat *Leyserus* in *Historia poëtarum medii aeui*. Sed habeo editionem eius Erfurti factam A. 1501. Ac iam 1494. excusum fuisse Coloniae hunc librum, satis noui.

(*d*) Lib. de script. eccl. cap. 59. et 60. De vtroque agit *Leyserus* Hist. poët p. 767 sqq et 795 sqq. De *Eberhardo* vid. et *Oudinus* T. III. p. 37. de *Alexandri Doctrinali Burckhardus* lib. de fatis Lat. linguae cap. V. p. 284. sqq. et P. II. p. 407. sqq.

(*e*) Id facile credet, qui legerit, quae scripsi *Poecilesis* T. I. p. 427. sqq. In magno illo *Fabriano* Lexico hos superesse defectus obseruaui. Primo saepius omissus est significatus vocabuli primus et proprius. Deinde saepe adscriptus est auctor argenteae aetatis, cum vocabulum sit aureae. Tum haud raro vna alteraque verbi notio silentio est praeterita. Denique praetermissa plane sunt aliquot vocabula optimae auctoritatis.

tarii linguae Graecae: in Latina *Fabri Lexicon a Buchnero, Cellario, Stubelio, Gesnero*, et *Falstero*, nuper etiam a *Menckenio*, ita auctum, vt nulli sit secundum, meritoque inscribatur (nam non verbale duntaxat est Lexicon, verum etiam reale,) *Thesaurus eruditionis scholasticae.* Imo habemus *Lexica particularum*, Hebraicarum *Noldii* et (*f*) *Koerberi*, Graecarum *Deuarii*, Latinarum (*g*) *Tursellini.* Caeterum de Lexicis Hebraicis singularis diatriba exstat *Io. Christophori Wolfii:* qui et in *Bibliothecae* suae *Hebraeae* Tomo secundo (*) catalogum Hebraicorum Lexicorum exhibet. De Graecis Lexicographis consulatur *Fabricii Bibliotheca* (*h*) *Graeca*, et *Morhofianus* (*i*) *Polyhi-*

(*f*) Ienae 1712. Hic liber *quam breuis, tam elegans* appellatur a *Thgod. Hasaeo* in Sylloge Dissert. p. 4. Recusus nuper is est et subiunctus *Concordantiis partic. Hebr. Noldianis.*

(*g*) Tursellianum hoc opus multum auxerunt *Iac. Thomasius* et *Io. Conr. Schwarzius.* Multa tamen adhuc ei deesse, pluribus exemplis feci manifestum in *Poscile* mea: quibus alia, quae addam, sunt in promtu haud pauca. Auctor *Famae Europaeae* P. CCCII. p. 131. narrat, Romae sub Benedicto XIII. ortam esse controuersiam de sensu cuiusdam Latini sermonis particulae, per iocumque optat, vt Romae instituatur *Congregatio de particulis*, hoc est, concilium perpetuum de vero sensu et recto vsu particularum.

(*) p. 546. sqq.

(*h*) Lib. IV. cap. 33-36. et lib. V. cap. 40.

(*i*) Lib. IV. cap. 7. et 8.

Polyhistor, qui et (k) Latinos persequitur Lexicographos.

X. Ars critica, nobilissima (*l*) Grammaticae pars, iam olim (*m*) haud segniter exercita, magna

(*k*) Cap. 9. §. 7 sqq. Omissum ibi *Iuniani Maii*, Professores Neapolitani, Lexicon Latinum, 1475. ac postea saepius editum: id quod e *Niceronii* Vitarum Tomo XLI. cognoscas. *Volumen* hoc *grande et insigne* (ita *Trithemius* appellat *cap. 879.*) non mediocri vsui fuisse *Calepino* dicitur.

(*l*) De arduo negotio Grammatici (hoc est Critici) differens *Erasmus* in Vita *Origenis* p. 2. tandem addit, posse aliquem ter prius fieri Doctorem Iuris, quam Grammaticum, qualis fuit in Latinis *Seruius* et *Donatus*, in Graecis *Aristarchus*. Verum dixisse *Erasmum* apparet e pertenui prouentu criticorum, et criticorum quidem veri nominis. En et *Scaligeri* testimonium e *Scaligeranis primis* p. 67: *Non omnibus datum, etiam doctis, sed raraе cuiusdam felicitatis est, bonos auctores corrigere et suae dignitati atque nitori restituere: nec quenquam hodie noui, qui id praestare possit, praeter* Cuiacium et Auratum. Causas huius paucitatis exposui in *Poeciles* T. III. p. 520. sq. Nunc hanc adiicio. Plerorumque doctorum hominum, etiam philologorum, studia non tam generosa sunt, quam lucrosa. Iam ad vnum emendandum locum saepe plurium horarum meditatione et labore opus est. Quantillum, inquiunt secum, hinc lucri! Ergo scribamus multa, iusto bibliopolis redimenda pretio.

(*m*) De veterum studio critico agit *Wowerius* Polym. cap. 16. 17. et 18. Priscos inter criticos tam magnum est *Aristarchi* nomen, vt κατ' ἀντονομασιαν vsurpetur de quouis magnae existimationis critico. Christianae Ecclesiae primus Criticus fuit *Dionysius* Alexandrinus saeculo tertio episcopus. Vid. *Valesius* ad *Eusebii* Hist. eccl.

magna iuniori aeuo cepit incrementa, sed practice tamen magis fuit exculta et empirice, quam theoretice ac scientifice. De scriptis spuriis a genuinis dignoscendis perdocte egit *Ioannes Dallaeus* libri primi *de vsu Patrum* toto copite tertio; cuius vitulo arauit *Clericus Artis Criticae P. III. sect. 2* Conf. *Riueti* liber *de auctoritate Patrum, Critico sacro* annexus, capite XIV. Idem *Clericus* omnem artem Criticam singulari opere complecti feliciter aggressus est; quanquam in *Commentatione* mea *de arte critica* ostendi, multo ampliorem esse criticae artis (*n*) ambitum, simulque artem therapeuticam desideratum, ante in ordinem redegi, postquam iam antea artem criticam inuestigandi scriptores anonymos et pseudonymos composueram. De scriptoribus artis criticae adeatur et (*o*) *Morhofius*. Huc perti-

eccl. lib. VII. cap. 25. De duobus insignibus Iudaeorum criticis, quorum quisque suam sectam habet, vid. *Buxtorfius* lib. de abbreu. Hebr. p. 43. et 54. De *Masora*, doctrina Rabbinorum critica, plenissime exponit *Wolfius* Biblioth. Hebr. Tomi secundi libro tertio. Ne mulieres quidem deesse criticas, nostra aetate docuit exemplo suo *Daceria*, magni critici filia, et decimo sexto saeculo *Margarita*, *Thomae Mori* filia, de qua vid. *Crenius* Animadu. P. I. cap. 7. §. 1. p. 112. De Iudaeo quodam critico, eoque insigni, vid. *Wolfii* Biblioth. Hebr. T. III. p. 668.

(*n*) Conf. *Syrbius* Philos. ration. P. I. cap. 14. §. 16. qui tamen meam distinctionem philosophiae in *realem* et *verbalem* haud recte cepit.

(*o*) Polyhist. lit. lib. V. cap. 1.

pertinet ars *etymologica*, de cuius scriptoribus agit idem (*p*) *Morhofius*. Scripsit etiam *Io. Georgius Eccardus* doctissimam *Historiam studii etymologici linguae Germanicae*. Nostra quidem aetate non vixit maior et acutior etymologus *Theodoro Hasaeo*.

XI. Artis criticae non postrema pars est *ars hermeneutica*, quae misere habita, maxime a Rabbinis Iudaeorum et Theologis ante-Lutheranis, hodie satis laeta gaudet facie, postquam ducibus ICtis illis clarissimis, *Grotio* et *Pufendorfio*, etiam Logici eam doctrinam sibi vindicarunt, *Thomasius*, *Claubergius*, *Buddeus*, alii; ac Theologi quoque in eam artis criticae partem non segniter incubuerunt, *Flacius*, *Franzius*, (*q*) *Danhauerus*, *Glassius*, *Pfeifferus*. *Clericus* quoque eruditissimas animaduersiones exegeticas (*r*) inseruit operi suo critico.

XII.

(*p*) Lib. IV. cap. 3. et 4. et 9.

(*q*) Hic primus haberi vult *Artis exegeticae* conciinator. Ita enim scribit in *Ideae boni interpretis* a. 1630. editae, capite siue, vt ipse loquitur, articulo primo, et quidem §. 2: *Speremus, posse reperiri, quod vel occultum adhuc est, vel in promiscuis auctorum chartis dispersum persiparium adhuc se praebet conspiciendum. HERMENEVTICAM videlicet traditurisumus, adeoque fines Organi Aristotelici adiectione NOVAE CIVITATIS aucturi.*

(*r*) Nuper quoque *Rambachii Institutiones exegeticae* magno fuerunt exceptae applausu. Quam hodie ferueat studium exegeticum, vel ex eo Catalogo recentiorum N. T. interpretum apparet, quem *Curis* suis *in N. T. philologicis et criticis* nuper praetixit *Wolfius*.

XII. *Rhetoricae*, cuius egregie excolendae occasionem olim Graecis praebuit forma suae reipublicae, tres aetates, praeeunte antiquo quodam scholiaste, non incommode constituuntur: prima *Periclis* et aequalium; altera decem oratorum antiquiorum, quorum scripta supersunt, *Antiphontis*, *Andocidis*, *Lysiae*, *Isocratis*, *Isaei*, *Lycurgi*, *Demosthenis*, *Aeschinis*, *Hyperidis*, *et Dinarchi*; tertia oratorum iuniorum, qui sunt *Aristides*, duo *Polemones*, *Herodes Atticus*, *Dio Chrysostomus*, et caeteri. Vid. *Fabricii Bibliotheca* (*s*) *Graeca*. Exstat enim *Io. Francisci Grandis* Gallica Dissertatio de origine et progressu rhetoricae apud Hebraeos, Graecos, Romanos, et Gallos. Brevem quoque studii rhetorici historiam exhibet *Io. Clericus in Arte* (*t*) *Critica*: ampliorem *Lud. Cresollius* in *Theatro veterum rhetorum*, Lutetiae a. 1620. edito. Scripsit et *Io. Georgius Walchius* Dissertationem de fatis oratoriae artis inter Graecos, Romanos, et (*u*) Germanos, eamque praemisit *Orationibus Chri-*

(*s*) Lib. II. cap. 26. et lib. IV. cap. 30. 31. 32. Adi et *Suidam* v. Νικόστρατος.

(*t*) P. II. Sect. I. cap. 16.

(*u*) Inter Germanos primus liberi sermonis patrii puritatem et elegantiam assecutus est theologus noster *Lutherus*, vereque *Ioan. Sturmius* in Dedicatione libri sui *de exercitatione rhetorica Lutherum* ait *magistrum exstitisse nostri sermonis*, *sive puritatem consideres sive copiam*. Agnoscit idem *Schottelius* in opere de lingua

Christophori Cellarii Academicis, a. 1714. coniuncte publicatis. Addatur *Kriegkii* Dissertatio *de eloquentia Sophistarum*, et, qui primo loco nominandus erat, *Quintiliani* Dialogus *de causis corruptae eloquentiae.*

XIII. *Poëseos* studium tantae est vetustatis, vt disputatum sit, priusne ligato an soluto sermone libri fuerint compositi. In (*x*) Graecia maxime hoc literarum genus efflоruit, vnde tantae cohortes comicorum, tragicorum, epicorum, epigrammatographorum. Romae sub Augusto praestantissimi omnium poëtae vixere. Nec iuniori aeuo excellentissimi desunt poëtae. Medii aeui poëtarum Latinorum historiam studiosissime (*y*) descripsit *Polycarpus Leyse-*

Germ. p. 49. et 1173. Apparet inprimis ex collatione vltimae versionis Lutheri N. T. cum prima, (quae collatio exhibetur in *Diario theologico Loescheriano* a. 1732. p. 519-538.) virum illum summum in dies magis poluisse sermonem patrium. Memoratu dignum, iam quinto saeculo *Siagrium* quendam operam nauasse poliendo sermoni Germanico. Testis est *Sidonius Apollinaris* lib. V. epist. 5. Gallica hodierna lingua primum ornatorem habuit *Iac. Amiotum*, et hanc ei laudem tribuunt *Sammarthanus* Elog lib. IV. cap. 11. *Huetius* lib. de claris interpretibus p. 300. *Bussierius* Hist. Franc. lib. XX. §. 12. et *Rich. Simonius* T. I. Epist. sel. 24.

(*x*) Scilicet in Graecia poësis et honorem afferebat et diuitias. Vid. *Phaedrus* lib. IV. cap. 21. et 24. Conf. *Acta Philos.* T. II. p. 507.

(*y*) Idem tamen non docuit, poëtas medio illo aeuo nominatos fuisse *dictatores*, et pro *versus facere* tunc dici con-

Leyserus eta. 1720. Halensibus typis exscriptam (α) publicauit. De Germanica vt aliquid attexam poësi, vnius saeculo spatio vidimus et miserrimam (β) et laetissimam eius faciem. Historiam poëseos Hebraicae, Graecae, Romanae

consueuisse *dictare:* quanqum idem vocabulum tum quoque de quouis *scribendi* siue libellum conficiendi genere vsurpabatur. Exempla videas licet in *Symmachi* lib. II. epist. 24. et lib, IX. epist. 45; in *Sidonii Apollinaris* lib. V. epist. 17. et lib. VII. epist. 9. et 18. itemque lib. IX. epist. 3. et 7. et 93; in *Saluiani* Praef. ad opus *de auaritia;* in *Cassiodori* lib. VIII. epist. 13; in *Otfridi* Praefatione saepius: in *Thomae Capuani* libro epistolico, Tomo primo *Collectionis monumentorum Hahnianae* inserto, p. 280. Hinc Germanicum verbum *dichten*, id est, *versus facere*, et *ein Dichter*, id est, *poëta:* quod vocabulum proinde perperam a nonnullis scribitur *Tichter*. Conf. *Iac. Thomasius* in T. VI. *Obs. Halens. select.* Diss. XIX. §. 8. p. 154; *Eccardus* annot. ad *Monumenta Catechetica Theotisca* p. 172. sq. et annot. ad *Leges Salicas* p. 4; *Hahnius* in Praefatione *Collectionis* modo memoratae num. V.

(α) Audi tamen *Bern. Pezium*, in Praefatione ad Thesauri anecdotorum Tomum tertium p. 15. ita scribentem: *In opere Leyseri magna vis medii aeui poëtarum desideratur: quam nobis nostra collectanea suggerunt. Imo, si nobis otium esset, facillimum foret, Leyserianam Historiam duplo vel amplius auctiorem reddere.*

(β) Lege, quaeso, *Rittershusii* versus Germanicos in ipsius *Lectionibus sacris* p. 63. et 72. et 596. Certe non is eos ibi publicasset, nisi sibi venusti habiti essent. Sed ita sunt inepti ac barbari, vt effusius ridere non possis lecto aliquo carmine Noribergici illius *Ioannis Saxonis.*

manae ac Gallicae (z) laudatus *Io. Franciſcus Grandis* eodem libro expoſuit. Germanicae vero poëſeos hiſtoriam breuiter expoſuit *Hofmannswaldauius* in Diſſertatione poëmatibus ſuis praefixa, vberius *Morhofius* im Unterricht von der teutſchen Sprache und Poeſie, et quidem in Parte ſecunda, vbi et de Gallorum, (α) Italorum, Hiſpanorum, Anglorum, et Belgarum poëſi more ſuo multa congeſſit. Addatur *Neumeiſteri Hiſtoria critica poëtarum Germanicorum ſaeculi decimi ſeptimi* a. 1708. recuſa, et *Wagenſeilii* liber *de Germaniae phonaſcorum*, der Meiſterſänger, (*a*) *origine, praeſtantia, vtilitate, et inſtitutis.* Speciatim de eorum poëtarum memoria, qui eccleſiaſtica compoſuerunt carmina, optime meriti ſunt *Io. Chriſtoph. Olearius*, *Schamelius* (*b*) et

(z) Primus Gallicae linguae poëta veri nominis fuit *Petrus Ronſardus*, de quo vid. *Sammarthanus* Elog. lib. III. cap. 20. et quae ibi annotaui. A 1739. quidam *Maſſieu* Lutetiae edidit *Hiſtoire de la Poëſie Françoiſe:* et a. 1736. prodiit Amſtelodami *Hiſtoire du Theatre François depuis ſon origine iusqu'a preſent: avec la vie des plus celebres Poëtes dramatiques, et un Catalogue raiſonné de leur pièces.*

(α) *Scipionis Maffei* Oratio de hiſtoria et genio optimorum Italiae poëtarum, Venetiis 1719. edita, exhibetur cum annotationibus in *Bibliotheque Italique* T. I. p. 223. ſq. et T. II. p. 276. ſqq.

(*a*) Huius generis poëtas rhythmicos iam olim habuiſſe Italiam, eosque, quod riſum ſe iocumque facerent, vocatos fuiſſe *Iociſtas*, docet *Caſp. Barthius* Aduerſ. lib. III. cap. 4.

(*b*) et *Wezelius*. Exspectare etiam amplissimam poëseos omnium (*c*) gentium historiam nos iussit *Io. Georgius Eccardus*, Consiliarius quondam et Bibliothecarius Hanoueranus: sed spes ista vna cum auctore suo exstincta. Qui posthac Germanicae poëseos historiam describendam susceperit, ei amplam praebebit materiam nostra haec aetas, qua facto Lipsiae initio multum coli coepit hic ager, cumque poëseos patriae studio coniungi cultura eloquentiae patriae, imo et Germanicae Grammaticae ac Philologiae. Ac Lipsiae singularis *Societatis Teutonicae* conditor fuit *Io. Burck. Menckenius*: cuius exemplo non solum superiori in Saxonia, sed etiam in inferiori, excitati sunt multi successu prosperrimo.

XIV. Licebit in amoenissimi studii historia' versanti aliquot adiicere animaduersiones amoeniores. Vocantur versus quidam *rophalici*, vel potius *rhophalici*, qui quid sint, doceat

(*b*) Hic. in Praef. Partis secundae *Commentarii* sui *hymnici* Germanice scripti p. 17. edi a quoquam optat *Historiam literariam hymnicam*. Id nunc praestitit *Io. Casp. Wezelius* editis quatuor huius argumenti libris, quibus quintum breui adiunctum iri, promisit.

(*c*) Nomina et characteres praestantissimorum Gallorum, qui proxima aetate poësin lingua patria excoluerunt, exhibentur lepide ac perargute a *Tiletio* quodam *in Gelehrten Zeitungen* 1726. p. 984. sqq. et a. 1727. p. 20. sqq.

doceat *Fabricius* in *Bibliotheca* (*d*) *Latina*. Alii *politici* (*e*) dicti sunt a Graecis medii aeui, qui veluti metro trochaico nulla quantitatis syllabarum ratione habita quindecim syllabis constant, quarum octaua vocem claudit, penultima accentum habente, e. g. Ἐστί τι ζῶον λογικὸν, θέσποτα σεφηφόρε. *Politicos* ideo appellatos (*f*) crediderim, quia politici homines, haud alte immersi literarum studiis, facile tales poterant conficere, cum a *scholasticis* tantum hominibus exspectari debeant iusti versus (*g*) trochaici, e. g.

Con-

(*d*) Lib. III. cap. 10. p. 586. qui et Biblioth. medii aeui T. I. p. 416. docet, vnde versus *rophalici* nomen hoc acceperint. Exemplum cape hoc: *Est Deus aeternae stationis conciliator.*

(*e*) Vid. *Miraeus* Auctar. de script eccl. cap. 343. et 348; *Montefalconius* Paleogr. Gr. lib. I. cap. 6. p. 54. et lib. VII. p. 500; *Fabricius* Bibl. Gr. lib. V. cap. 42. p. 253. et 319. itemque cap. 45. p. 539. et 680.

(*f*) Sic apud *Isocratem* in Euagora p. 450 *nomina politica* sunt nomina vulgaria. Ac *Galenus* scripserat libros περὶ τῶν πολιτικῶν ὀνομάτων apud Aristophanem, Eupolidem, et Cratinum, ist est, *de vocabulis vulgaribus et plebeiis.* Vid *Fabricii* Bibl. Gr. lib. IV. cap. 17. p. 556 et *Pareus* in Lexico critico v. *ciuile.* Errauit vero *Fabricius*, cum p. 553. verba illa Graeca reddidit *nomina ciuilia.* Talibus versibus scripta etiam medio aeuo supersunt multa Latina carmina, obseruante *Barthio* ad *Claud. Mamertum* lib. I. p. 364. Conf. *Annales Acad. Iul.* Sem. XI. p. 38. sq.

(*g*) Talis est notissimus ille Germanicus: *Freu dich sehr o meine Seele, und vergiss all Noth und Quaal,* Conf. *Sueton.* I. 49.

Consules fiunt quotannis et noui Proconsules:
Solus aut Rex aut Poëta non quotannis nascitur.

De *centonibus* poëticis, siue Graecis, siue Latinis agitur in *Poëtica maiore* (*h*) *Giessensium*, inque *Fabricii Bibliothecis*, Graeca (*i*) pariter et (*k*) Latina. Hinc igitur, qui sitit, hauriat.

XV. Est etiam quoddam genus versuum, quos *Leoninos* (α) vocant, e. g. *Caseus et panis sunt optima fercula sanis*, et caeteri versus Scholae Salernitanae. Veteribus poëtis interdum imprudentibus tales excidisse, in *Poëtica Giessensium* (*l*) obseruatur. Ac *Marianus Victorius* (*m*) huius generis versus sibi animaduertisse visus est in Salomonis *Cantico canticorum*. At medio, quod vocamus, aeuo vix quisquam elegantis poëtae nomen tueri poterat, nisi rhythmicos id genus versus effunderet; adeoque, quod Augusteo aeuo in vitio erat, tunc laudi ducebatur maximae. Inprimis elegans huius generis carmen

(*h*) Lib. II. cap. 2. p. 191. sq.
(*i*) Lib. II. cap. 7. §. 3. et 4.
(*k*) Lib. I. cap. 12. p. 230. sq. Add. *Baelius* Diction. v. *Capilupus*, not. Z.
(α) *Eliae Maioris* Dissertatio de versibus Leoninis iterum edita est a *Gebauero* inter *Dissertationes anthologicas* p. 319. sqq. Ac ibidem p. 341. sqq. exhibetur *Renati Moreau* Dissertatio de eodem versuum genere.
(*l*) Lib. II. cap. I 170. sq.
(*m*) Apud *Dilherrum* Elect. lib. III. cap. 17. p. 516.

elegiacum, cuius et hexameter et pentameter eundem habet rhythmum, *Caspar Barthius* in suis *Aduersariis* (β) exhibet. Si quaeris, vnde nomen acceperint *Leoninorum*, ingenue, se id ignorare, confitetur (n) *Scaliger*. Alii (o) originem talium versuum ad saeculum duodecimum referunt, eoque vixisse aiunt monachum quendam Benedictinae familiae, nomine (p) *Leonem*: hunc istorum versuum parentem esse habendum, ab eoque appellatos fuisse (q) *Leoninos*. At non est haec

(β) Lib. XXXI. cap. 7.

(n) Poët. lib. II cap. 29. extremo.

(o) *Sixtus Senensis* Biblioth. S. lib. III. p. 224; *Menagius* in Menagianis T. II. p. 214; *Tenzelius* Colloq. menstr. A. 1691. p. 20. sqq. *Act. erud.* A. 1709. p. 510; *Leyserus* Hist. poët. medii aeui p. 763. *Morhofius* quoque lib. de lingua Germ. P. III. cap. 9. copiose disserit de versibus Leoninis, ibidemque p. 546. tradit, nomen eos traxisse a Canonico quodam, *Leonio*.

(p) Alius *Leonis*, poëtae retrogradi, *Fabricius* mentionem facit lib. IV. Biblioth. Gr. cap. 30. p. 413. Etiam *Sidonius Apollinaris* cuiusdam *Leonis*, poëtae saeculo quinto excellentis, crebram facit mentionem. Ac hunc esse, a quo nomen acceperint versus Leonini, suspicor in *Primitiis* meis *Academicis* p. 264.

(q) *Eberhardus Bethunienſis*, saeculi XIII grammaticus, in *Labyrintho* suo ita scribit *de metro Leonino*:

Sunt inuentoris de nomine dicta Leonis
Carmina, quae tali sunt modulanda modo.
Permutant mores homines, cum dantur honores:
Corde stat inflato pauper honore dato.

haec sententia (α) satis certa. Nono enim iam saeculo (r) versus Leonini in vsu fuerunt. Nec *Leo* ille satis clare obuius est in saeculi duodecimi annalibus. Quae contemplatio *Gabrielem Dumontium* permouisse videtur, vt *Leoninorum* versuum appellationem deducendam (s) putaret e lingua Arabica. Verum valde vereor, vt quisquam huic subscribat doctissimi viri coniecturae. Dicam, quid mihi in mentem venerit legenti vitam *Leonis IV.* Papae a *Platina* descriptam. Narrat ille Pontificiae historiae conditor, *Leonem* illum, qui nono vixit saeculo, partem aliquam Romae a suo nomine appellatam voluisse *vrbem Leoninam*, ac supersesse versus aliquot hexametros, eosque ineptos, portae illius regionis inscriptos, hosque versus ab ipso illo *Leone* confectos esse, inueteratae famae circumferri testimonium. An forte nunc inuenimus *Leonem* illum, a quo nomen inditum *Leoninis* versibus? Non sanae caret haec res veri specie. Nolim tamen iurare, me ad intimos veritatis recessus penetrasse, sed acutiorum iudicio, quae obseruaui, lubentissimus permitto.

(α) Comprobat tamen eam *Fabricius* in Biblioth. Lat. medii aeui lib. XI. p. 775. itemque *Leyserus* in Historia poëtarum medii aeui p. 763. sequi se profitetur ducem *Papebrochium*.

(r) Vid. *Fabricius* Bibl. Lat. T. II. p. 538.

(s) In Lipsiensium Latinis *Nouis litterariis* anni 1720. p. 122.

XVI. Carmen *Madrigalicum* vnde nomen acceperit, hiſtoriae poëticae ſcriptores (*t*) diſputant, idque ſe neſcire, ad vltimum fatentur. Ego vix dubito, ac ne vix quidem, id nomen habere ab vrbe Hiſpaniae *Madrigal*, quam antea obſcuriſſimam illuſtrauit (*u*) natiuitas *Alphonſi Toſtati*, teſte (*x*) *Miraeo*. Pari modo mihi perſuaſi, *Alexandrinum* carminis genus ab vrbe Italiae *Alexandria* vocatum eſſe, tanquam prima iſtiusmodi verſuum officina. Quanquam et audire par eſt Gallos, ſuae nationi arrogantes inuentionis gloriam. Ac *Ludouicus le Gendre* in *Noua* (*y*) ſua *Hiſtoria Galliae* narrat, poëma quoddam Latinum, cui *Alexandreis* titulus, (haud

(*t*) Vid. *Morhofius* lib. de lingua Germ. P. III. cap. 12. p. 583.

(*u*) De vrbe *Madrigalia* vid. *Titelii* lepida narratio in ſua verſione Hiſtoriae V. T. *Humphredi Prideaux*. T. I. p. 219. Duas mulieres hac in vrbe natas et ab ea cognominatas commemorat *Phil. Elsſius* in Encomiaſtico Auguſtiniano, *Armenteriam de Madrigal* p. 48. et *Eleonoram de Madrigal* p. 178. Ibidem p. 485. iniicit mentionem *Conuentus* (id eſt, monaſterii) *Auguſtinianorum Madricalenſis* ſiue *de Madrigal*. Fortaſſe indidem nomen accepit *Ioannes de Madriaga*, cuius *Miraeus* mentionem facit lib. de ſcript. ſaec. XVII. cap. 198.

(*x*) Auctar. de ſcript. eccl. cap. 472. Eiusdem rei teſtes ſunt *Labbaeus* et *Poſſeuinus* apud *Bluntium* in Cenſura auctorum p. 458.

(*y*) *Nouvelle Hiſtoire de France* T. VI. edidit Pariſ. a. 1719. P. II. p. 180. ſq. Idem, ſed paucis, traditur in *Menagianis* T. I. p. 399. Conf. *Morhofius* cap. cit. p. 570.

haud dubie innuit opus *Phil. Galteri*,) Gallicis fuisse versibus redditum a *Gulielmo le Court* et *Alexandro Parisiensi*, huiusque versionis singulos versus constitisse duodecim syllabis; hinc factum esse, vt postea huius generis versus nominarentur *Alexandrini* siue a nomine vnius interpretum, siue ab Alexandro M. versibus illis laudato. Superest, vt addam, in Germania duos (z) potissimum celebrari egregios eosdemque primos Madrigalici carminis artifices *Casp. Zieglerum* atque *Ern. Stockmannum*.

XVII. Hactenus diximus de eloquentia cum (a) oratoria, tum poëtica. Nec vero tertium illud eloquentiae verticordiae genus praetermittere debemus, *Musicam*, quae vel *oralis* vel *instrumentalis*. Nam eo usque progressa est ars, vt homines etiam per instrumenta quaedam loqui discerent, quorum alia inflatione, alia volubili manu (quam et pes tandem aemulatus est,) coguntur quemcunque sonum edere. Vetustior haud dubie est oralis Musica eiusque origo ab ipsa natura repetenda. Tristem enim dolentium lacrymantium que vocem imitari mox libuit laetantibus, et dulcibus sonis animi sui affectionem exprimere. Instrumentalis vero Musicae inuentionem debe-

(z) Vid. *Neumeisterus* lib. cit. p. 102. et 117. Addatur *Vita Ern. Stockmanni* a me scripta p. 21. sqq.

(a) Ita eloquentiam diuidit Quintilianus *Dial. de corrupta eloquentia* cap. IV. 3; V. 4; VI. 1. et. VIII. 5.

deberi (*b*) Iubali, ex *Geneseos IV.* 21. discimus, a cuius nomine ipsum verbum *iubilare* ortum esse videtur: quanquam, si quis id vocabuli referat inter voces a naturali sono factas, eum sequi sententiam probabiliorem, haud aegre concesserim.

XVIII. Ab vsu diuidi Musica debet in *sacram* et *profanam*, medium tenente locum *Musica* (α) *medicinali*. De Hebraeorum Musica sacra agit (*c*) *Lundius*, cui iungendus *Salomonis Tilii* perdoctus *de Musica* (*d*) *Hebraeorum* liber. De Christianorum Musica ecclesiastica *Binghamus* agit in *Antiquitatibus*

(*b*) Vere igitur Musicam *disciplinarum antiquissimam* vocat Maximus Tyrius *Diss. XXI.* Acute suspicatur Heideggerus *Hist. Patriarch. T. I. Exerc. VI.* §. 13. a Graecis nomen *Iubal* mutatum fuisse in nomen *Apollo*, rectequeadeo iis Apollinem haberi inuentorem Musicae. Quae coniectura ea re firmatur, quod et frater Iubalis, *Thubalcainus*, deprauatum *Vulcani* nomen gerit apud ethnicos. Caeterum iam olim *Musicam* inter doctas artes relatam fuisse, Siracides docet cap. XLIV. 6. scribens, *clarissimos quosque viros Musicos fuisse*. Ac totum caput XVI. libri sui primi *Quintilianus* consumsit laudibus artis Musicae, itemque *Cassiodorus* totam epistolam 40. libri secundi.

(α) Adde sis *Musicam Magicam*, de qua copiose *Delrius* Disquis. Magic. lib. I. p. 93. sqq.

(*c*) *Iüd. Heiligth.* lib. III. cap. 74.

(*d*) Huc pertinet Sela, interiectio Hebraeorum Musica, de qua Dissertatio mea inserta est *Poeciles Tomo III. p. 471. sqq.*

bus (*e*) *ecclesiasticis.* Singularis quoque liber (*ee*) *Arthuri Bedfordi* exstat de Hebraeorum pariter et Christianorum Musica ecclesiastica, Londini 1712. editus. Sacra haec Musica rursus diuidi solet in *choralem* et *figuralem*: vbi memoratu dignum, ineunte demum saeculo decimo sexto ex Italia in Germaniam (*f*) translatam fuisse *figuralem*, Germanis antea ignotam. *Medicinalem* Musicam primus nobilem fecit (*g*) *Dauid* rex, et hodie quoque magni aestimari cogunt (*h*) tarantulae.

XIX. Denique ab effectu et fine recte Musicam mihi diuidere videor in *laetificam, tristificam*, atque *terrificam.* Laetificae simplicissimum genus est Musica (*i*) *pastoralis.* De

(*e*) *Lib. IV. cap.* 1. Conf. G. Arnoldi *Erstes Christenthum lib. II. cap. 2.*

(*ee*) Recensetur in *Biblioth. Angloise T. VII. p. 343. sqq.*

(*f*) Vid. Goezii *Elogia Theol. Germ. p. 9.* in *Vita Lossii.* De augmentis Musicae saeculo XIV. factis vid. *Hottingerus* Hist eccl. T. III. p 716.

(*g*) *1 Sam XVI, 16.* ad quem locum praeter nouissimum interpretem, Saurinum, *T. II. p. 621 sqq.* edit. Abelianae, vid Valesii *Philosophia sacra cap 28.*

(*h*) De *tarantulis* deque opposita iis Musica exstat Diss. *Rich. Meadi* Londini 1702. et *Ge. Bagliui* Romae 1696. et *Lud. Valettae* Neapoli 1706. edita. Vid. et *Mich. Praetorius Syntagm Music. P. II. ca. 13. Scaligeri de subtilitate Exercitatio 185. Missioni Itin. Ital p. 1160. sq.* edit. Germ. imo et *Gellius Noct. Attic. IV. 13.* Prodiit quoque Wittebergae 1706. *Ad. Brendelii* Disp. *de curatione morborum per carmina et cantus musicos.*

(*i*) Virgilius *ecl.* 1. 2. et 5. alibique.

De vsu Musices in priscorum funeribus res vel in vulgus nota est. Terrificam siue, vt *Virgilius IX. 55.* loquitur, *horrisonam* Musicam maioribus nostris ante praelia vsurpatam fuisse, testes sunt (*k*) Tacitus atque (*l*) Strabo. Quid? omnibus priscis gentibus eam singulari in Dissertatione Vpsaliae 1708. asseruit *Io. Vpmarckius.*

XX. Ad *notas* veterum *Musicas* quod attinet, egere de iis *Rutgersius* in *Variis* (*m*) *Lectionibus*, *Io. Nicolai* in libro (*n*) *de figlis*, et *Montefalconius* in *Palaeographia* (*o*) *Graeca.* Speciatim de *Vt re mi fa sol la* eiusque origine vid *Sigebertus Gemblac.* ad a. 1028; *Trithemius de script eccl. cap. 318; Pancirollus rerum memorab. lib. I. cap. 39*; *Baelius Diction. v. Gui. Aretin; Oudinus T. II. p. 871. sqq.* Litem Superint. Lubec. *Pouchenii* cum Rectore Scholae *Crugerio*, qui abrogato *Vt re mi fa sol la* canere pueros iusserat *a, b, c, d, e, f, g*, enarrat *Seelenius* in *Athen. Lubec.* P. IV. c. XI. De instrumentis veterum musicis agit (*) *Athenaeus libro XIV.* Supersunt etiam aliquot

(*k*) Lib. *de Germania cap. 3.*

(*l*) *Geogr. lib. VII. p. 294.*

(*m*) *Var. lect. lib. II. cap. XI.* Vid. et Vffenbachiana *Biblioth. MSta. P. II. §. 12.*

(*n*) *Cap. XVIII.*

(*o*) *Lib. V. cap. 3.*

(*) Conf. Salmasius *lib. 1. epist. 49.* Recentiores de instrumentis musicis scriptores nominat Fabricius *Bibliograph. antiq. cap. XI. §. 17.*

aliquot scriptores artis Musicae Graeci, quorum septem edidit Amstelodami 1652 *Marcus Meibomius*. Caeterorum notitiam petas licet e *Fabricii Bibliotheca* (*a*) *Graeca*, qui et in sua *Latina medii aeui Bibliotheca* (α) scriptos illo aeuo de Musica libros recensuit.

XXI. Generales de historia Musicae scriptores sunt *Rud. Schlickius*, qui Spirae A. 1588. libellum emisit *de Musices origine, cultu et dignitate*; *Lampertus Alardus*, qui Schleusingae 1636. edidit opusculum *de veterum Musica*; *Io. Alb. Bannius*, cuius liber *de Musicae natura, ortu* et *progressu* agmen claudit libellorum *de studiis instituendis* Amstel. 1645. coniuncte editorum; *Athan. Kircherus* in *Musurgia* Romae 1650. et Amstel. 1622. publicata; *Wolfg. Casp.* (*aa*) *Prinzius*, qui Lipsiae 1690. Germanice; *Io. Andreas Angelinus* (*b*) *Bontempus*, qui Perusiae 1695. Italice; *Bonnetus* et Iesuita quidam, quorum ille 1715. hic (*c*) 1726. Lutetiae Gallice, ediderunt *Historiam Musicae*. Huc et refer eruditissimi nostrae aetatis Musici, *Ioannis Mattheso-*

(*a*) *Lib. III. cap. 10.*

(α) T. I. p. 644-651.

(*aa*) De praeclaro hoc Musico eiusque scriptis vid. *Grundmanni Ossa et cineres anni 1717. p. 107. sqq.* et *Siversius* in Diss. *de doctis Cantoribus* cum notis *Mattheſonii p. 20. sqq.*

(*b*) Fuit hic in aula Ioannis Georgii, Electoris Saxoniae, praefectus choro musico.

(*c*) Vid. *Gel. Zeit.* 1726. p. 633.

theſonii, Criticae Muſicae Tomos duos, pluresque alios eius de re Muſica libros, quorum ipſe catalogum annexuit ſuae verſioni libelli Siuerſiani *de doctis Cantoribus* 1730. editae. Idem 1732. edidit Diſſertationem *de eruditione Muſica*, et 1740. egregium opus, in quo excellentiſſimorum recentioris aetatis Muſicorum vitas exponit et merita, ſuam et ipſius vitam interſerens. Denique *Lexicon Muſicum Io Gottfr. Waltheri*, cuius prima pars Vinariae 1729. prodiit, nunc totum habemus editum Lipſiae 1732. Cui merito adiungimus *Laur. Mizleri* a. 1736. edi coeptam *Bibliothecam Muſicam.*

XXII. Ad *Philoſopiam* vt veniamus, eius hiſtoriam multi, alibi (*d*) a me memorati, conſcripſerunt. Nuper vero, quod antea praeſtandum ſuſceperat nemo, totum corpus Hiſtoriae philoſophicae admirabili felicitate compoſuit *Iacobus Bruckerus*, priusque patrio ſermone eam exhibuit in ſeptem Tomis: quibus et *Appendicem* et *Epitomen totius Hiſtoriae philoſophicae* adiecit; deinde quinque in Tomis non tam Latinam operis Germanici verſionem, quam nouum prorſus opus, exhibuit, plurima ſupplens, et ſyſtematum inprimis philoſophicorum nexum et rationem exponens accuratiſſime. Singulas autem ad diſciplinas quod attinet, *phyſici* ſtudii hiſtoriam

(*d*) In *Actis Philoſophorum.*

riam concinnauit *Georgius Paschius* libri *de inuentis nou-antiquis* capite septimo, et *Buddeus* Tomi primi *Philosophiae eclecticae* capite primo, et *Thomas Spratus* in prima Parte suae *Historiae Societatis Scientiarum Regiae Londinensis:* singularique in opere, duabus partibus a. 1726. et 1727. edito lingua Anglica, *Io. Freindius. Bibliothecam scriptorum historiae naturalis* Tiguri 1716. emisit *Scheuchzerus.* Addi meretur *I. E. Daschizkii* Wittebergae 1706. emissa *Historia philosophiae mechanicae.* Historiam *metaphysices* composuit *Iac. Thomasius,* suisque subiecit *Quaestionibus metaphysicis.* Historiam *politicae* succincte exposuit *Christ. Gottfr. Hofmannus* in Disputatione *de fatis studii politici,* Lipsiae 1715. edita. Consulatur de eadem historia *Christiani Thomasii Prudentia consultatoria* capite tertio. *Logicae* historiam scripserunt *Gassendus,* (**) *Keckermannus, Reimmannus, Syrbius,* et copiosissime *Walchius:* Ethicae *Christ. Thomasius, Barbeyracius, Gundlingius, Reichius,* et *Stollius:* Iurisprudentiae naturalis *Groeningius, Buddeus, Ludouicus, Proeleus, Chr. Thomasius, Vinholdus, Reinhardus:* Theologiae naturalis *Bielckius.* Denique singularum philosophiae partium historiam docte et accurate descriptam habemus in *Stollii Historia literaria.*

XXIII.

(*) *Keckermanni* ineptias, Logicos facientis Adamum, Noachum, Mosem, refellit *Io Alb. Fabricius* in *Specimine Historiae Logicae,* inter eius *Opuscula* recuso p. 163-176.

XXIII. Liceat et meam trium posteriorum disciplinarum, quae semper curae mihi cordique fuerunt, historiam proferre in medium, non ex iis, quas modo laudaui, repetitam historiis, sed solum mente mea ad ea, quae in diuturna harum scientiarum tractatione obseruaui, retorta concinnatam, ac vel breuitate sua commendabilem.

XXIV. Homo cum natura sua sit ζῶον λογικὸν, hinc sequitur, logicam esse homini naturalem adeoque cum genere humano natam fuisse Logicam. Postea vero quam homines non rationi, sed affectibus se permiserunt regendos, Logica hominum adeo euasit ἄλογος, vt tota constaret hoc principio: *Quicquid maiores nostri vel alii magni bonique viri statuerunt, id sancte credendum est.* Viguit hoc principium vbique locorum, vbi philosophia non viguit. Solis *Hebraeis*, diuina quippe instructis sapientia, contigit videre acutius. Caeterae gentes omnes mansere barbarae, donec in Graecia primo eloquentia cum poëtica, tum oratoria, deinde et philosophia, coli coepit. Diu vero ipsi illi philosophi magis practice, quam theoretice, fuere Logici, hoc est, non constituerunt certam disciplinam, quae vocaretur *Logica*, errorumque causas et rectam ad verum viam accurate demonstraret, sed tantum Logica vsi naturali persequebantur argumenta sua. Logica autem illa naturalis in nullo eluxit splendidius, quam in *Socrate*, qui

qui sola sui iudicii (quam vocamus *naturalem Logicam,*) ope vidit fortiterque docuit, longe praeferendam esse philosophiam moralem philosophiae physicae.

XXV. Nec aliam, quam naturalem, Logicam *Plato* habuit: cuius tandem discipulus *Aristoteles* Logicam componere aggressus est, magnoque labore confecit. Habemus igitur inuentorem Logicae siue primum Logicae scriptorem *Aristotelem*, qui ipse huius rei testis nobis est, in exitu *Organi* sui siue libri *de sophisticis elenchis* vltimo in capite scribens, *ante se plane nullam Logicam exstitisse, seque primum scripsisse de conficiendis syllogismis;* addensque, *hoc nomine magnam sibi deberi gratiam.* Apparet hinc falsum tradere *Laërtium*, cum libri sui octaui capite 57. et noni capite 25. auctor est, *Zenonen Eleaten* vocatum ab Aristotele fuisse *inuentorem Dialecticae:* nisi forte per artem dialecticam intellectam vult *dialogicam. Dialogos* enim *primum scripsisse Zenonem* illum facile credimus ei, id referenti *lib. III.* §. 47.

XXVI. Caeterum Logica illa *Aristotelis* non est vera illa perfectaque Logica, quae pars esse debet philosophiae, sed haeret duntaxat in contemplatione syllogismorum, subtiliter quidem cuncta persequens et curiose, sed tam parum vtiliter, vt pleraque ignorentur sapientius. Ac hanc quidem Logicae suae

partem appellauit (*) *Analyticam.* In altera, quam *Dialecticam* et *Topicam* vocauit, artem tradit disputatoriam, tum scholasticam, tum forensem, hoc est, non solum docet artem in schola defendendi suam impugnandique alienam sententiam, verum etiam adiumento est arti dicendi in concione et quiduis persuadendi populo. Ita cum videri potuisset Logica Aristotelis dare orbi philosophos summos, e contrario effecit, vt sophistarum plena fierent omnia. Neque enim soli Aristotelis sectatores euaserunt gladiatores philosophici, hoc est, perpetui disputatores, sed caeteris quoque scholis prae sapientia vera et solida placere coepit sapientiae ostentatio. *Megarici* maxime et *Stoici* totos dederunt se arti eristicae, librosque de ea ediderunt plurimos: quos periisse, non est, quod doleamus. Admonuit quidem philosophos huius erroris *Epicurus*, optimus ex hac certe parte philosophus: sed surdis narrauit fabulam. Quem si audissent, et eius *Canonicam* reddidissent perfectiorem, perbene consuluissent philosophiae. Verum regnare perrexit Dialectica Aristotelis, quam recte *Tertullianus* (*e*) vocat *artificem struendi et destruendi, versipellem in sententiis, coactam in coniecturis, duram in argumentis, operariam contentionum.*

VXVII.

(*) *Analytica* Aristotelis est Logica eius theoretica: *Dialectica* est Logica ipsius practica.

(*e*) Lib. de praescript. cap. 7.

XXVII. Equidem CHRISTVS per Apostolos suos obtulit humano generi γάλα (*f*) λογικὸν et (*g*) λογικὴν λατρείαν, adeoque multam praebuit occasionem ratione recte vtendi vt in religione, sic et caeteris in disciplinis: sed ad vltimum in ipso Christiano orbe caput extulit (*) Aristotelica illa Logica, (a *Raymundo Lullio*, cum sapere sibi videretur perspectius, reddita ineptior,) et vsque ad *Lutheri* tempora omnes scholas personuit. Quo tempore cum post *Vallam Viues*, *Erasmus*, *Corn. Agrippa* Scholasticae Logicae miseram turpemque conditionem agnouissent, *Melanchthon* manum admouit emendationi, sed non est longius profectus, quam vt inutilibus omissis retineret vtiliora. Secuti Protestantium Logici redierunt ad Aristotelem, eumque erudite quidem sunt interpretati, sed Logicam reliquerunt veteribus circumscriptam finibus.

XXVIII. Postea quatuor Logicae reformatores sunt exorti, *Ramus*, *Verulamius*, *Gas-*

(*f*) 1 Petri II 2.

(*g*) Rom. XII 1.

(*) Obseruatu dignum, medio aeuo Logicam Aristotelicam fuisse interfulcra Papatus. Ingenia enim studiosorum hoc pacto non accipiebant veram Logicam, errorum expultricem ac veri indagatricem, sed occupabantur subtilitatibus inutilibus doctrisque quisquiliis: praetereaque e sua Logica discebant artem disertissime ac speciosissime propugnandi errores quoslibet. Nec ad veritates religiosas perduxit *Lutherum* artificialis Logica suae aetatis, sed Logica sua ipsius naturalis.

ſendus, Carteſius. Et ille, dum Logicam fecit inſtrumentum ſiue ancillam eloquentiae, probauit ſe quidem plurimis ſcholarum rectoribus, quippe qui ſimul eſſe ſolent eloquentiae doctores. ſed viam ad cognoſcendam in omni genere veritatem non fecit planiorem. *Verulamius* et *Carteſius* melius vterque exhibuit Logicae compendium, ſed neque concinnum neque perfectum ſatis. *Gaſſendus* ſatis bonam produxit Logicam, et Carteſianorum quoque nonnulli acriter feliciterque excoluerunt hanc diſciplinam, primoque loco laudatur, idque ſuo merito, *Ars cogitandi*, a qua proximum locum tenet *Logica Claubergiana.* Tandem Eclectici noſtrae aetatis pulcherrimam faciem dederunt Logicae, *Lockius* in primis, *Clericus, Thomaſius, Croſa, Rudigerus, Syrbius.* Succeſſerunt his nuper *Hollmannus* et *Reuſchius.* Nec eſt omittenda mentio *Chriſtiani Wolfii*, qui nouam vniuerſae philoſophiae formam exhibere aggreſſus hinc admiratores ac ſectatores nactus eſt multos, hinc contemtores et antagoniſtas magnos.

XXIX. Finio hanc *Logicae* hiſtoriam duabus animaduerſionibus. Primo ſcilicet facile intelligitur, vbi regnum tenent errores, iis vt repugnare capitale ſit, ibi Logicae verae perfectaeque locum non eſſe. Non eſt igitur, quod miremur, nec inter ethnicos nec in tyrannico Papae regno veri nominis Logicos fuiſſe. Deinde obſeruo, Logicam eſſe quidem

dem primam omnium disciplinam in ordine discendi, sed in elaborando philosophiae systemate esse oportere vltimam. A quo enim componenda est Logica nominis sui mensuram impletura, eum oportet non solum maturo eoque eximio instructum esse iudicio, verum etiam mentem habere variis in disciplinis longo annorum tractu exercitatissimam. Ac facile intelligo, quam *Thomasius* edidit inter primos ingenii sui foetus *Logicam*, eam multo futuram fuisse meliorem suoque nomine digniorem, si eam componere aggressus esset sexagenarius.

XXX. En et meam *Ethices historiam! Ethica*, quae disciplina id agit, vt affectus hominum reddat suae sanitati perfectionique eosque perducat ad summam felicitatem, primum nacta doctorem est DEVM ipsum, qui Sethitas olim et Hebraeos simplicissima forma moralem sapientiam edocuit per Prophetas, ac tandem vniuersum orbem per Filium suum eiusque Apostolos. Cum igitur nulla caeterarum disciplinarum tanto doctore gloriari possit, hinc apparet, eam esse omnium scientiarum principem. Maximus proinde error fuit philosophorum vetustissimorum, quos barbarae gentes habuerunt, quod neglecta morali philosophia in solam theoreticam incubuerunt: id quod praeclare ostendit *Gundlingius* in sua *Historia philosophiae moralis*.

XXXI. Fuerunt quidem inter barbaros, qui hunc errorem agnoscerent: sed dum virtutis studium colebant seruatis ethnicae religionis principiis, meri enthusiastae facti sunt, vt Gymnosophistae, Brachmanes, Pythagorei. Postea in Graecia auctore *Socrate* philosophia moralis coli coepit satis bene, cum scilicet philosophus ille animae immortalitatem Deique prouidentiam magis supponeret, quam demonstraret: hisque vestigiis institit *Plato*, qui tamen non est liber ab omni (*) enthusiasmo. Primus vero *Ethicam* scripsit *Aristoteles*, idque tribus operibus, quorum praecipuum est *Ethica Nicomacho* inscripta. *Magna* enim *Moralia* et *libri Eudemii* sunt *Nicomachiorum* epitomae, ac prior quidem breuior, posterior et vberior et liberior: nisi quod quartus, quintus et sextus *Eudemiorum* fere ad verbum leguntur in *Nicomachiis*.

XXXII. Cum vero *Aristoteles* animae immortalitatem ac Dei prouidentiam, quae sunt verae philosophiae moralis fundamenta, non agnosceret, pietati (α) inter virtutes nullum dedit

(*) Hinc fit, vt Platonicae philosophiae fautores se praebeant in ecclesia nostra enthusiastae. Vid. *Colbergii Platonisches Christenthum.*

(α) Nec vero hinc ausim concludere, Aristotelem negasse existentiam Numinis. Vid. *Walchii* liber *de atheismo Aristotelis* cap IV. sect. I. §. 13. p. 352. Nam nec *Cicero* in suo *de officiis* opere *pietatem* descripsit pertractauitque, qui tamen nec Numinis prouidentiam reiecit, nec

dedit locum, ac caeteras quoque virtutes ita descripsit, vt magis politicae sint, quam morales. Ac recte *Horneius*, qui optimum exhibuit Ethicae Aristotelicae compendium, id inscripsit *ciuilem* (*) *doctrinam de moribus*, *Piccartus* quoque in sua *Isagoge in lectionem Aristotelis* (*h*) ostendit, Ethicam Aristotelis nihil aliud continere, quam *elementa politices*. Ac ipse Aristoteles *Rhet. I 2. 15.* Ethicam et Politicam facit synonyma, suamque Ethicam ibidem *cap. IV. n. 7.* definit ἐπιστήμην περὶ τὰ ἤθη πολιτικήν. Atheum vero perfectum qui eum fuisse contendunt, eorum error coargui facile potest. Illud etiam vitium habet Ethica Aristotelis, quod non est dicata vsui hominum communi, ex ea vt hauriret quiuis prudentiam virtutemque, sed tantum-

nec mentes humanas interire putauit vna cum corpore. Vnde igitur in eius philosophia morali magna haec ellipsis? Scilicet de *pietate* inter ethnicos philosophari non licebat. Si quis enim ausus esset publicae religioni opponere veram, deque vero DEO disputare reiectis diis sacrisque commentitiis, eum ne Salus quidem ipsa seruare potuisset. Exemplo est Socrates, cuius memor Aristoteles, cum atheismi reus ageretur, ideo se Athenis discedere dicebat, ne bis peccarent Athenienses in philosophiam. Vidit hoc *Lactantius*, ita lib. II. cap. 3. scribens: *Sed nimirum Socratis carcerem times, Cicero: ideoque patrocinium veritatis suscipere non audes.*

(*) Ethica igitur Aristotelis non est *eine Tugend-Lehre*, sed *eine Sitten-Lehre*. Nec ipse virtutis cultor erat, sed homo vanissimus et profanissimus.

(*h*) p. 21. sqq.

modo literatis scripta, qui delectarentur speculationibus dialecticis ac parum vtilibus subtilitatibus.

XXXIII. Ex caeteris Graeciae philosophis *Cynici* sine philosophia colendam susceperunt virtutem, merito a *Lipsio* (*i*) comparati cum Capucinis monachis. *Stoici* vero praeclara multa huius philosophiae protulerunt in medium, meliora tamen futura, si de fato sententia ipsorum aliique errores non ipsum philosophiae moralis (*) fontem inquinassent. *Epicurei*, duos illos Aristotelis errores capitales, quos diximus, retinentes, virtutem coluerunt atheisticam, hoc est, eam, quae nonnullam pariebat quidem animi tranquillitatem, veraeque virtutis erat simulacrum, sed ad vltimum desinebat in desperationem. Ex quo factum, vt plurimi Epicureorum se darent voluptatibus corporis, omissaque Dei et reipublicae cura sibi solis viuerent, satis vt *Paulus*(*k*) ait, pro principiorum suorum habitu beati. Graecorum hanc philosophiam amplexati Romani, alii,

(*i*) Manud. ad philos. Stoicam lib. I. cap. 13.

(*) Stoici saepe immemores suorum dogmatum principalium optima dant praecepta de colenda virtute: vti Caluiniani plures Ethicam Christianam bene scripserunt, cum doctrina de absoluto decreto omnem Ethicam tollat e mundo. Huius sectae Ethici vel non credunt absolutum decretum, vel magnopere errant, cum credunt, id se credere. Obseruauit hoc etiam *Conringius* in Praef. ad *Io. Henichii* librum de gratia et praedestinatione.

(*k*) 1 Corinth. XV, 32.

alii, in quibus *Cicero* et *Seneca* primas tenent, Stoicorum: alii, quorum princeps *Lucretius*, Epicureorum castra sunt ingressi. Videsne, lector, quam imperfectam, quam vitiosam Ethicam exhibuerint philosophi ethnicorum vel maximi? Videsne summam necessitatem reuelationis diuinae?

XXXIV. Exorta igitur luce Christianae religionis simplex illa quidem, sed verissima Ethica orbi reddita fuit: quae et produxit homines in omni virtutum genere (*) admirabiles et in aduersissimis rebus beatos. Postea vero quam doctores Ecclesiae Ethicam tractarunt philosophica quadam ratione, non prius exculta Logica, sine qua in studio Ethico parum profeceris, simulque pro fundamento substernentes sacrum codicem vera interpretatione, cuius illi subsidiis et adminiculis carebant, destitutum; accidit, vt eiusmodi traderent doctrinas morales, quae continerent falsa multa, tandemque desinerent in monachismum, hoc est, Ethicam maxime barbaram

(*) Ethica est scientia practica non philosophorum propria, sed hominibus conueniens ad vnum omnibus. Quare praestat practicum esse Ethicum ex paucis solidisque principiis, quam omisso praxeos studio longos logos facere ethicos, et praecepta ethica multis circumdare subtilitatibus ac disceptatiunculis. Est tamen e re publica, quosdam incumbere in subtilissimam rerum moralium theoriam, hosque operam dare, ne prauis opinionibus corrumpatur virtutis pietatisque studium: modo ipsi theoriam cum praxi coniungant enixissime.

ram et irrationalem; quae deinceps nomen accepit *Theologiae mysticae.*

XXXV. Medio quod vocant, aeuo *Scholastici* Aristotelis Ethicam tractarunt pertractaruntque, sed ita, vt eam redderent multo deteriorem inutilioremque. Recentissimi vero Scholastici, nomen gerentes *Iesuitarum*, ita corruperunt philosophiam moralem, vix vt fingi possit corruptior. Paulo ante Lutheranam reformationem *Petrarcha*, missis Scholasticorum nugis, Stoicorum doctrinas meliores revocauit in lucem, quas et postea *Lipsius* est persecutus haud male.

XXXVI. Accurate vero philosophiae moralis viam primus signauit *Verulamius*: quae tamen quo minus coleretur ita, vt par erat, intercessit *Cartesius* cum assectis, physicae et matheseos studium acriter colens, Ethicam tantum non negligens: nisi quod *Spinoza Ethicam* edidit, inter infames libros iure connumeratam. Tandem melior cultura Logices pediseqvam habuit emendationem Ethices. *Arnoldus* quidem *Geulingius* pro vera Ethica propinare sustinuit mysticam, quam ante memorauimus, theologiam exitialibus aliquot erroribus distinctam. Sed breui error ipsius est obseruatus, ducesque adscita sacra Scriptura complures poliuerunt Ethicam: inter quos prae caeteris laudandi *Molinaeus*, *Philaretus*, *Thomasius*, *Buddeus*, *Gundlingius*, et Galli aliquot: quibus nuper sese aggregauit *Wolfius* mathe-

mathematicus, cuius tamen Ethicam magnos habere naeuos praeter auctorem et eius discipulos vix quisquam negauerit.

XXXVII. Sequatur nunc *historia Iurisprudentiae naturalis*. Cum Ethica doceat, virtutem ducere ad summam felicitatem, virtutis autem esse, voluntatem Dei exsequi, hinc nascitur disciplina iuris naturalis, quae leges DEI exponit sola ratione inuestigabiles, atque eas ad quasuis quaestiones practicas rite applicat. Magnae molis hoc esse opus, facile apparet. Nam ex contemplatione diuinae ac humanae naturae ea sunt deducenda principia, quae in omni actionum genere discernant iustum ab iniusto, et ita quidem, vt etiam leges Dei sacro proposita in codice cum illis rectae rationis principiis scienter concilientur.

XXXVIII. Inter philosophos primi huc diligentiam suam contulerunt Graeci, vereque (*l*) *Cicero*: *Quaestio de officiis*, inquit, *communis est omnium philosophorum*. Praecipue tamen *Stoici* ius naturae excoluerunt, multosque ediderunt *de officiis* libros, qui dudum perierunt. Exhibuit tamen compendium doctrinae ipsorum de officiis humanis (*m*) *Stanleius*: vberius vero Stoicorum Iurisprudentiam naturalem *Cicero* exposuit in suo *de officiis* opere, aliquamque eius partem in satis magno

(*l*) Lib. I. de offic. cap. 2.

(*m*) Hist. philosophiae Stoicae P. II. cap. 13. p. 612. sqq.

magno *de beneficiis* scripto *Seneca*: vt adeo errarit *Grotius*, cum, *veterum philosophorum nihil exstare huius generis*, (*n*) scripsit. Nec ei in mentem venit ICtorum Romanorum, Stoicis placitis addictorum, quorum tot decisiones quaestionum Iuris naturalis supersunt in codice Iuris ciuilis. Quandocunque enim occurrebat quaestio iuris, quam leges publicae non definierant, decurrebatur ad ICtos, qui responsa dabant e solo naturae lumine. Ac ea quidem responsa, quae supersunt, magnam continent partem Iuris naturalis tamque sunt philosophica, vt in omni Europa (*o*) auctoritatem oraculi hodieque obtineant. Nec Platonica secta *officialem*, vt ita dixerim, *philosophiam* neglexit, etsi iustum huius philosophiae corpus non composuerunt. *Sceptici* vero et *Epicurei* Ius naturae e philosophia prorsus eliminarunt: quorum ab errore haud longe abfuerunt cum antistite suo *Aristotelici*, nullam (*p*) hic dari demonstrationem, decernentes.

XXXIX. Inter Christianos ii, qui Patres vocantur Ecclesiae, non intactum dimiserunt hoc argumentum, exstantque *Ambrosii* tres libri

(*n*) Proleg. ad *Ius belli et pacis* §. 36.

(*o*) Vid *Arthuri Duckii* lib. I. de auctoritate Iuris ciuilis cap. 2. § 6.

(*p*) Refellunt hunc errorem *Pufendorfius* lib. I. de Iure nat. et gent. cap. 2; *Conringius* lib. de prud. ciuili cap. 8. et Propolit. cap. 7; *Sam. Rachelius* in Examine probabilitatis Iesuiticae cap. 7.

libri *de officiis*. Sed hoc quidem in opere falsa veris immixta esse, iureque desiderari et probationes solidas et rectam methodum, iam dudum ab aliis fuit monitum. Nec id mirum debet videri, cum ipsemet in primo capite fatea-tur, *se docere, quod ipse non didicerit*, adeoque *prius incipere docere, quam discere*. Caeteri quoque Patres quam infeliciter ineruditeque tractarint controuersias de mendacio, de vsura, de coniugio, de aliis Iuris naturalis capitibus, nemini docto obscurum est. Nec *Scholasticorum* turba meliorem dedit Iurisprudentiam (α) philosophicam: imo impediriorem reddidit hanc disciplinam, sectando subtilitates inutiles, innitendo falsae theologiae principiis, et omnis generis iura in vnum veluti ius, ceu mali coqui, confundendo. Quid? Ex his prognati sunt Iesuitae, *Scholastici* dicti *iuniores*, qui vniuersam hanc disciplinam corruperunt suis de probabilitate morali, de peccato philosophico, de reseruatione mentali, aliisque (β) pessi-

(α) Scientiam iuris naturalis vnam esse e philosophicis disciplinis, nec a quoquam, nisi valde philosopho, rite tractari posse, per se manifestum est. Non tamen id obstat, quo minus in Academiis doceri haec scientia possit a Theologis vel ICtis: idque factum esse, tot in *Grotium Pufendorfiumque* commentarii demonstrant. Quidni enim et ICto Theologoque liceat esse philosopho? Illorum tamen vterque cauere debet, ne aut Iuridicis aut Theologicis praeiudiciis istam disciplinam corrumpat.

(β) Aliquot exempla reperias in *Actis eruditorum* anni 1710. p. 443. sq.

pessimis doctrinis, quibus fundamentum subiecerunt *Solipsismum*, hoc est vtilitatem propriam suo cuiusque iudicio aestimandam, et hanc normam fecerunt actionum humanarum omnium.

XL. Protestantis igitur Ecclesiae philosophis relicta fuit sanctissimae vtilissimaeque huius disciplinae perfectio, fuitque post *Benedictum Wincklerum*, qui a. 1615 Lipsiae quinque libros (*q*) edidit *de principiis iuris* non prorsus contemnendos, primus *Hugo Grotius*, qui collectas e Scholasticorum innumeris paene operibus quaestiones Iuris naturalis in certa coëgit capita, de iisque philosophatus est. Vix igitur vlla fuerit illius Iuris controuersia, quam is non attigerit: sed iustum tamen disciplinae huius systema non confecit, nec rite positis principiis ad conclusiones progressus est, sed vagis indulsit meditationibus, quae tamen ob naturalem iudicii ipsius excellentiam plerumque sunt praeclarae. Et quantus is error est, quod Ius naturae pertractans ipsam et Dei et hominum naturae contemplationem omisit! Quanquam non magis *Grotii*, quam saeculi illius, hoc vitium est. Carebat videlicet ista aetas veri nominis tum Logica, tum Ethica: quibus ducibus qui caret, is haudquaquam valet recte formatum corpus Iuris prudentiae naturalis exhibere.

XLI.

(*q*) Id ignorasse *Grotium*, necesse est Nam Proleg. §. 1. et 36. scribit, se primum in formam disciplinae redegisse Ius naturale.

XLI. Prodiit paulo post *Grotium Thomas Hobbesius*, at vnam duntaxat partem Iurisprudentiae naturalis elaborans, illam, quae describit officia societatis ciuilis. Ac ipse quidem tam bene perfunctus sibi videtur hoc munere, vt (r) scribere non dubitet, *philosophiam ciuilem*, veram scilicet, *non esse antiquiorem suo illo* de ciue *libro*. Nec negari oportet, eum admodum tenacem esse methodi philosophicae, ac de multis philosophari peracute. Sed bonis illis tam multa mala sunt adiuncta, vt, *Politicam sceleratam* qui inscripserit opusculum illud, crimen ei calumniae minime sit metuendum. Quare *Grotio* palmam non potuit extorquere de manu *Hobbesius*, sed opus illius vbique exceptum fuit mirifico applausu, Professoribus Academicis id sedulo interpretantibus, et notas suas, quarum quidem pleraeque sunt vulgares, cupide vulgantibus.

XLII. Tandem vulgo Grotianorum se exemit *Samuel Pufendorfius*, nobilique suo ingenio vsus est ad philosophicum conficiendum Iurisprudentiae naturalis systema: quo fine non *Grotii* solum opus accuratissime perlustrauit, sed ea quoque, quae iusto acumine excogitarat *Hobbesius*, sua fecit. Etsi vero et expeditius et longius progressus est *Grotio*, acdo-

(r) In dedicatione Sectioni primae *Elementorum philosophiae* praemissa.

ac doctrinam de inceſtu, de polygamia, de falſiloquio, de Iure gentium, aliasqve, partim apertius, partim verius tradidit: ciuilis tamen Iuris praeiudicia non omnia exuit, ſed legum diuinarum eandem eſſe, ac humanarum, naturam ſupponens, poenasque naturales plane non animaduertens, officia item erga Deum excludens plures denique concluſiones haud deducens e claris principiis, ſed aequitati ſuae cerebrinae deferens arbitrium, ſatis oſtendit, nondum ſe penetraſſe ad intimos huius diuinae Iurisprudentiae (*rr*) receſſus. Quod ſi tempus illud, quod altercando cum theologis philoſophiae non ſatis peritis contriuit, tribuiſſet nouae eique intentiori conſiderationi Iuris naturalis, videtur multum praeterea lucis illaturus fuiſſe huic diſciplinae.

XLIII. Sed vltimus propemodum conatus perficiendae huius ſcientiae reſeruatus fuit *Chriſtiano Thomaſio*, qui initio *Inſtitutionibus*

(*rr*) Iuſta et acuta eſt, etſi non omnis λογομαχίας vacua, cenſura *Leibnitii* in *Pufendorfii Officium hominis et ciuis:* quam publice exhibuit aſſentiente auctore *Iuſtus Chriſtoph. Boehmerus* in *Programmatibus*, quas *Diſputationibus Grotianis et Pufendorfianis* praemiſerat, Helmſtadii 1716. coniuncte editis, p. 41 - 51. et hinc Diarium literarium Lipſienſe, cui titulus *Neuer Bücher-Saal*, T I. p. 837. ſq. Refutare quidem *Leibnitium* conatus eſt *Barbeyracius;* ſed hunc viciſſim refutauit, illum defendit *Branchuus* ICtus in ſuis *ad Ius Romanum Obſervationibus* a. 1721. emiſſis in Academia Lugdunenſi.

bus Iurisprudentiae diuinae editis sectatorem se et interpretem professus *Pufendorfii*, tandem longe meliora, etsi aliqua ex parte obscuriora, iecit *fundamenta iuris naturae et gentium*, abdicatis, quae adhuc ipsius animo insederant, praeiudiciis, adhibitoque discrimine *iusti*, *honesti*, ac *decori*. Quod discrimen cum sit momenti maximi, nec tamen mihi satisfaceret Thomasiana eius explicatio, noua posui fundamenta totius huius Iuris, eaque a. 1710. in *Actis eruditorum* (*s*) exhibui, non modo aliter constituens *discrimen iusti*, *honesti*, *aequi ac decori*, verum etiam Ius naturale dispescens in *absolutum* et *hypotheticum*, plurimumque tenebrarum hac distinctione dissiciens. Caeteri, qui post *Thomasium* de Iure naturae scripserunt, partim eius institerunt vestigiis, partim *Pufendorfii*: quorum duumuirorum illa praecipue doctrina, qua iura Principum (*t*) circa religionem ciuium, vel potius iura ciuium circa sacra, descripserunt, veteresque exitiales errores sustulerunt, et late manauit et magnam tranquillitatem attulit humano generi. De nouo conatu *Christiani Wolfii* concinnandi Corpus iuris naturalis aliter

(*s*) Supplem. T IV. p 410. sqq. *Gundlingius*, se ad haec mea principia suam *Iurisprudentiam naturalem* accommodasse, fatetur p 6.

(*t*) Aureus plane liber est *Pufendorfianus* ille de *habitu religionis Christianae ad vitam ciuilem*, cuilibet siue Theologo siue Politico legendus relegendusque.

ter sectarii iudicant, aliter eclectici. Nostrae breuitatis non est, tantam componere litem.

XLIV. *Historiam historiae* edidit (*u*) *Popelinierius*, Gallus, Gallico sermone. Sed pro historia studii historici exhibet recensionem historicorum. Edidit etiam *Ioannes Mich. Heineccius* (*x*) *Historiam historiae*. Verum nec haec Dissertatio suo respondet titulo speique legentium. Nam perfunctorie duntaxat ostendit, plerasque gentes et olim habuisse et nunc habere suarum rerum historicos: id quod iam *Huetius* manifestum fecerat in sua *Demonstratione* (*) *Euangelica*. Critici salis plenior est *Historia historiae*, quam a. 1728. ad me misit eruditissimus vir, *Io. Frid. Christius*, publicus nunc Lipsiensis Academiae historicus, quamque dignam duco, quae hic exhibeatur.

XLV. Primi mortalium, inquit, rerum gestarum monumenta aut nulla aut ruditer lapidibus, aris, columnis, molibus ponebant. Postquam literarum secreta vulgarentur, saxis et arboribus facta sua legenda sine dubio incidebant. Versibus tamen magis et compositis ad aures mulcendas numeris, quam libero sermone, quae antiquissimis illis temporibus

(*u*) De hoc libro vid. *Sorelius* Biblioth Franc. p. 303. sq. et *Placcius* in Theatro Anonymorum n. 2339. α, et *Bailletus* Iudiciorum T. II. p. 182. sq.

(*x*) Helmst. 1703. sex plagulis.

(*) Prop. IV. in capite *de libris Regum* §. I. p. 345. sq.

ribus consignata sunt, prodita esse, traditur. Alii contra figuras animantium pro literis amplexi, notis hieroglyphicis res gestas aut sacrorum ritus signarunt. Mox ad eloquentiam veram, oratione prosa exercendam, conuersi, rationem tradendarum rerum probatam Graeci, quantum scimus, primi tenuerunt. Romani a principio statim vt gloriae, ita et memorandorum, quae magnifice gesta fuerant, cupidissimi, fastis publicis, actis diurnis, tabulis aereis, statuarum, columnarum, templorum inscriptionibus studiosissime memoriam rerum suarum seruabant. Sed si in vulgus ea libris prodenda essent, solos primum Graecos imitati Graecis (*y*) literis scribebant; deinde et versibus (z) Annales orsi contexere, paulatim ad optima versi, res gestas scribendi rationem rectius prope, quam apud ipsos Graecos factitatum, excoluerunt. Quae literarum felicitas Italiam plurimum a bello Punico tertio ad Tiberii Caesaris vsque tempora illustrauit. Ea vero tempestate et vniuersam rem Romanam copio-

(*y*) Propterea *A. Albinus*, vir consularis, historiam Graece sibi scribendam putauit, et veniam, si id minus bene cessisset, praefatus est: propterea reprehensus a *M. Catone:* vereor, vt sat apposite atque aequa ratione. Testatur *A. Gellius* lib. XI. cap. 8.

(*z*) Quod vel *Ennii* exemplo patet. Occasionem mihi quidem ad hoc a rumentum scribendum suppeditauit *Calp. Churrerus* in Praefatione ad *Lamberti Schafnaburgensis* Historiam.

fissimis historiarum et annalium libris, grata casuum varietae, orationibus e fastis desumtis, quae certissima consiliorum argumenta pandunt, et omnibus eloquentiae lenociniis eleganter ornatis et distinctis, descriptam esse; et singula facta accuratis commentariis, et mores virorum Vitarum libris graphice et prudenter depictos, liquet. Insequente aetate cum et eloquentia amissa, et veritatis studium adulatione foeda suppressum esset, si *Tacitum* eximas atque *Suetonium*, insignium par animarum, cum quibusdam Graecis, praeter infelices epitomas, easque maximam partem ineptas, vix quicquam, quod ad historias, succreuit. Dudum enim elata eruditionis constantis gloria, discendi taedio ad compendia passim diuertentes, auctores habuerunt aut scribendi vsu atque facultate destitutos aut certe rerum imperitos. Postquam summa rerum Byzantium esset translata, iam obtinente re Christiana, non vt decebat, bonae literae, sed malae potius artes, mista superstitione, et obstetricante tristissima Imperatorum tyrannide, creuerunt. Hinc et illis temporibus rari scriptores boni. Post, iam ingruente per occidentem spissa barbarie, vix aliquid praeter exiles et anilium nugarum plenos Chronicorum libros, ab hominibus monachis infantibus, stupidis, et rei publicae imperitis, conscriptum est. Quo genere, quod nauseam citius cordatis, quam legendi

appe-

appetitum mouet, corruptam magis historiam, quam seruatam, dicas. Superioribus saeculis, renascente feliciter miro literarum amore, cum non sane poenitenda ingenia maiore longe molimine historiae tradendae opus aggrederentur, postquam eloquentia reuixisset, plerisque, quod susceperunt, non omnino male cessit, quibusdam et bene. Hodie lacertos acrius mouere coepit historia patriae auitae. Sed mouetur duntaxat: nondum etiam resurrexit.

XLVI. Hactenus doctissimus ille *Christius*, magnam initurus profecto gratiam, si diductius dilucidiusque hoc argumentum persequi voluerit. Ad historiae scribendae methodum pertinet, quod *Reinerus Reineccius*, Academiae Helmstadiensis historicus, primus in scriptis suis (*a*) laudauit fontes suos siue testes, et quidem ad singulas historiae particulas: id quod antea non erat moris, postea vero imitatores habuit tam multos, vt hodie vix quisquam historiae scriptor id negligat.

(*a*) Obseruauit hoc meritoque laudauit *Leibnitius* Introd. in T. I. Script. hist. Brunsuic. p. 1. In *Vita Mezeraei*, a. 1726. edita p. 18. traditur, *Scipionem Dupleix*, historicum Gallum, fuisse inter primos, qui auctores in Historia sua nominatim adduxerunt ad probandam factorum veritatem. Morem hunc nouum improbat, sed profecto iniuste, *Rol. Maresius* lib. I. epist. 2. p. 8. Cuius sententiam secutus est *Perizonius* in sua *Historia saeculi XVI.* merito ob id reprehensus a nonnullis. Vid. *Acta Philos.* T. I. p. 410. sq.

Dignum item memoratu, anno demum trigesimo primo superioris saeculi coeptas esse edi *Nouellas hebdomadarias politicas*, quam stylo veterum vocare licet *historiam diurnam* id quod cum me (*b*) docuisset *Carolus Sorelius* in *Bibliotheca* sua *Gallica*, nuper etiam didici e quinto Tomo 1729. edito *Historiae Academiae Regiae Inscriptionum*, et quidem e Vita *Eusebii Renaudoti* ibi exposita, auum eius, *Theophrastum Renaudotum*, primum a. 1631. Lutetiae cepisse consilium illas *Nouellas (Zeitungen, Gazetten,)* edendi, easque publicandi diuendendique priuilegium accepisse per Cardinalem Richelium. Ac asseruantur Gallicae illae Nouellae inde ad anno 1631. vsque ad annum 1694. in quinquaginta quatuor voluminibus in bibliotheca Electorali Hanouerana. Quod tamen modo dixi de ortu Nouellarum *hebdomadariarum*, mutare nunc cogor, postquam amicus quidam ad me misit semiplagulam Nouellarum ita inscriptam:

Num. XLVI. Anno 1628.

Ordentliche wöchentliche Post-Zeitungen.

Docebat me idem, se similes Nouellas vidisse anni 1626. Non itaque huius inuentionis laus Gallis debetur, sed Germanis: quos iam in saeculi decimi sexti vltimo decennio publicasse Nouellas et semestres et trimestres, et menstruas,

(*b*) Vid *Poecile* mea T. II p. 522. sq. Pluribus hanc rem persequitur *Meierus* in Praef ad Tomum primum *Actorum pacis executionis publicorum* p. 25. sqq.

ſtruas, liquido docuit *Io. Chriſtoph. Koecherus*, in edito Osnabrugae 1738. ſingulari Programmate. Adiicio, tales Nouellas ſaeculo decimo ſexto in Germania editas exhiberi ab *Hortledero* in Tomi ſui ſecundi *de bello Germanico* pluribus capitibus.

XLVII. Studii *Genealogici* fata ſingulari libro expoſuit *Reimmannus*. *Geographiae hiſtoriam* tribus libris (*c*) perſecutus eſt *Eberhardus Dauid Hauberus*. Hiſtoriam *artis Heraldicae* petas licet e *Schmeizelii* Prolegomenis (*d*) ad *Artem heraldicam* a. 1723. emiſſam.

XLVIII. De ſcientiae artisque *medicae* Medicorum item inſignium, hiſtoria bene, melius, optime meritos recenſuit diligenter *Voglerus* in (*e*) *Introductione in notitiam ſcriptorum*, ſed longe diligentius *Fabricius* in *Bibliotheca* (*f*) *Graeca*, ipſemet eodem in opere (*g*) exhibens *Elenchum medicorum veterum* ſingularis induſtriae admiratione dignum

T 5

(*c*) Hi recenſentur in *Actis eruditorum* 1724. p. 138. et 1730. p. 236. ac 552.

(*d*) Sect. VII. p. 43. ſqq.

(*e*) Cap. VIII. vbi et plura in *Vanderlindii de ſcriptis medicis* opere παρεργάματα obſeruauit. Conf. *Baelii* Diction. v. *Vanderlinden*.

(*f*) Lib. VI. Cap. 7. §. 20. p. 726. ſqq. Mentionem tamen omiſit *Gilberti Philareti*, quem *Vitas Medicorum* edidiſſe, teſtis eſt *Miraeus* lib. de ſcript. ſaeculi XVI. cap. 98.

(*g*) Cap. I. p. 17-456.

gnum. Dolendum vero, non editum esse ab *Henrico Meibomio* patris sui, *Ioannis Henrici*, opus *de vitis medicorum*, quod tamen edituram se receperat in *Addidamentis* (*h*) *ad Voglerum*. Nouissime *Historiam medicinae* accuratissima industria confecit adiutore *Christiano Wilhelmo Kestnero*, ediditque clarissimus ille polyhistor, *Gottlieb Stollius*, qui et *cap. I. §. 9.* scriptores laudat historiae Medicae; quibus aggregari oportet *Ioan. Henricum Schulzium*, cuius prima Pars huius historiae ab eruditissimo quoque ita est excepta, vt, *apud omnes ortum esse maximum desiderium secundum quoque operis illius Tomum euoluendi*, dicatur in *Actis* (*i*) *eruditorum*. Prodiit etiam nuper quatuor in voluminibus *Mangeti Bibliotheca scriptorum Medicorum veterum ac recentium*, *ordine alphabetico digesta*. Commemorari etiam meretur *Werlhofii* Dissertatio (*k*) *de Medicis priscis sectae methodicae*, *Heisteri* (*l*) *Historia studii anatomici*, *Phil. Iac. Hartmanni* Disquisitiones historicae *de re anatomica veterum*, Regiomonti 1693. editae, et *Schmidii* Disputatio (*m*) *de Germanorum in studium anatomicum meritis*. *Conringius* quoque, praeterquam quod historiam studii Medici

(*h*) p. 191. sq.
(*i*) A. 1729. p. 266.
(*k*) Vid. *Annales Acad. Iul.* Sem. V. p. 71. sqq.
(*l*) Ibid. P. I. p. 123. sqq.
(*m*) Ibidem Sem. V. p. 153. sq.

Medici expoſuit in *Introductione* ſua *in artem medicam*, etiam *lib. I de medic. Herm. capite nono* toto illuſtrat artis ſalutiferae hiſtoriam, ibidemque *lib. II. cap. 14.* et *15.* itemque *lib. I. cap 3.* perſequitur hiſtoriam Chemiae. Quae praeſcripto *Salomonis Cellarii* nomine a. 1701. prodierunt *Antiquitates Medicae*, ſua ex officina profectas eſſe, pro ſuo candore non diſſimulavit in Dedicatione pater, clariſſimus ille *Chriſtophorus*. Liceat et hoc addere, a memet ipſo fuiſſe (*n*) expoſitam hiſtoriam belli illius, quod *Guilielmo Harueo*, laudatiſſimo illi *Circulatori*, hoc eſt, circulationis ſanguinis (*o*) primo obſeruatori, intulerunt artis ſuae ſocii, *Harueo* non repugnante victi ab ipſa veritate. Proximo tempore prodiit *Bernh. Albini* Oratio de incrementis et ſtatu artis medicae ſaeculi decimi ſeptimi, 1711. edita, *Io. Henr. Schulzii* Compendium Hiſtoriae medicinae a rerum initio ad Hadriani Auguſti exceſſum, 1742. *Chriſtiani Wilhelmi Keſtneri* Mediciniſches Gelehrten-Lexicon, 1740. Eiusdem kurzer Begriff der Hiſtorie der Mediciniſchen Gelahrheit, 1743. et *Bibliotheca medica* (addere potuiſſet *critica*,) ampliſſima, ſumma induſtria et concinnitate compoſita, 1745. etſi ſequen-

(*n*) In *Actis Philoſophorum* T. II. p. 616. ſqq. vbi et p. 652. ſq. exhibui inſcriptionem ſtatuae ipſi in Collegio Medicorum Londinenſi poſitae.

(*o*) *Perraltus* Gallus in carmine quodam circulationem ſanguinis vocauit *le Meandre viuant-qui coule dans les veines:* quam appellationem incomparabilem cenſet *Menagius* in Menagianis T. II. p. 5. ſq.

quentem annum titulo inscripsit bibliopola. Scientiae Botonicae historiam literariam a.1737 exhibuit *Siegesbeckius* in *Sciagraphia Botanosophiae* Petropoli edita. Amplior est *Io. Franc. Seguierii* Bibliotheca Botanica 1740. emissa: cui adiuncta est, quae iam 1657. prodierat Bononiae, Bibliotheca Botanica *Io. Ant. Bumaldi.* Denique *Albertus Hallerus* in Praef. ad *Enumerationem methodicam stirpium Heluetiae*, 1742. editam, diligenter enumerat omnes eos, quibus curae fuit indagare plantas Heluetiae: ac post eam catalogum exhibet 268. librorum Botanicorum, et praeterea 78. Dissertationum huius generis Academicarum.

XLIX. *Iuris prudentiae ciuilis* historiam literariam curiose pariter et copiose persequitur in *Polyhistore* suo *Iuridico Morhofius*, et eum in (*p*) *Latina*, tum in *Graeca* (*q*) *Bibliotheca Fabricius.* Historiam vero Romani (*) Iuris praecipuarumque legum, vitas item eminentium cuiusuis aeui ICtorum, miro iudicio, summa diligentia, et politissimo dicendi genere descripsit in opere saepius edito, quod *Origines Iuris ciuilis* inscripsit, *Ianus Vincentius Gravina*, non iis solum, qui ante ipsum tractarunt hoc argumentum, superior, sed etiam illis, quibus postea descendere in hanc arenam libuit No-

(*p*) Lib. IV. cap. 9. et 10.

(*q*) Lib. VI. cap. 6.

(*) *Io. Douiatii Historiam Iuris ciuilis Romanorum*, Lutetiae 1678 editam, esse plagio surreptam aliis docet *Ioseph. Aurelius de Ianuario* in *Rep. ICtorum* p. 110.

Nouissimus *Historiam Iuris Romano Germanici* (*r*) edidit *Io. Salomo Brunquellius*, ICtus Ienensis, hinc Gottingensis, qui et in Dissertatione praeliminari §. 47-61. caeteros nominat historiae huius iuris scriptores, eos quoque §. 62. laudans, qui *Bibliothecas* composuerunt *Iuridicas. Iuris ecclesiastici et Pontificii historiam* eximio complexus est opere *Gerhardus Mastrichtius:* cuius collectaneis (*s*) magnam affudit lucem *Thomasius* in *Cautelarum circa praecognita Iuris ecclesiastici* capite XVIII. et quinque sequentibus. *Boehmerus* quoque in *Iure* suo *ecclesiastico* (*t*) breuem nobis dedit Canonici Iuris historiam, eandemque *Struuius* intexuit suae *Iuris Romani Historiae.* Vitas ICtorum post *Bernhardinum* (*u*) *Rutilium* concinnarunt plures, quos a. 1721. coniunctos edidit celeberrimus ICtus, *Christianus Gothofredus Hofmannus.* Vnam decadem vitarum clarissimorum ICto-

(*r*) Altera eius eaque auctior editio prodiit Amstelodami 1730. Ex hoc tempore illustris Francofurtensis Academiae ICtus, *Christ. Gottfr. Hofmannus*, tuam edidit multa laude conspicuam *Historiam Iuris Romano-Iustinianei.* Ac. 1745. in lucem emissa est *Stollii Historie der Iurisprudenz Gelahrheit:* de qua iudicium profertur in *Gel. Zeit.* eiusdem anni p. 454. sq.

(*s*) Obseruat enim in Praefatione nouae huius operis editionis praefixa *Thomasius*, ac simul dolet, *Mastrichtium* magis ex collectione, quam ex ingenio et iudicio suo, historiam hancce conscripsisse.

(*t*) Lib. I. tit. 2.

(*u*) Huius opus merita laude prosequitur *Reimmannus* in idae antiquitatis literariae §. 18. p. 33. sqq.

ICtorum Lipsiae 1668 ediderat *Frid. Iac. Leickherus:* cuius vestigiis insistens *Christian. Gottlieb Buderus* (*x*) alteram decadem 1722. emisit, tertiam simul pollicitus. Praetero *Petri Taisandi* Vitas ICtorum prope quingentorum, Gallico sermone a. 1721. editas, recensitasque potius quam laudatus, in *Actis* (*y*) *eruditorum.* Non est hoc loco excludenda amoenissimae elegantiae plena fabula satyrica *Iosephi Aurelii de Ianuario*, inscripta *Resp. ICtorum*, et post primam editionem, Neapoli factam, statim recusa Lipsi 1733. Hoc enim in libello de plerisque clarioris famae ICtis feruntur iudicia, notato inprimis plerorumque more plagiario.

L. Historiam *Theologiae* scripserunt *Forbesius*, *Io. Wilh. Baierus*, *Basnagius*, *Reimmannus*, vt praeteream, qui omnino huc pertinent, historiae scriptores ecclesiasticae, quibus singulare opus, a *Schmidio* et *Hasaeo* auctum et ad finem perductum, dicauit *Caspar Sagittarius.* Etiam *Gottfridi Arnoldi Historia Theologiae mysticae*, ad historicam supellectilem quod attinet, inter meliores libros connumerari meretur. *Moralis Theologiae* historiam haud inconcinne persecutus est *Io. Mich. Langius*, eamque adiunxit *Io. Conr. Dürrii Compendio Theologiae moralis* 1698 edito. Breuiter eandem et acute descripsit *Alb. Feldenius* in Praef. ad suas *Institutiones* huius Theologiae; cui vtinam elaborare et

(*x*) Idem a. 1723. edidit Vitas veterum aliquot ICtorum contextas a *Io. Strauchio*, ICto summo.

(*y*) Suppl. T. VIII. p. 417. sqq.

et in lucem proferre licuiſſet, quam ibi pollicebatur, *Hiſtoriam criticam Scriptorum Theologiae moralis*. Nec eſt contemnendus *Morhofii Polyhiſtor theologicus*, vnico licet concluſus capite, et ab homine profectus non inundato literis theologicis. Longe tamen praeſtat *Buddei Iſagoge hiſtorico-theologica*, in qua et fata exhibentur ſingularum Theologiae partium et praecipui adducuntur ſingulis in claſſibus ſcriptores. Maximo igitur iure hoc opus (z) appellaueris *Polyhiſtorem Theologicum*, et, qui titulus ei tribuitur in *Actis* (a) *eruditorum*, *pleniorem hiſtoriam literariam totius Theologiae*. Dedit quidem et *Pfaffius* tripartitam *Introductionem in Hiſtoriam Theologiae literariam*, ſed ipſe tandem in tertii Tomi praefatione agnouit, *Bibliothecam* potius *Theologicam* inſcribendum ſibi hoc opus fuiſſe. Nam e. g. *lib. IV. §. 4. p. 184. ſqq.* ſcriptores nominatim laudauit *hiſtoriae dogmatum Theologicorum*, ipſam illam hiſtoriam ipſe non concinnauit. Permultum tamen viro celeberrimo debetur congeſtae illius bibliothecae theologicae nomine: nec ſua ſunt fraudandi laude *Ioan. Chriſtoph. Dornius* ac *Io. Chriſtoph. Wendlerus*, quorum hic optime ſpei *Prodromum* edidit *Bibliothecae Biblicae*, id eſt, exegeticae: ille perfecit emiſitque *Bibliothecam Theologicam* vni-

(z) Hoc opus cum perpetuo applauſu recenſetur in *Bibliotheque raiſonnée* T. I.

(a) A. 1727. p. 434.

vniuersalem (*b*) *criticam*. Accessit 1739. *Historia Theologiae Stolliana*.

LI. Caeterum caue in tanto literis operantium strepitu credas, in omnibus iam disciplinis eo fastigii peruentum esse, vt incrementis nullus sit locus relictus. Quod si quis hoc in errore versatur, reuincere eum potest *Francisci Baconis Verulamii* nouem libris constans (*c*) opus *de augmentis scientiarum*: quod cum iam per integrum saeculum exstet, tamen vera est querela (*d*) *Buddei*, in plerisque artibus ac scientiis idem adhuc iure desiderari, quod ille suo iam desiderarit tempore. Meretur cum *Verulamio* coniungi *Thomasius*, qui

(*b*) Ipse in Praef. hoc suum opus, duobus constans Tomis, titulo *Polyhistoris Theologici* vult insignitum. Quam de hoc opere sententiam nonneminis exhibet *Coleri Bibliotheca Theologica* T. I. p. 97. eam esse iustissimam, proprii me docuerunt oculi. Ipsum vero illud *Coleri* opus meretur titulum *criticae bibliothecae theologicae*, itemque *Loescherianum Diarium theologicum*. In vtroque enim recentissimi Theologorum libri non solum recensentur, sed et censurae subiiciuntur.

(*c*) Non moueor superiori iudicio *Conringii* de hoc opere, quod exstat in *Conringianis* p. 76. et 77. edit. secundae. Nam *Conringius*, vir caetera summus, tanto amore complectabatur Aristotelem philosophiam, vt ferre non posset vllum, qui vel sibi sapere videretur supra Aristotelem, vel melius quid Aristotelica philosophia excogitari posse credebat. Vid. eius de Aristotele sensus in *Actis Philosoph.* T. II. p. 714. sq. Rectius de Verulamiano illo opere iudicat *Bierlingius* in *Methodo studiorum* cap. I. §. 23.

(*d*) In praefat. ad *Artem cogitandi* p. 15.

qui singulari libro circa quoduis studiorum literariorum genus cautiones praescripsit; itemque *Bierlingius*, qui in suis a. 1711. editis *Lineamentis methodi studiorum* optima exhibuit consilia ad rite tractanda literarum elegantiorum, philosophiae et historiae studia.

LII. Non videtur haec dimittenda occasio, paucis docendi, fortunam reip. coniunctam esse cum fortuna rei literariae, literisque vigentibus ciuitatem (*e*) bene beateque se habere, oppresso contra literarum studio remp. simi lem esse orbi (*f*) sole carenti. Vult enim DEVS, esse homines animalia rationalia. Iam cum tam vitiosus natura sit intellectus humanus, vt, si non repurgetur et emendetur, miserrimum esse genus humanum necesse sit, salutem eius a luce literarum pendere, manifestissimum est. Recte proinde dixeris, felicitatis

(*e*) Mirari libet, in plerisque Systematibus et Compendiis Politicae non reperiri singulare caput *de prudentia Principum circa scholas et literarum studia*. Laude igitur dignus est *Barbeyracius*, qui a. 1715. Dissertationem edidit *de vtilitate literarum in rep.* quae recenetur in *Hist. crit. de la rep. de lettres* T. IX. p. 154 sqq. Etiam in Catalogo bibliothecae Thuanae T. II. d. 410. memoratur *P. Bulengeri* Oratio *de vtilitate, quae ad populum redit e scholis*.

(*f*) *Conringius* Praef. ad Antiq. Acad. editionis secundae: *Ciuitas nulla est felix, si eruditione fuerit destituta, artium insignium et literarum rudis*. *Muretus* Vol. I. Orat. 2. p. 15: *Absolute nulla ciuitas florere potest, nisi in qua literarum cultura viget*. Add. *Morhofius* Polyhist. lib. II. cap. 2.

tatis publicae matrem esse *sapientiam*, nutricem *virtutem*. *Sapientia* autem floret, vbi lectitantur libri a sapientibus veteris aeui viris scripti: ad quam rem Hebraicae, Graecae Latinaeque linguae opus est notitia. *Sapientia* floret, vbi philosophia rite excolitur, quippe quae homines reddit animalia rationalia, quae errores exterminat, publicam (*g*) turbantes tranquillitatem; quae Principes (*h*) eorumque ministros veris imbuit principiis politicis, quae ciues componit ad virtutem (*i*) colendam, imo animos praeparat ad (k) Christianae virtutis studium. *Sapientia* denique floret, vbi (*l*) histo-

(*g*) Vnus philosophus, *Paulum Sarpium* dico, plus profuit reip. Venetae, quam sine eo maximus profuisset exercitus.

(*h*) Si medio aeuo vera in aulis regnasset Politica, non potuisset Papa Principes facere ciuium suorum anthropophagos. Vt adeo exilium philosophiae omnino sit pestis reip.

(*i*) *Cicero* de sen. cap. 1: *Nunquam satis laudari digne poterit philosophia, cui qui pareat, omne tempus aetatis suae sine molestia possit degere.*

(*k*) Christiana enim religio nihil est aliud, quam philosophia perfecta. Vnde recte eam veteres κατ' ἐξοχὴν vocarunt *philosophiam*. Vid. Acta Philos. T. I. pag. 80. sq.

(*l*) *Erycius Puteanus* Dedic. Hist. Insubricae: *Principum praecipue interest, vigere studia historica.* Observatuque dignum, eos Principes, qui eruditione fuerunt insignes, optimos fere fuisse et maximos, vereque dixisse Orat. pro Archia cap. 7. Tullium: *multos fuisse homines excellenti animo ac virtute sine doctrina, naturae ipsius habitu*

historia, lux illa veritatis, in omni fulget disciplinarum genere. Consideremus iam quaeso, an, si viguisset medio illo aeuo historia ciuilis et (*) ecclesiastica, Papatus opprimere potuisset Principes, ecclesias, et scholas? imo, an exoriri potuisset Papalis illa (*m*) pantocratia? an, si philosophia et moralis et politica floruisset, fieri potuisset, vt monachismus nasceretur et inualesceret, tantasque importaret reipublicae calamitates? an, si linguarum studium caluisset, Christianae theologiae succedere potuisset turpissima superstitio, erumpens in excommunicationes Principum, in expeditiones cruciatas, in dominatum in conscientias, in caedes hominum vero nomine Christianorum,

habituprope diuino, sed, cum ad naturam eximiam accedat ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum praeclarum quid et singulare solere existere. Quantum, quaeso prudentia praepolleat necesse est ille Princeps, qui ciuilis et prudentiae et imprudentiae exempla plurima, ex historicorum monumentis hausta, habet ob oculos, adeoque ex aliis didicit, quid ex vsu sit sibi!

(*) Sub regno Papae medii aeui maxime studium Historiae ecclesiasticae et Politicae philosophicae emortuum erat. Scilicet mors harum duarum disciplinarum est vita Papae, vita earum est mors vel pestis Papae et Papatus.

(*m*) *Edm. Richerius* de potest. eccl et polit. cap. 9. p. 174. *Lapsu demum temporis, cum omnes Christianae nationes summis ignorantiae tenebris consopitae detinerentur, Romani Pontifices absolutam auctoritatem omnia decernendi collegerunt, praecipue a Gregorii VII. temporibus.*

rum, in mala denique infinita et innumerabila? an, si Logica tum exstitisset veri nominis, praeiudicium auctoritatis ita caecos reddere potuisset plerosque omnes, vt album esse nigrum, nigrum esse album crederent?

LIII. *Sapientiae* autem studium sequi *virtutis* culturam, certe publice vtilissimam virtutis (*) speciem, ea, quae modo dixi de philosophiae fructibus, demonstrant, recteque (*n*) poëta: *Artibus ingenuis pectora mollescunt asperitasque fugit.* Summo itaque iure literarum studia vocarunt veteres Romani *studia* (*o*) *humanitatis*, testisque est historia, gentes illas, in quibus literis strenua nauata fuit opera, et fuisse et nominari consueuisse (*p*) caeteris *moratiores*. Imo testem habemus propriam experientiam, omnium ordinum homines hac tempestate, qua in aulis, in cathedris, in curiis, in templis, imo in exercitibus literati homines abundant, cum imperantes, tum ciues, longe

(*) Verum quidem est tritum illud: *Video meliora proboque, deteriora sequor:* neque adeo iudicium mentis sanum semper sequimur, prauo videlicet affectu acti in transuersum. Eam tamen vim habet veri honestique cognitio, vt velimus videri homines honesti, fugiamusque magnopere speciem famamque barbariei turpisque malitiae.

(*n*) *Ouidius* e Ponto I. 6. 7. Idem II. 9. 47: *ingenuas didicisse fideliter artes emollit*, caetera.

(*o*) Vid. *Acta Philos.* T. II. p. 221.

(*p*) Ibidem p. 244. sqq.

longe esse mitiores tractabilioresque, quam eos fuisse legimus in magno illo barbariei interregno, quod praecessit Reformationem *Lutheri*. Sapienter proinde ille *Sapientis* cognomine inclutus Saxoniae Elector, Fridericus, (*q*) censuit, *vt scholae floreant rectèque se habeant, tantum interesse reipublicae, nullius vt rei magis*: nec minus vere (*r*) *Melanchthon*: *Est omnino*, inquiens, *vis maior literarum, quam vulgo existimant. Neque enim religionis ornamentum aliud splendidius est, et ciuilis rerum status prorsus a literis pendet.* Imo iam olim (*s*) *Symmachus*: *Hoc specimen est*, inquit, *florentis reipublicae, vt disciplinarum professoribus praemia opulenta pendantur.* Audite, hoc, Principes! audite, Principum amici!

LIV. Intelligimus hinc etiam, cur temporibus *Lutherum* secutis Papatus ipse factus sit humanior, multumque mutatus (*t*) ab illo Papatu, qui antecessit instaurationem literarum.

(*q*) Apud *Tenzelium* Hist. Reform. P. II. p. 593. et 460.

(*r*) In Abb. *Fabricii* Hist. suae Bibliothecae T. I. p. 395.

(*s*) Lib. I. epist. 79.

(*t*) Exstat singularis Dissertatio *Io. Frid. Mayeri* de vtilitate, quae ad Ecclesiam Romanam redundauit ex Reformatione Lutheri. Edita est Wittebergae 1684. atque iterum 1698. multo auctior. Idem argumentum attigit pererudite *E. S. Cyprianus in Apologia Reformationis Lutheri* cap. XII.

Puduit scilicet Papicolas suae nuditatis ac ruditatis, accedenteque aemulationis sensu, ipsi quoque omnis generis tractare coeperunt literas, cum sacras, tum profanas. Nec dubium nobis est, quamprimum diuino beneficio iugum Romani hieromonarchae excusserint, etiam illorum respublicas habituras esse, quam parcam nunc habent, effusissimam et philosophiae et theologiae lucem. Interea gaudemus et gratulamur iam, *Launoios Richerios, Dupinios, Quesnellos* tantum tenebrarum eieciſſe ex ipsorum religione et ecclesiastica historia, ex ipsorumque iure politico pariter et ecclesiastico, vt etiam Catholicae religioni addicti Principes eorumque ciues extimescere desinant iras ac Diras Romani Pontificis, ipsaque plebs tam reddita sit sapiens, vt, si hodie ad ipsos redeat *Tecelius* aliquis, ne inter vetulas quidem vllam inuenturus sit emtricem suarum mercium.

LV. Scilicet sacra veritas a *Luthero* eiusque sociis patefacta et in apricum producta tantum lucis etiam in Pontificiam Ecclesiam effudit, vt eorum doctissimus quisque in Ecclesia quidem sit Romana, sed non, vt ipsorum stylo vtar, de Ecclesia Romana: et aeque, vt olim Cicero Romae viuens, Romana sacra contemnat, videns videlicet meliora probansque. De eruditis saeculi decimi sexti Gallis id iam obseruaui in Praef. ad *Sammarthani Elogia* §. XIX. De suae aetatis eruditioribus Pontificiis idem testatur *Rich. Simonius* hisce

(*u*) ver-

(*u*) verbis: *Croiez moi, les personnes habiles de notre Communion ne sont pas si eloignées de vos principes, que vos gens* (loquitur de Protestantibus,) *se l' imaginent.* Quam ex animi sententia Pontificius fuerit *Renatus Massuetus*, Benedictinus Parisiensis clarissimus, ex eo apparet, quod in epistola quadam, nuper a Schelhornio euulgata, vere et γνησίως Pontificios appellat (*x*) contemtim *Infallibilistas.* Diuidi igitur oportet Ecclesiam ipsorum in partem γνησίως Pontificiam et in partem Nicodemicam: qua in parte ex ipsis Papis fuisse *Innocentium XI.* credendi causas nonnulli (*y*) afferunt haud leues. Adde, quae nuper *Courayerius* in Historia controuersiae suae *cap. X.* scripsit de essentia Catholicismi siue de hominis in Ecclesia Romana viuentis libertate dissentiendi a publicis erroribus. Denique multos Pontificiae Ecclesiae adscriptos e somno credulitatis excitatos fuisse per duos illos triumphos, (Iubilaea dico) quos a. 1717. et 1730. egit victrix Protestantis Ecclesiae veritas, mihi dubium non est: ac potissima haec videtur fuisse (*z*) causa, qua permoti

(*u*) T. I. Epist. sel. 31. p. 275. Conf. Epistola subsequens p. 277.

(*x*) Amoenit. liter. T. XIII. p. 305.

(*y*) Vid. *Missonii* Iter Ital. edit. Germ. p. 730. 764. 894. et *Baelii* Dictionarium.

(*z*) Confirmat hanc meam sententiam suo suffragio *Colerus* in Bibliothecae suae Theologicae Supplemento XV. p. 238. 239.

multi Salzburgensis Archiepiscopi ciues nostra in castra transierunt. Qui et ipsi pluribus Salzburgi doctis incolis occasionem praebuerunt sapiendi perspectius. Hi autem cum aliquamdiu fuissent Nicodemi, tandem publicae liti fuerunt impliciti, quam iucunde cognosces e *Vindiciis aduersus sycophantas Iuuauienses*, 1741. editis: ad quas qua claue opus est lectoribus, eam exhibui in subsequentis anni *Gottingensibus Nouellis* (a) *literariis*.

CAPVT VI.

DE

NOTITIA LIBRORVM.

Σύνοψις.

Optima via perueniendi ad notitiam librorum I. *De catalogis librorum*, II. *De bibliographiis varii generis*, III *De menstruis librorum recensionibus*, IV. V. VI. VII. VIII IX. *Cautiones circa eruditorum de libris iudicia obseruandae*, X. *De criteriis eruditi libri*, XI. *De optimo libro in vnoquoque genere, item de optimo cuiusque auctoris libro*, XII. *De librorum MSS. notitia*, XIII. *De protographis fictitiis*, XIV *De Inscriptionibus antiquissimis*, XV. *De vetustissimis nummis*, XVI. *De optimis librorum editionibus*, XVII. *De antiquissimis librorum editionibus quid sentiendum*, XVIII. *De librorum castratione*, XIX. XX. XXI. XXII. *Iudicia de editionibus auctorum classicorum*, XXIII. XXIV. XXV. XXVI. *De libris rarioribus, raritatisque causis*, XXVII. XXVIII. *Scriptores de libris rarissimis*, XXIX. *Exempla libro-*

(a) A. 1742. p. 492. sqq. Ibidem p. 409. sqq. ipsas illas *Vindicias* recensui.

librorum huius generis, XXX.XXXI. *De phoenicibus librorum*, XXXII. *De libris raris atheorum*. XXXIII. *anti-Scripturariorum*, XXXIV. *monarchomachorum*, XXXV. *De scriptoribus pseudonymis*, XXXVI. Hippolithus a Lapide *clarum in lucem producitur*, XXXVII. *De pseudonymo* Thoma Crenio, XXXVIII. *De scriptoribus anonymis*, XXXIX. *De libris posthumis*, XL.XLI. XLII. *De prudentia scribendi libros post mortem demum auctoris edendos*, XLIII. *De causis hodiernae librorum nouorum multitudinis*, XLIV.

I.

Vti superiori capite supersedendum mihi duxi descriptione historiae singularum disciplinarum, (vna atque altera excepta,) cum id negotii rectius permittatur earum doctoribus, qui magno discipulorum commodo suae quisque scientiae fata post absolutam eius tractationem exponere possunt; sic nunc itidem statuo, optime consulere auditoribus suis professores, qui suae quisque disciplinae scriptores praestantissimos confecto eius cursu enumerant, et, quid de quoque sit existimandum, docent. Non minus bene ii sunt de suis auditoribus promeriti, quibus placuit, eorum in conspectu suam perlustrare bibliothecam, deque singulis libris notatu digniora edisserere. Fecit id *Iac.* (*) *Thomasius* et (**) *Scherzerus*

V 5 et

(*) Supersunt adhuc eius hac occasione factae recensiones librorum ineditae 1698: id quod docet Index meditationum MSS. ab eo relictarum, qui subiunctus est ipsius *Originibus Historiae philosophicae et ecclesiasticae*, p. 229.

(**) Huius *collegio bibliothecario* se interfuisse, scribit *Mayerus* in Disp. *de lenitate Melanchthonis* p. 38.

et *Ittigius* Lipsiae, *Schurzfleischius* Wittebergae, *Io. Fabricius* Altorfii et Helmstadii: ac postremus hic ea occasione edidit bibliothecae suae luculentam historiam, sex voluminibus constantem, et historiae literariae studiosis de meliori nota commendandam. Cuius vestigiis insistens *Iac. Frid. Reimmannus* a. 1731. edere coepit *Catalogum librorum suorum systematico-criticum*, suumque cuique libro apposuit iudicium, satisfacturus historiae literariae studiosorum desiderio, si telam istam pertexere haud fuerit grauatus. Ac *secundus* eius *Tomus*, quo libri ad Historiam literariam generalem pertinentes continentur, a. 1739, in publicum prodiit. *Tertius*, quem vltima adhibita manu reliquit, a filio emissus est a. 1747. Postea inde ab anno 1733. vsque ad annum 1743. octodecim in fasciculis suae bibliothecae librorum recensiones *Stollius* criticas euulgauit. Tum anno 1740. et 1741. pari industria libros bibliothecae suae theologicos recensuit *Mich. Lilienthalius*. Nobis quidem generatim hic via est aperienda, qua ad optimorum notitiam librorum peruenitur.

II. Praeter igitur eam, quam dixi internoscendi libros occasionem, tres patent viae ad consequendam librorum notitiam: quarum prima bona est, altera melior, tertia optima. Primum igitur perlustrandi sunt Catalogi praecipuarum bibliothecarum, e. g. Bodleianae, Thua-

Thuanae, Tellerianae, Lugdunenſis in Batavia, Heinſianae, Carpzouianae, Schraderianae, Maſtrichtianae, Menckenianae, Vffenbachianae, Gundlingianae, I. A. Fabricianae, Cyprianicae, Ludewigianae; item Catalogi librorum a bibliopolis emiſſi, inter quos nouitas librorum maxime commendat Catalogos (*a*) in Francofurtenſibus et Lipſienſibus nundinis euulgari ſolitos.

III. Rectius ſibi conſulunt, (en viam ſecundam!) qui eos perluſtrant catalogos, quos viri docti ſingulis in diſciplinis adornarunt, eos, qui vnoquoque in ſcientiae genere editi ſunt, libros recenſentes. Sunt inter hos nonnulli, qui iudicia de libris immiſcent, ſterilibus nomenclatoribus ſine dubio praeferendi. Primus in hoc genere elaborauit *Conradus Gesnerus*, de cuius Catalogo librorum vniuerſali adeatur *Struuii* (*b*) *Introductio*, qui et (*c*) de *Boldua-*

(*a*) Docet nos *Miraeus* lib. de ſcript. ſaec. XVI. cap. 127. et ex hoc *Labbeus* Bibl. Biblioth. p. 112. et ex hoc *Reimmannus* Hiſt. liter. T. I. p. 203. et T. V p. 765. primum *Georgium Willerum*, bibliopolam Auguſtanum, A. 1546. publicaſſe Catalogum librorum nundinarium Francofurtanum, eaque re et bibliopolis et literatis multum profuiſſe.

(*b*) Cap. I. §. 20.

(*c*) §. 21. De Geſneriani operis continuatore, *Ioach. Meisnero* vid. *Boſius* Introd. ad notit. ſcript eccl. cap 4. §. 3 Simile opus a. 1710. in epiſtola Ienae edita promiſit Huſſelitius quidam. Sed caruit conatus hic ſucceſſu

Bolduani, *Draudii*, atque *Lipenii* Biblioth ecis legi meretur. A. 1731. edita est Lutetiae *Alphonsi Ciacconii* (*) *Bibliotheca libros et scriptores ferme cunctos ab initio mundi ad annum 1583.* cum obseruationibus *Francisci Dionysii Camusati*, complexta et nuper restituta (**) a *Kappio*. Addo *Herzii Bibliothecam Germanicam*, id est historicorum Germaniae, *Longi Bibliothecam historicam Galliae*, *Sagittarii* Bibliothecam historiae ecclesiasticae, quam inscripsit *Introductionem ad historiam ecclesiasticam*, *Dornii* (*d*) *Bibliothecam Theologicam*, *Schwindelii* (*e*) et *Scheteligii Bibliothecam Biblicoexegeticam*, *Naudaei Bibliographiam politicam*, item *militarem*,

cessu. De *Draudii Bibliotheca* addo iudicium *Hottingeri* Biblioth. quadrip. P. IV. cap. 6. p. 429. censentis, *eam studiose potius, quam iudiciose collectam esse.* Vid. *Morhofius* Polyhist. lit. lib. 1. cap. 18. §. 13.

(*) Recensetur in *Journal des Scavans* T. 97. p. 238. sqq. in cuius recensionis altera editione, Amstelodami facta, *Camusatus* responsiones suas adiecit ad animaduersiones censoris Parisini.

(**) Vid. *Kohlii* Noua literaria 1745. p. 17 - 21.

(*d*) Etiam *Ioach. Langius* bibliothecam theologicam exhibet in suis *Institutionibus studii theologici literariis*. *Pfaffiana* quoque *Introductio in Historiam Theologiae literariam* nihil est aliud, quam bibliotheca theologica.

(*e*) Extat etiam *Wendleri Prodromus* talis bibliothecae a. 1721. publicatus, qui hoc vno adhuc mihi non satisfacit, quod tamdiu manet, vt Logice loquar, relatum sine suo correlato.

rem, *Scheurlii Bibliographiam* (*f*) *moralem*. *Fabricii Bibliographiam antiquariam*, eius denique *Bibliothecam scriptorum de veritate religionis Christianae*, *Struuii Bibliothecam philosophicam*, (quam et meliorem et nitidiorem et instructiorem a. 1727. dedit *Io. Ge. Lotterus* et a. 1740. *Kahlius*) *historicam*, *iuridicam*, *et numismaticam*, *Gryphii* librum *de scriptoribus saeculi XVII. historicis*, *Arndii Bibliothecam politico-heraldicam et aulico-politicam*, *Hubneri* iunioris *Bibliothecam genealogicam*, *Io. Nic. Frobesii Bibliographiam Logicam*. Noribergae a. 1738. et 1739. vulgauit quatuor tomis quidam illius vrbis sacerdos *Thesaurum bibliothecalem*, *das ist*, *Versuch einer allgemeinen und auserlesenen Bibliothec*. Nec omittenda est *Vogleri Introductio in notitiam cuiusque generis bonorum scriptorum* a *Meibomio* notis aucta: *Lynckeri Instructorium* (*g*) *forense*, et Casp. Gottschlings Einleitung zur Wissenschaft guter und meistentheils neuer Bücher, primum a. 1702. (pl. 2.)

(*f*) Hoc in libro simul ac praecipue describitur historia philosophiae moralis.

(*g*) A. 1698. Ienae editum in folio. Hoc in opere cum catalogus satis amplus, et ἐπιχρίσεσι distinctus exhibeatur omnis generis librorum, potissimum tamen optimi libri iuridici sistuntur. Vnde auctor in *Introitu*, *Lipenii Bibliothecam Iuridicam* contemnens, ait, se in hoc opere exhibere *Iuridicam bibliothecam sine exemplo*, id est, incomparabilem. Quo vero consilio istud opus inscriptum sit *Instructorium forense*, aliis relinquo diuinandum.

(pl. 2.) deinde auctior a. 1713. edita. Novissima est *Boecleri Bibliographia critica* editionis Krausianae, quae tironibus principe loco tractanda commendari meretur.

IV. Superest tertia via librorum cognoscendi pretium, quae antiquioribus (*h*) aetatibus fuit praeclusa. Scilicet nostri ac superioris saeculi propria felicitas (*i*) est, quod in tanta

(*h*) Olim quidem recensiones librorum scripsit *Photius*: vnde a nonnullis pro inuentore Ephemeridum literariarum habetur. Sed tamen consilium *Photii* diuersum esse ab hodierno libros recensentium more, recte animaduertit *Struuius* cap. VI. Introduct. §. 2. Addo, priorem *Photio Augustinum* suos ipsius libros recensuisse in opere *Retractationum*, quem titulum plerique minus recte interpretantur. *Retractationes* enim *Augustino* nihil aliud sunt, quam *recensiones* librorum, quibus subinde addidit suae sententiae correctionem. Vid. *Possidonius* in Vita Augustini cap. 38.

(*i*) Huius felicitatis haec quoque pars est, quod Ephemerides literariae plures excitant ad scribendum, dum spem magnificae laudis proponunt bonorum librorum auctoribus. Scilicet, vt *Ouidius* ait Trist. V. 1. 76. et e Ponto IV. 2. 35. *ingenio stimulos subdere Fama solet, laudataque virtus crescit et immensum gloria calcar habet.* Adde, quod eaedem Ephemerides cogunt scriptores scribere meliora et accuratiora, publicam scilicet incursuros reprehensionem, si edant, quae non nisi Bauius aliquis admiretur Maeuiusue. Pertinet huc illud *Rol. Maresii* lib. I. epist. 3. p. 12: *Nunquam opus victurum emittet, qui, si amicum non habeat, qui illius scripta castiget, saltim aliquem liberi pectoris hominem non nactus erit, qui manu non parcente illa corrigat.*

ta librorum multitudine quidam in animum induxerunt, menstruis scriptis recentissimos recensere libros, eorumque aliquem gustum praebere illis, quos aut negotia aut aliae causae a perlustrandis tot libris auocant. Horum optimi sunt, qui et eruditione singulari sunt praediti, et ingenue (k) de singulis libris suam expromunt censuram: proximi sunt, qui grauiori quidem censura abstinent, at tam accurate libri statum repraesentant, vt erudito lectori facile sit arbitrari vel de praestantia libri vel de tenuitate. Caeterum harum Ephemeridum, quas vocant, literariarum tanta iam est copia, vt de iis singulari libro *Iunckerus*, singularique capite, quod septimum est *Introductionis literariae*, *Struuius* egerit: quibus adiungendus anonymus, (cui nomen *M. Paulus Huholdus*,) cuius opusculum non Friburgi, vt est

(k) Ex ingenuarum censurarum numero excipiendae sunt tum eae, qui immeritis ornant laudibus librum vel patroni sui, vel eius, a quo censor librum dono accepit, addita epistola officii et laudis plenissima; tum illae, quae immeritis reprehensionibus insectantur eorum libros, a quibus iuste aliquando notati sunt, vel quos oderunt siue odio theologico, quod vocant, siue quacunque de causa. Hi effectus tamen, cum facile se prodant, raro emunctae naris lectorem decipiunt. Illud quoque obseruatu dignum, quod, qui libri vel laudantur vel vituperantur in Diariis literariis, recensiones nouorum librorum exhibentibus, ii non sint censendi laudati esse vel vituperati a toto recensentium collegio, sed ab vno illo, qui recensionem confecit.

est in titulo, sed Ienae prodiit A. 1716. et *Histoire des Journaux*, quae exhibetur in *Journal des Scavans* a. 1712. m. Oct. p. 444-459.

V. Meum est, praecipua huius generis scripta hic indicare, et eo quidem, quo edi coepta sunt, ordine. Prodiit igitur in Gallia *Journal* (*l*) *des scavans*, et *Memoires des Trevoux*; in Italia *Giornali* (*m*) *de letterati*; in Germania *Acta*

(*l*) Breuis huius Diarii historia, ex ipso illo repetita exstat in *Bibliotheca noua Rengeriana* P. 80 p. 877. sq. Exstat etiam historia huius Diarii in ipso illo Diario T. 64. p. 187 sqq. et T. 107 p. 246-267. itemque in *Bailleti* Iudiciorum T. II. P. I. p. 52 sqq. et *im Beytrage zu den Gelehrten Zeitungen*. T. II p. 690. sqq. Nuper *Fabrius*, Presbyter Oratorii, aggressus est componere *Indicem generalem* huius Diarii vsque ad annum 1740: cui et ipse praemittet Historiam huius Diarii. De quo instituto vid. *Journal des Scav.* 1744. P. I. p. 425. sqq. Obseruatu hic dignum, in Gallia primum suo exemplo docuisse *Bochartum*, reip. literariae multum interesse, nouos eruditissimorum virorum libros publice recenseri. Ipse enim sui *Hierozoici* accuratam recensionem in Praefatione exhibuit in paginis prope octoginta: vbi et *p. 76.* hanc vocat *operis huius sui* διατύπωσιν. Eodem modo accuratam Simonianae *Historiae criticae V. T.* recensionem exhibet *Ezech. Spanhemius* in subiecta ei epistola p. 565-622: quo vltimo loco ipse ait, se exhibere voluisse *ideam* operis Simoniani. Etiam *Seldenus* operi suo *de iure naturali et gentium* praefixit eius recensionem siue, vt ipse vocauit, *Summulam*.

(*m*) Caetera Italorum Diaria literaria recenset *Fabricius* in Consp. Thes. liter. Ital. p. 3. sqq. A. 1737. prodiit Veronae nouum Diarium literarium hoc sub titulo: *Osseruationi literarie*: de quo vid. *Nouvelle Bibliotheque* T. III. p. 147. sqq. et T. IV. p. 204. sqq. A. 1742. prodire coepit *Giornale de' letterati publicato in Firenze*.

Acta (*n*) *eruditorum*, quae Lipsiae prius Latino, deinceps et vernaculo (α) sermone publicata sunt, *Thomasii* Monatliche Gedanken, *Tenzelii* Monatliche Unterredungen, et Curieuse Bibliothek *Eccardi* Monatliche Auszüge aus neuen Büchern, *Loescheri* Altes und Neues, siue Unschuldige (*) Nachrichten, (cuius Operis continuatio titulum gerit Fortgesetzte Sammlung von alten und neuen Theologischen Sachen, quibus postea accesserunt Frühaufgelesene Früchte,) Ausführlicher Bericht von neuen Büchern, (cuius continuatio est der neue Büchersaal,) Neue Bibliothek, Aufrichtige und unpartheyische (*o*) Gedanken über

(*n*) Primus *Acta eruditorum* sub hoc ipso titulo scripsit *Mucianus*. Docemur id a *Quintiliano* Dial. de caus. corr. eloq. cap. 37. n. 1. Caeterum de Lipsiensibus illis *Actis erud.* vid. *Placcii* Theatrum Anonymorum n. 1419. Originem et initia huius Diarii praeclare edisserit, qui hoc tempore eius Director est, *F. O. Menckenius* in *Nouis Miscell. Lipsi.* T. I. p. 711-722.

(α *Germanica eruditorum Acta* concinnarunt primi *Rabenerus* et *Schoetgenius*; quibus successerunt *Walchius Tilgnerus, Ioecherus, Geringius, Franckensteinius Gebauerus*, et *Kappius*, omnes viri eruditissimi clarissimique. Hodie ea pulchre continuantur directore *Ioechero* sub hoc titulo: *Zuverläßige Nachrichten etc.*

(*) De vtilitate huius operis disserit *Loescherus* in Praef. ad *Vollständige Register über die ersten zehn Jahre* Idem Apologiam huius Diarii exhibet *in Theologischen Annalibus des ersten Decennii des 18 Saeculi* p. 596-900.

(*o*) In hoc opere 1715. edito a *C. G. Hoffmanno*, ICto. commemorantur omnia, quae tum emittebantur, scripta menstrua, de iisque accuratum fertur iudicium.

über die *Iournals*, Abgesonderte Bibliothek, Vermischte Bibliothek, Historie (*) der Gelehrsamkeit unserer Zeiten, *Coleri* Theologische Bibliothek; in Belgio *Baelii* ac postea *Bernardi Nouvelles de la republique des lettres*, *Basnagii Histoire des Ouvrages des scavans*, *Clerici Bibliotheque universelle*, hinc *Bibliotheque choisie*, tandem *Bibliotheque ancienne et moderne*, *Rabi* Boeckzaal van *Europa*, *Neocori Bibliotheca librorum nouorum*, *Republyck* der Gelehrten, Maendelyke Uittreksels, *Europe Sçavante*, *Bibliotheque* (*p*) *Angloise*, *Memoires literaires de la Grande Bretagne*.

VI. Ohe, iam satis est Diariorum literariorum. Sed nec infelix est praedicanda literaria respublica, si plus, quam satis est, librorum habet in omni genere. Occurrunt igitur et haec nomina: *Bibliotheque* (*a*) *Germanique*, *Bibliotheque Françoise*, *Bibliotheque* (*b*) *Italique*, *Biblio-*

(*) Huius totius operis auctor est Gebauerus.

(*p*) Hoc et subsequens opus non vtile solum, sed plane necessarium est literatis. Recensentur enim ibi libri Anglorum, patrio sermone eruditissime conscripti, quos non mittit ad exteros Anglia, vel, si quos mittit, ad paucissimos mittit illius linguae peritos. Simile est opus, quod adhuc continuatur, *Bibliotheque Britannique*. Aliud est Diarium literarium Londinense, *Historia literaria*, cuius quatuor tomos vidi anno 1731. et tribus subsecutis editos. Hic enim non solorum Anglorum, sed cuius libet nationis, libri recensentur.

(*a*) Huius Diarii Historiam describit *Rathlefius* in T. I. Historiae doctorum nunc viuentium p. 304. sqq.

(*b*) Geneuae ab anno 1728. prodiit egregium hoc Diari-

Bibliotheque Belgique, *Journal* (c) *literaire*, *Histoire literaire de l'Europe*, *Bibliotheque raisonnée*, *Critique desinteressée des Journaux*, Alles und Neues aus der gelehrten Welt, Monatliche Nachrichten (*) zu Jena, Hamburgische (d) Auszüge, *Memoirs* (e) *of literature*, Tübingisches gelehrtes *Journal*, Abriß von dem neuesten Zustande der Gelehrsamkeit, Nachrichten von den neuesten Theologischen Büchern und Schriften, quae postea hunc titulum acceperunt: F. W. Krafts Theologische Bibliothek *Nouvelle Bibliotheque*, *Journal litteraire d' Allemagne, de Suisse, et du Nord*, cui brevi successit *Nouvelle Bibliotheque Germanique*, Freymüthige (**) Urtheile von neuen Büchern, Nachrichten von einer Hällischen Bibliothek,

Diarium, cuius decimus octauus Tomus fuit vltimus. Auctorem eius fuisse constat *Ludouicum Burgetum*

(c) Huius historia, auctorumque methodus et summa diligentia describitur in Praefatione ad XIII eius Tomum. Sallengrium multas recensiones primorum Tomorum elaborasse docetur in Tomo XII. p. 225.

(*) *M. Io. Andreas Fabricius* in literis a 1733. ad me datis: *Die Monatlichen Nachrichten zu Iena me agnoscunt primum auctorem. In consortium assumsi* Wernerum, *nunc Rectorem Stargardiae, et* Koecherum, *Rectorem Osnabrugensem Tandem Prof.* Schmeizelius *quoque manum operi admouit.*

(d) Notitia Diariorum literariorum Hamburgensium exhibetur a *Kohlio* in Praef. ad Nouellas suas literarias annorum 1741. et 1742.

(e) Huius Diarii notitiam iustam pete e Gottingensibus Nouellis literariis anni 1743. p. 194.

(**) Tigurinae hae recensiones contemnuntur in *Musei Heluetici* Tomo tertio p. 636.

Hamburgische Freye Urtheile, *Journal des Scavans d' Italie*, ac plures. Plura petas licet e *Catalogo Ephemeridum literariarum*, quem *Io. Alb. Fabricius Morhofiano Polyhistori* praefixit a. 1732. *Camusato*, *Historiam criticam diariorum literariorum* componere aggresso (ac eius duos tomulos accepimus,) calamum mors excussit e manibus. Lege, quaeso, *Acta eruditorum* anni 1735. p. 232. sq.

VII. Nec vero solum inuenti sunt, qui libros recenserent, verum etiam placuit nonnullis, minuta scripta recens edita recensere, vt *Disputationes* et *Programmata*. Obseruauit iam (*q*) *Hottingerus*, catalogos librorum solere hunc naeuum habere, vt *Disputationes* omittant, cum tamen illis (ita inquit,) *multum sit deferendum*. Laudabiliter itaque fecerunt, qui eo consilio ediderunt die gelehrte *Famam*, *Bibliothecam Academicam*, *Noua literaria maris Balthici*, *Noua literaria Germaniae*, *Noua literaria Heluetica*, *Acta literaria Sueciae*, *Acta erudita Franconiae*, et eorum continuationem, Arbeiten der Gelehrten im Reich, das ist, in Franken, Schwaben, etc. Idem fieri vidimus in Nouis literariis Academiarum, e g. in *Annalibus* (*) *Academiae Iuliae*. *Io. Martini Burgmanni Noua literaria*, Disputationes aliasque commentatiunculas exhibitura, quorum

(*q*) Biblioth. quadripart. P. I. cap. 1. §. 3. p. 5. et cap. 6. p. 95.

(*) Duos horum auctores indicaui in *Bibliotheca* mea *Academica* p. 86.

rum primum specimen Lipsiae 1727. prodiit, successu caruerunt. Postea tamen eadem in vrbe nouissimas Disputationes vna cum Programmatibus studiose recensere coeperunt docti aliquot viri tum in *Actis Academicis*, tum in gründlichen Auszügen aus *Disputationibus*: qui labor vt sit diuturnus perpetuaque *Actorum eruditorum* vtriusque linguae appendix, optamus merito.

VIII. Nec defuerunt, qui veterum librorum emitterent recensiones. E superioribus huc pertinet *Clericus* et *Loescherus*: quos praeter habemus *Colomesii Bibliothecam selectam*, *Ge. Beyeri Notitiam auctorum Iuridicorum*, *Struuio* moderante congestam *Bibliothecam antiquam*, die Summarischen Nachrichten aus der Thomasischen Bibliothek, *Reimmanni Ideam Systematis* (r) *antiquitatis literariae*, *Seelenii Selecta literaria*, *Zornii Bibliothecam antiquariam et exegeticam*, *Hauberi Bibliothecam Magicam:* quibus adde *Krausii* Bücher-Historie, et, si placet, *Acta philosophorum*. Accessit nuper *Oederi* Theologische Bibliothek, quarto tamen edito fasciculo finita.

IX. Caeterum illi nouorum librorum censores (*) non sunt sine nota dimittendi, qui in-

(r) Hic liber pertinet ad historiam literariam. Recensentur scilicet in eo accurate scripta aliorum, literariae rei antiquitates illustrantia.

(*) Argute *Morhofius* in Praef. ad suum *Polyhistorem*: *Plures sunt librorum iudices, quam lectores, et e lectori-*

crementa literarum et maiorem in dies singularum disciplinarum emendationem perfectionemque non mediocriter impediunt, dum quaecunque praeiudicia sua pro oraculis habentes non solum eos infectantur acerrime, qui e theologia vnum alterumque errorem tollere studeant, verum etiam iis, qui Verulamiano animo augmenta scientiarum philosophicarum, historicarum, et philologicarum sibi commendata habent, permolesti sunt, idque sibi negotii datum putant, vt acutissimorum ingeniorum conatus laude dignissimos immissis omnibus verborum furiis sufflaminent. Notae sunt hoc ingenere *Memoriae* Iesuitarum *Trevoltienses*, quae multis viris bonis immiti pariter ac iniusta censura sua querelas (*s*) expresserunt et indignationes grauissimas. Notum item,

lectoribus in lictores, vbique virgas et secures expeditu-ros, multi degenerant. Exstat *Caroli Porei*, Iesuitae, Oratio *de Criticis*, qui recensent censuraque prosequuntur nouos libros, Lutetiae a. 1730. edita, et laudata in *Journ. des Scav.* T. 94. p. 363. sqq. Ibidem T. 82. p. 33. haec verba legi merentur: *Ces petits Gazettiers -- personelles.* Diarium tale theologicum a *Baelio* in T. II. Critique de l' Hist. du Caluin. de Maimbourg Epist. XXX. §. 1. non inepte appellatur *un veritable pais d' Inquisition pour la libraire.*

(*s*) Acriter hos censores insectatur *Lazzarinus* in *Oratione Germoniana* p. 34. sqq. *Maranta* in *Expostulatione contra Germonium* p. 20. et *Pfaffius* in *Veritate religionis Protestantium* (libro Gallico) p. 219. sqq. *Fontaninus* in Praef. ad *Discum votiuum* a. 1727. commentario suo illustratum §. 5. p. 26. scribit, auctores Diarii Treuoltiensis *semper sua et suorum laude, nunquam aliena, pasci.*

item, in Diario theologico Loescheriano, (Unschuldigen Nachrichten) opere alioquin ad illustrandam augendamque Historiam theologiae literariam perutili, obseruatas fuisse a pluribus viris (ss) eruditissimis, e. g. *Buddeo*, *Muhlio*, censuras multas iniustas indoctasque. Ac hos potissimum censores *Alb. Feldenius* in *Institutionibus* suis *Theologiae moralis* p. 181. hisce verbis pie alloquebatur: *Feramus placide illos, qui bono animo alienas a nostris sententias defendunt, et dictatorium supercilium vna cum pruritu censendi praeiudicatis opinionibus, λογομαχίαις* et *cauillationibus, abiiciamus fugiamusque omni studio.* Compositores illius Diarii iure vocaueris Antipodes veritatum nouarum.

(ss) Vid. *Pfaffi* Introd. in Hist. lit. Theol. T. I p. 43. et Iurispr. eccl. p. 501. *Struuii* Introd. ad rem lit. cap. VI. §. 37. *Langii* Instit. liter. studii theol. p. 102. sq. qui etiam *Vnrichtige Nachrichten der Vnschuldigen Nachrichten* edidit. Extant etiam *G. Arnoldi* querelae de hoc Diario haud semper iniustae in eius *Histor. Theol. Betrachtungen* p. 1-145. In meum *Lutherum Apocalypticum* adiunctasque ei Dissertationes, quae eodem hoc in Diario a. 1718. emissae fuerunt, criminationes non toti illi recensentium collegio imputo, sed vni illi, qui priuato inflammatus odio abusus fuerat hoc Martio campo: qua de re modeste nuper dixi in *Sylloges* Dissertationum mearum T. I. p. 648. Accepit hoc Diarium (nam nec hoc tacendum,) aliquo abhinc tempore censores mitioris ingenii. Tamen *Baumgartenius* in Praef. ad P. V. der Theologischen Bedenken p. 44--58. notauit peccata aliquot huius Diarii grauiora a. 1743. commissa; et in Hamb. Freyen Urtheilen 1748. m. Dec. eius auctores vocantur Bücher-Verläumder.

X. Hoc generatim monendi sunt historiae literariae studiosi, librorum iudices non simpliciter et sine discrimine esse sequendos. Multi enim non ipsi libros inspexerunt ritequе examinarunt, sed aliorum, quos et propria auctoritas et admiratorum multitudo commendat, suffragiis subscribentes caecum ferunt de libris iudicium. Vnde fit, vt saepe libro alicui valde mediocri (*t*) ingens statuatur pretium, cui scilicet quacunque de causa contigit laudator auctoritate pollens; contra persaepe scriptum aliquod vilipendatur ab omnibus,

(*t*) Singulare exemplum huius rei est, quod *Aprigii*, saeculi sexti episcopi, commentarium in *Apocalypsin* prorsus eximie laudat *Trithemius*, sequens iudicium *Honorii*, qui et ipse auctoritatem *Isidori* secutus est: (vid triumvirorum horum *Catalogi scriptorum ecclesiasticorum*,) quem tamen commentarium *vix cassa nuce dignum esse*, iudicat, qui eum MStum possidet, *Moshemius* Instit. hist. eccles. p. 356. Quanquam et credi potest, a *Moshemio* teneri *Aprigium* falsum, si legas, quae ex *Loaisa* ad *Isidori de script. eccles. cap. 17.* adscripsit *Miraeus*. En exemplum aliud! *Morhofius* Polyhist. T. II. lib. 2. P. 2. cap. 48. §. 7. p. 483. censet, *Cartesii libro de* Passionibus animae *nihil esse elegantius et consummatius*. Contra *Christ. Thomasius* Programm. p. 335. iudicat, istum librum inter omnes a *Cartesio* scriptos esse pessimum et erroribus refertissimum. Nonne, alterum magnorum horum virorum caecum tuisse iudicium, necesse est? Contradictoria item *Conringii* ac *Thomasii* iudicia de *Claramontii* libro *de coniectandis animi affectionibus* vide, si libet, in *Poeciles* meae T. III p. 604. sq. Et quantum distant de *Vincentii Lirinensis Commonitorio* sententiae theologorum Pontificiorum et Criticorum Protestantium!

bus, posteaquam scilicet contemtim de ipso sensit vir quispiam magnus et clarus. Si v. g. *Morhofius* librum aliquem laudat et magni aestimat, vel contra condemnat et in censum quisquiliarum reiicit, caeteri scriptores eius iudicium inconsiderato sequuntur impetu, nec raro se fallunt lectoresque suos. Cauto igitur opus est, nec temere quisque librorum iudex audiendus, sed eorum grauissimum videri nobis debet iudicium, qui et magna eruditionis gloria florent, et in ipsa illa disciplina, ad quam liber pertinet, sunt exercitatissimi. Ne exemplum forte desideretur, quae vulgo feruntur a iurisprudentiae naturalis expertibus iudicia de *Grotii* (*) *Iure belli et pacis*, *Ziglerique* et *Boecleri* annotationibus, ea a peritis illius disciplinae suauiter ridentur.

XI. Caeterum nec a raritate (*u*) libri, aut ab exscriptionis typographicae (*x*) crebra repeti-

(*) Quod scilicet hoc opus sit aptissimum ad scientiam Iuris naturalis acroamatice tradendam auditoribus Academicis.

(*u*) *Clericus* Bibl. ant. et mod. T. VII. p. 3. et in praef. *Artis criticae* edit. a. 1712. non inepte iudicat, raros libros raro esse praestantes, et ob id ipsum raros fieri solere, quod sint minus erudite scripti. In *Bibl. Angl.* T. XIV. p. 194. sq. lepide ii exagitantur, qui libros tantum raros conquirunt, et studiosissime sibi comparant.

(*x*) Vid. *Bayle* Diction. v. *Gueuara* not. F; *Gundlingiana*, T. I. p. 77. sq. *Fabricius* Hist. bibliothecae suae T. I. p. 229. *Hubnerus* suae *Geographiae* (quem librum

petitione, aut ab operis (*y*) magnitudine, similibusque aliis causis, certum argumentum pete praestantiae; sed hoc sequere criterium, quod vix vnquam fallet. Si nimirum liber aliquis (1) laudatur magnique fit ab iis, qui illius disciplinae, ad quam liber pertinet, exacte sunt periti; si (2) a laudatione nihil commodi, a reprehensione nihil periculi damnique eis imminet;

brum qui dixerit non nisi ab altissimae mentis maximaeque eruditionis viro componi potuisse, eum ipse *Hubnerus* haud dubie irrisisset,) editioni a. 1722. factae in ipso Praefationis exordio haec verba praescripsit: *Dieses ist nunmehr die neun und zwanzigste Auflage von meinen Geographischen Fragen.* Et praefatio editionis anni 1728. hoc habet exordium: *Bey dieser drey und dreyssigsten Auflage.* Libros aliquot non optimae notae, qui tamen persaepe recusi ac varias in linguis conuersi sunt, recenset *Wittenius* in praef. *Diarii biographici* lit. D. fol. 1. p. 2. et fol. 2. p. 1. *Plures vendi Donatos, quam Virgilios*, recte obseruauit *Cardanus* lib. de vita propria cap. 50. p. 205. Pertinet huc illud *Plinii* lib. II. epist. 14: *Scito, eum pessime dicere, qui laudabitur maxime.*

(*z*) Exigui libri fere meliores sunt, quippe cum plus curae iis impendatur. Verum tamen et illud Plinianum est lib. I. epist. 20. *Bonus liber melior est quisque, quo maior.* De *Herillo* philosopho *Diogenes Laërtius* lib. VII. 165. ita: *Sunt libri eius breues quidem, sed* δυνάμεως *pleni.* Eodem modo *Cicero* de quodam *Crantoris* philosophi libro in Quaestionibus Academicis: *Est non magnus, verum aureolus et ad verbum ediscendus libellus.* Vetus illud huc pertinet: Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλὰ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Etiam *Naudaeus* paruos libros praefert magnis libris de instruenda bibliotheca p. 101. sq. Italorum prouerbium: *Longus raro sapiens*, de hominibus saepe falsum, de libris saepe verum est.

net; (3) si laudatores illius libri inter se non sunt amici, vel etiam inimici, vel ne secta quidem siue religiosa siue philosophica inter se coniuncti; denique (4) si ii eum librum laudant vno ore, vel nemine vel minus eruditis dissentientibus; sequitur, librum illum esse bonae notae diligentique lectione dignum. Hoc *praeiudicium auctoritatis* vitio caret, et ad probabilitatem Logicam supremi gradus referendum est: recteque *Plinius* in vndecima libri noni epistola ait, se librum illum *satis absolutum existimare, de quo tanta diuersitate regionum* (*) *discreta hominum iudicia consentiant.* Exemplo sit *Lockii* liber *de intellectu humano*, et *Baelii Commentarius in Compelle intrare*, et *Virgilii Aeneis*, et *Bocharti Hierozoicon.* E contrario exigui pretii liber sit necesse est, qui nonnisi ab auctoris sui amicis ac discipulis laudatur, a peritis vero iisdemque incorruptis iudicibus refertur in censum librorum aut mediocriter doctorum aut prorsus malorum.

XII. Optabile quoque fuerit, nosse, quis in vnoquoque genere liber habeatur pro (z) optimo, item quis cuiusque scriptoris, pluribus libris compositis clari, optimus sit ac praestantissimus. Ad posteriorem quaestionem pertinent,

(*) Huc refer libros in diuersarum gentium diariis literariis summa cum laude recensitos.

(z) Omnium optimi libri sunt *liber Scripturae* et *liber Naturae.*

nent, quas edidit *Thomas Crenius*, quinque Dissertationes *de libris scriptorum optimis et vtilissimis*, quarum postrema a. 1717. publicata fuit. Ad prius quod attinet, magnum vtique adiumentum eruditionis est, nosse, quae sit optima Logica, optimum Lexicon, optima Grammatica, optima Physica; quis sit optimus commentarius in Institutiones Iuris ciuilis, vel in Ius Canonicum; in epistolam Pauli ad Romanos, in Genesin, etc. quae sit optima Harmonia Euangelistarum, optimus liber de veritate religionis Christianae, etc. Constitui ita posset bibliotheca (*a*) selecta, continens non nisi libros omnium optimos, caeterisque longo interuallo superiores. Sic omnium praefationum optimae et excellentissimae habentur in (*b*) *Menagianis* tres illae, *Caluini* ad *Institutiones* suas *theologicas*, *Thuani* ad *Historiam* suam, et *Casauboni* ad *Polybium*. Habemus vero, et alias praefationes satis pariter ac mellis plenissimas. *Wagenseilianam* ad *Tela ignea Satanae* excellentissimis Prafationibus annumerat (*c*) *Io. Fabricius*: alias nominat in *Sup-*

(*a*) Edidi superioribus annis tria Programmata *de bibliotheca selecta*, quibus, quae in §. hoc tribus veluti verbis attingo, accurate et copiose pertractanda suscepi. Nuper ea iterum, et quidem auctiora, communi luci exposui in *Poeciles* meae T. III. lib. IV. p. 575. sqq.

(*b*) T. III. p. 77. sq. De tribus illis Praefationibus inspici meretur *Hottingeri Bibliothecarius quadripart.* P. I. cap. 7. p. 120.

(*c*) Histor. Bibliothecae suae T. V. p. 349.

Supplemento (*d*) *Introductionis* suae *Struu'us.* Addo *Conringii* Praefationem ad *Taciti Germaniam, Neandri* Praefationes ad *Erotemata linguae Graecae et Hebraicae, Frickii* Praefationem ad versionem sacri codicis Graecam, *Lampii* Prolegomena sui Commentarii in *Ioannem, Millii* Prolegomena ad *N. T.*

XIII. Codicum MSS. notitia peti ex Catalogis eorum debet, quorum haud pauci typis excusi (*e*) prostant. Duos iam nominare sufficiat, catalogum MSS. bibliothecae Vindobonensis, quem sub titulo *Bibliothecae acroamaticae* edidit *Reimmannus*; et catalogum bibliothecae Mediceae, cum *Lambecii Prodromo* cura *Fabricii* recusum. Caeterum haec notitia (*f*) plus curiositatis, quam boni, habet, exce-

(*d*) Pag. 38.

(*e*) *Sanderi Bibliotheca Belgica MSta*, hoc est, elenchus vniuersalis codicum MSS. in Belgii bibliothecis latentium, prodiit Insulis 1641. in 4. Omnium MSS. codicum Angliae et Hiberniae catalogum edidit *Eduardus Bernhardus* Oxonii 1698. fol. *Phil. Labbeus* in *Noua bibliotheca MSS. librorum*, Paris. 1653. in 4. edita, libros recenset nondum editos in bibliothecis, maxime Parisinis latentes, quos in aliquot voluminibus editurus erat. Catalogus codicum MSS bibliothecae Regiae Parisiensis nuper edi coepit: et primus quidem eius Tomus a. 1739. prodiit.

(*f*) Recensionem omnium bibliothecarum, siue veterum, siue recentiorum, in quibus MSS. Graeci codices habentur, exhibet *Montefalconius* in Prolegomenis ad *Palaeographiam* suam p. 15-29. Idem a. 1739. duobus in Tomis edidit *Bibliothecam bibliothecarum MSStorum vbi, quae innumeris paene MSStorum bibliothecis continentur, describuntur et indicantur.*

exceptis iis, quibus codices illos vetustos inspicere ex iisque sapere licet. Fuerunt tamen, qui et absentibus prodesse studuerunt edendo tales catalogos vna cum excerptis et annotationibus doctissimis. Imp ratoriorum codicum MSS. recensionem eiusmodi gemmis distinxit *Lambecius*, Vffenbachianorum *Maius*. Eximia religione (*) inter exaratos manu libros coli *Pandectas Florentinas*, cuius codicis historiam luculentissimam a. 1722. edidit *Henr. Brencmannus*, hic quoque memorari decet. *Omnium totius orbis vetustissimum MS codicem* (g) possidere sibi videntur Angli, *codicem Graecum Geneseos*, qui est in bibliotheca Cottoniana. Nec silentio nobis praetereundus *Codex* (*) *argenteus*, (hoc est, literis argenteis scriptus, Academiae Vpsalienſis cimelium, exhibens *Vlphilae* versionem quatuor Euangeliorum Gothicam: quam edidit *Thomas Mareschallus*

(*) *Nos, dum Florentia iter Romam faceremus in numero legationis Regiae, funalibus accensis codicem hunc MS. non sine ambitu honoris loco vidimus:* inquit *Budaeus* in Annot. ad Pandectas P. I. p. 31. Addit, haberi hunc codicem pro *archetypo*, tumque temporis vocari consueuisse *Literam Pisanam.*

(g) Vid *Magni Crusii* Dissertatio epistolica ad Episcopum *Wormium*; a. 1728. edita. p. 5.

(*) De MS. hoc vid. *Saubertus* in Prolegomenis ad Varias lectiones Matthaei p. 43. sq. qui *stupendum et incomparabile monumentum* vocat, et *Seelenius* in Memoria Stadeniana p. 55. sqq. Vberiorem eius historiam exhibet *Olauus Celsius* in Historia bibliothecae Vpsalienſis, 1745. edita Vpsaliae.

schallus Dordraci 1665. iterumque Amstelodami 1684. *Georgias Stiernhelmius*, Stockholmiae 1671.

XIV. Caeterum codicum prisco aeuo scriptorum πρωτόγραφον ad nostram aetatem pervenit nullum. Certe optimum illud omnium et augustissimum MStum, tabulas dico illas, quibus Decalogum inscripserat ipse DEVS, periit. Quod enim narrat (*h*) *Coelestinus*, Abbas Ratisbonensis, Iudaeos vrbe Ratisbona a. 1519. eiectos secum asportasse aliquod harum θεογράπτων tabularum fragmentum, iam olim ab ipsis asseruatum, Iudaeus credat Apella, non ego. Quamdiu *Mosis* autographum superfuerit, doceat *Zeltnerus* in sua Bibliorum Germanicorum editione ad *2 Reg. XXII. 8.* et *Hottingerus Thesauri philol. lib. II. cap. 3. sect. 2. p. 553.* et *Pridauius Hist. V. T. P. I. lib. 7. p. 629.* versionis Germanicae. Fabula vero Iudaica est, non certa ratio, quae nonnullis persuasit, Dominicanorum in coenobio Bononiae supereſſe autographum (*i*) *Esdrae.*

(*h*) In Mausoleo S. Emmerani 1680. edito Ratisbonae p. 286. Idem narrat, qui a. 1519. vixit, *Christophorus Ostrofrancus* in *Historia de Iudaeis Ratisbona expulsis*, quae inserta est Struuianis *Actis literariis* T. II. p. 80. Mirari hic subit, nullo Pontificiae Ecclesiae loco ostentari lapidem illum manu *Christi* inscriptum, de quo *Ioan. VIII. 6.*

(*i*) Vid. *Hottingeri* Thesaurus philol. p. 115. sqq. et lib. II. cap. 1. p. 513; *Fabricii* Codex pseudepigr. V. T. cap. 230; *Serpilii* Personalia Esrae cap. 12; *Wolfius* Biblioth.

drae. Idem ferri oportet iudicium de CHRISTI epistola ad Abgarum scripta, cuius αὐτόγραφον saeculo vndecimo Edessae repertum venisse dicebatur in manus Imp. Romani (*ii*) Argyropoli. Nec vnquam nobis, ac fortasse ne sibi quidem, persuadebunt Venetorum filii, penes se esse *Marci* (*k*) *Euangelium* ipsius manu exaratum. Nec Tolosae credimus αὐτόγραφον haberi *Euangelium* (*l*) *Ioannis*; quanquam fidem habemus *Tertulliano*, sua aetate superfuisse (*m*) scribenti *ipsas authenticas* Apostolorum aliquot epistolas. *Quidni enim* (ita ratiqnamur cum (*n*) *Grotio*, *ipsa manus Apostolorum tum exstiterit*, *cum Quintilianus*

blioth. Hebr. lib. II. sect. 1. §. 5. et 6; *Carpzouius* Crit. S. Vet. Test. P. I. cap. 8. §. 2. *Basnagius* Hist. Iud. lib. IX. cap. 19 §. 10. et 11; *Pfeiferus* Criticae sacrae cap. 2. quaest. 2. p. 30. sq. *Keyslerus* Itinerarii T. II p. 509. et 526.

(*ii*) Vid. *Ittigii* Heptas Dissertationum p. 104. §. XI.

(*k*) Vid. *Baronius* ad A. C. XLV. n. 41; *Burnetus* Itin. P. II. p. 29. edit. Germ. *Montefalconius* Diarii Italici cap. 4. p. 55. ac praecipue, qui manibus et oculis suis illum codicem vsurpauit, *Missonius* in Itinere suo Italico Epist. XVI. p. 275. sqq. Vid. et *Acta erud.* 1732. p. 103. itemque nuper editum Itinerarium *Keysleri* T. II. pag. 810.

(*l*) Vid. *Hottingerus* Hist. eccl. T. VII. p. 101. Etiam Florentiae ostenditur credulis MS. autographum *Euangelii Ioannis:* id quod nuper docuit in Itinerario modo laudato *Keyslerus* T. I. p. 486. At errorum hunc de autographo *Ioannis Euangelio* Florentino perspicue refellit Florentinus Professor, *Io. Lamius* in libri de eruditione Apostolorum cap. 17. p. 394. sq.

(*m*) Lib. de praescript. cap, 36.

(*n*) Lib. III. de verit. relig. Christ. §. 2.

tilianus dicat, suo tempore exstitisse manum Ciceronis, Gellius Virgilii suo tempore? Ac vim inferre videntur verbis *Tertulliani*, qui alium ea in sensum interpretantur cum *Rich.* (o) *Simonio.* Denique in bibliotheca Thorunienſi duas supereſſe epiſtolas *Ciceronis* in tabellis ceratis ipſius manu exaratas, teſtis eſt *Stybelius* in praefatione ſua ad *Buchneri Epiſtolas.* Verum nec fide dignus eſt hic teſtis, et fabellam hanc refellit in *Notitia bibliothecae Thorunienſis* (p) *Iaenichius.* Noſtro tempore etiam diſputatum fuit de *Auguſtanae Confeſſionis* originali, quod vocant, exemplari: de quo potiſſimum inſpici meretur *Pfaffii* Appendix ad ſuum *Ius eccleſiaſticum* p. 559. ſqq. et eius Academiſche Reden vom Kirchen-Rechte p. 281. ſqq.

XV. Plurima tamen lapidea et aerea habemus veterum πρωτόγραφα, ſummo vtique in pretio habenda, et, quae Criticorum cura diligentiſſime ſiue deſcriberentur ſiue depingerentur, digniſſima. *Nummos* dico (q) et *Inſcri-*

(o) In Reſponſo ad Theologos Batauos, pel potius ad *Io. Clericum* cap. 14. Conf. *Pfaffius* lib. de var. lect. N. T. cap. 2. §. 4 p. 37. (qui et § 7. de autographo *Euangelii Ioannis*, initio ſaeculi quarti ſuperſtiti, verba facit, et, qui *Simonium* refellit perſpicue, *Io. Frickius* lib. de canone ſacro cap. 4. §. 4.

(p) p. 38. ſqq.

(q) Scriptores *de nummis* nominat *Fabricius* in Bibliographia antiquaria cap. XVI. §. 8. ſqq idemque in Latina ſua Bibliotheca lib. IV. cap. 5. §. 7. veterum exhibet *Inſcriptionum* interpretes.

ſcriptiones. Harum ingens corpus debemus *Grutero*, quod *Reineſius* (*r*) haud immerito vocauit *opus, cui ſimile nec viſum ante, nec poſt videndum.* Praerepturus tamen hanc palmam *Grutero* videtur *Antonius Franciſcus Gorius*: ſi telam, quam exorſus eſt, pertexere ipſi contigerit, hoc eſt, eodem modo, quo nuper coepit edere Inſcriptiones in Etruriae vrbibus ſuperſtites, quemque in *Actis* (*s*) *eruditorum* deſcripſi, edere caeteras perrexerit, deſtinatumque ſuae induſtriae agrum percoluerit. *Latinas* inter Inſcriptiones nihil antiquius habemus fragmento, quod Romae ſupereſt, columnae Duillianae, id quod praeter *Gruterum* exhibet *Andr. Schottus* in *Itinerario* (*t*) *Italiae*, et *Folieta* in ſecundo *de lingua Latina* (*u*) libro; ſingulari vero libro explanauit *Petrus Ciacconius.* Vno anno poſterior eſt inſcriptio Scipionis, filii Barbati, quam vna cum Duilliana repraeſentauit illuſtrauitque Rintelienſis Academiae nunc decus, *Io. Nic. Funccius*, in quinto libri *de pueritia Latinae linguae* capite. *Graecarum* vero Inſcriptionum vltima, hoc eſt, ordine inter eas, quae

(*r*) Praef. ad ſuum *Syntagma Inſcriptionum* p. 3.

(*s*) A. 1728. p. 1. et 2.

(*t*) p. 394. edit. Amſtel. 1655.

(*u*) p. 155. ſq. Conf. *Lipſius* Antiq. lect. lib. II. cap. 14. et *Gaſſendus* in Vita Peireſcii lib. III. p. 166. et lib. V. p. 311.

quae ad noſtram aetatem durarunt, prima, eſt illa Βουσροφηδὸν exarata, quam paucis abhinc annis in Sigeo reperit legatus quidam Britannicus. Singulari eam libro Londini 1721. edito illuſtrauit *Edmundus Chishullius*, qui et anno 1728. praeſcripto *Antiquitatum Aſiaticarum* titulo cum Sigeam illam, tum caeteras omnium antiquiſſimas Inſcriptiones Graecas edidit vna cum ſuis interpretationibus.

XVI. Ad nummarios theſauros (*nummophylacia* vulgo vocant) quod attinet, Gothano vix eſſe ſimilem alterum in Germania, locuples nobis teſtis eſt (*x*) *Cyprianus*, ac dubitare nos uetuit nuper *Chriſtianus Sigismundus Liebius*, edita *Gotha nummaria*: quo in libro ſplendidiſſimae formae non ſolum theſaurum illum Fridericianum accurate deſcribit, verum etiam delectos inde nummos plurimos, luce indigere viſos, erudite interpretatur. Quis ſuperſtitum hodie nummorum omnium ſit vetuſtiſſimus, non conſentiunt harum deliciarum antiſtites. *Iac. Basnagium*, qui in *Hiſtoria Iudaeorum* (*y*) ſcripſerat, non reperiri nummos ante Darii et Alexandri M. aetatem factos, refutauit in *Colloquiis* (*z*) *literariis Gallicis*, a. 1711. editis, *Crozius*. *Harduinum*, qui *Amyntae* cuiusdam iunioris nummum, in

(*x*) Lib. de Papatus origine cap. XVI. p. 396.
(*y*) T. III. p. 255.
(*z*) p. 183.

Regia Gallorum gaza superstitem, haberi cupiebat pro omnium, quotquot supersunt, nummorum antiquissimo, in errore versatum esse, clare docet (a) *Spanhemius*, non solum vetustioris regis Macedonum, *Amyntae*, qui Cyri regnauit temporibus, nummum proferens e Regis Borussiae suppellectile, sed etiam hoc antiquiorem *Atyis*, Lydorum regis, in Comitis Pembrockiae thesauro sibi visum. Et hunc quidem vetustate (*)praecedere nummos ad vnum omnes, existimat. Quem enim *Phidonis*(**)nummum *Begerus* repraesentat in *Thesauro* (b) *Brandenburgico*, eum vetustiorem esse, negat. Quanquam nec tacendum est, huic Phidonis nummo suam antiquitatis praerogatiuam assertum iuisse singulari Dissertatione, quae Tomo primo *Miscellaneorum Berolinensium* inserta est, *I. C. Schottum*. Idem *Spanhemius* (c)spectandos nobis proponit Romanorum nummos vetustate superiores caeteris Romanis omnibus. De antiquis Germaniae nummis clarus in primis scriptor est *Io. Dauid Koelerus*. Vnum hoc obseruo, maximos nostros nummos argenteos nomen *thalerorum* accepisse a matre sua, vrbecula Joachimsthal.

XVII.

(a) Dissert. I. de numismatibus §. 5.

(*) Errasse hic *Spanhemium*, docet *Deylingius* Obs. sacr. T. III. cap. 25. §. 8.

(**) De Phidone hoc, Argiuorum rege vndecimo ab Hercule erudite disserit *Duportus* in Annot. ad Characteres *Theophrasti* cap. XI. p. 391. sq.

(b) T. I. p. 279. Conf. *Biblioth. rais.* T. XXX. p. 22.

(c) §. 6.

XVII. Quaenam sint praestantiores librorum editiones, nosse etiam interest literati hominis. *Emendatum* enim *librum esse vice commentarii*, ex vero scripsit (*d*) *Giphanius*. Comparanda igitur notitia est eorum (*e*) typographorum, qui, vt sine sphalmatibus excuderentur libri, nulli labori pepercerunt, nulli sumtui. Nam, iudice (*f*) *Morhofio*, *celebrium typographorum eadem esse notitia debet, quae virorum doctorum.* Sciri itaque oportet, emendatissime exscriptos esse libros, qui prodierunt ex (*g*) officinis *Stephaniana*, *Plantiniana*, *Commeliniana*, *Oporiniana*, *Frobeniana*, *Wecheliana*, *Vogeliana*; hodie (*h*) *Wetsteniana*,

(*d*) In epistola ad *Muretum*, quae inter Muretianas exstat, p. 626.

(*e*) *Frid. Rothscholzius* emittere parabat Historiam bibliopolarum ordine alphabetico descriptam, *ein Buchhändler Lexicon.*

(*f*) Polyhist. liter. I. cap. 7. §. 37.

(*g*) Catalogum clariorum typographorum, bibliopolarum, et correctorum subiectum vide Struuianae *Introductioni ad notitiam rei literariae.* Talem catalogum *Fabricius* quoque exhibet in Biblioth. Lat. lib. IV. cap. vlt. Indicem typographorum inde ab a. 1459 vsque ad a. 1501. confecit *Gudenus* in Tomo I. *Diplomatum*, (in 8.) et quidem in Indicis personarum classe postrema. Etiam *Labbeus* in Indice septimo suae *Bibliothecae Bibliothecarum* exhibet eos bibliopolas, qui catalogos officinales, quos vocat, publicarunt.

(*h*) Vid. *Heur. Wetstenii* Praefatio ad *Nouum Testamentum* a. 1711. editum, et ad *Diogenem Laërtium.*

Et

na, *Scheldoniana*, *Gleditschiana*, (*) *Fritschiana*. Contra sphalmatibus scatere solent editiones *Venetae*, *Colonienses*, *Geneuenses*. *Nec temere fidendum esse Basileensibus editionibus Graecorum librorum, ob copiam mendorum et lacunarum*, monet (*i*) *Conringius*.

XVIII. Praeterea reuerenter habendi sunt libri veterum auctorum ad praestantissimos MSS. codices a typographis exacti, e. g. *Ouidius* ab *Aldo Manutio* editus, *Lactantius* (*k*) *Iuntianus*, *Curtius* (*l*) *Theocrenianus*. Ex vno, qui in orbe terrarum supereſt, MS. codice expressa est Romae a. 1542. editio *Minucii Fe-*

Et tamen in ista *Noui Testamenti* editione aliquot mendas obseruauit et in Dissert. a. 1723. edita *de nouiter adornanda N. T. editione* recitauit Prof. Helmst. *Polyc. Leyserus*. Pari modo in ea N. T. editione, quam *Rob. Stephanus* a. 1550. vulgauit, quamque nonnulli crediderunt esse ἀναμάρτητον, plures mendas animaduerit recensuitque *G. Olearius* Obs. XIV. in Mathhaeum §. 7. p. 130.

(*)Lipsiensem *Fritschii* editionem *Noui Testamenti* Hammondiani *meliores multo typos* habere, quam Amstelodamensem, ipse *Clericus* in Praef. ad illam 1714. factam praedicat, testes citans spectantium oculos. Nunc *Breitkopfiana* typographia se praestat peramabilem et admirabilem: e qua nuper exiit summo nitore conspicua *Bruckeri Historia philosophiae critica*.

(*i*) Lib. I. de Herm. medic. cap 11. p. 101.

(*k*) Vid. Appendix mea ad Lactantii *Sympoſium* p. 230.

(*l*) Vid. meum Schediasma de *Anonymis* p. 128. Conf. *Struuii* Introd. cap. V. §. 14. p. 221.

Felicis: quod idem contigit Lactantiani libri *de mortibus persecutorum* editioni et Baluzianae et Nurrianae. Falluntur quidem, qui (*m*) sibi persuadent, primis exortae typographiae temporibus libros exscriptos fuisse accuratissime, cum inspectio eorum doceat contrarium. Atque vere scribit *Petrus* (*n*) *Victorius*, *non facile dici posse, quam mendose negligenterque libri olim excusi fuerint*: Testis quoque est (*o*) *Erasmus*, *editiones Aldinas* (quibus tamen quantum curae fuerit adhibitum, *ex Actis* (*p*) *eruditorum* discas licet,) *saepe valde mendosas esse*. Docet item *Io. Henr. Maius* in Praef. ad *Luciani de longaeuis* librum, editionem eius Aldinam adeo vitiosam esse, vt *inquinatiorem in Graeca literatura viderit nullam*. Nihilominus magno esse possunt vsui illae editiones, cum eruditus lectoris oculus facile discernat sphalmata operarum a vestigiis incorruptae lectionis, proxime e codicibus manu scriptis haustae.

XIX. Etiam illas librorum editiones nosse

(*m*) *Morhofius* Polyhist. lit. lib. I. cap. 7. §. 37. et *Struvius* Introduct. cap. XI. §. 36. p. 554.

(*n*) Var lect. lib. 26. cap. 2.

(*o*) Chil. 2. cent. 9. n. 48.

(*p*) A. 1719. p. 499. sqq. Editionum *Aldinarum* in suis ipsorum bibliothecis asseruatarum catalogos ediderunt *C. G. Schwarzius* et *Schelhornius*.

iuuabit, in quos non (q) saeuiit falx censorum, viciſſimque eas, quae a male sedulis hominibus castrata exhibent scripta magnae auctoritatis. Sunt autem tria genera librorum, quorum mutilatas habemus editiones. Primo enim e libellis, quae puerorum teruntur manibus, boni quidam viri resecandum censuerunt, quicquid inquinare potest teneros animos. Princeps horum habetur *Conradus* (r) *Gesnerus*, quem certe primum opinor vocabulum *castrationis* (*) vsurpasse de recisione eorum locorum, quae *castitati* (a qua voce quidam etymologi vocem *castrationis* deducunt,) sunt aduersa. At iam ante *Gesnerum Franc. Sylvius*, Parisiensis Professor, 1514. edidit (s) omissis nugis improbis *Martialem* hoc praefixo titulo: *M. Val. Martialis Epigrammaton lectoris castimonia dignorum liber: vbi omnia Veneris illius despuendae quasi irritamenta, quibus passim sordidatus lectorum nares corrugabat, accurata Francisci Syluii Ambinatis diligentia dele-*

(q) E. g. *Sleidani* a. 1555 *Platinae* a. 1512. De *Thuani* editionibus vid. Noua librorum rariorum Collectio Rengeriana p. 191. Prisci cuiusdam castratoris librorum, *Athenodori*, mentionem facit *Diogenes Laertius* lib. VII. 34.

(r) Vid. *Mollerus* annot. ad. *Morhofii* Polyhist. lit. lib. IV. cap. 13. p. 397. et *Adamus* Vit. Medic. p. 70. b.

(*) Imo vero iam *Martialis* lib. I. epigr. 36. dixit: *Ne castrare velis meos libellos.*

(s) Testatur et laudat *Vanassor* loco mox laudando.

deletili spongia deterſa ſunt et eluta. Ac haec quidem caſtratio, cum editiones integrae relinquantur viris, non videtur mihi vituperanda, ſed potius (*t*) probanda magnopere. Digna item laude eſt caſtratio, quam *Hortlederus* adhibuit libris conviciorum pleniſſimis, quos edidit *Henricus*, Dux Brunſuicenſis, eiusque antagoniſtae: de qua caſtratione ipſe ita ſcribit in Praefatione operi ſuo *de cauſis belli Germanici* praefixa p 10: als hat mir in keine Wege gebühren wollen, ſolche Schriften ohne Aenderung, wie die andern, an Tag zu geben. Habe derowegen dieſelbe unnütze, verbitterte, Ehrenrührige, ſchmähliche Worte, ſo viel immer müglich geweſen, als ein rechtes Unkraut ausgejätet, weggeworfen, ausgetilget; und dagegen den edlen Weitzen der herrlichen ſchönen Reichs-Rechts und hiſtoriſchen Sachen, ſo darinn befunden werden, unverſehrt ſtehen laſſen, der Zuverſicht, es werde jeglicher Ehrliebender mehr Gefallen, denn Ungefallen, an ſolchem meinem Beginnen haben.

XX. Deinde exſectos fuiſſe conſtat illos libros, qui dogmata continent religioſis aliorum doctrinis contraria. Hac de cauſa non

(*t*) Vid. Praefatio mea ad *Sapientiam Scenae Romanae* p. 6. ſqq. *Vauaſſor* lib. de epigr. cap. 20. p. 134. ſq. *Andr. Schottus* Quaeſt. Tull. lib. I. cap. 9 p. 22. et cap. 29. p. 93. Laudandus et *Beza*, quod, cum ſenex poëmata ſua ederet rurſus, ea reſecuit, quae caſtis auribus viderentur grauia. Vid. *Baelius* Dict. v. *Beze* not. X.

ſolum *Talmudis* Iudaeorum caſtrata (*u*) prodiit editio, ſed iam *Origenis* (*x*) operibus contigerunt eiusmodi adulteratores: imo ipſis ſacris libris impias manus inferre auſi ſunt haereticorum (*y*) nonnulli. Pontificiis Theologis

(*u*) Vid. *Wolfii* Biblioth. Hebr. T. II. Lib. 4. cap. 3. Sect. X. §. 3. p. 900. ac *Tenzelius* Colloq. menſtr. a. 1689. p. 642. ſq. et p. 647. ſq. Etiam caeteros Rabbinorum libros, cum noua eorum paratur editio, a Pontificiis cenſoribus diligentiſſime caſtrari: obſeruat ac ſimul dolet *Dallaeus* I. VII. de cultibus Lat. relig. cap. 15. p. 889. Quam vero imperite gerere ſe ſoleant hi Iudaicorum librorum expurgatores, multis docet *Schoetgenius* in Horarum Hebr. Tomo ſecundo p. 824. 882. Hic loci deliberare eos velim, qui vocales accentusque ſacro Hebraeo codici aetate aequales credunt annon et ii committant turpiſſimum crimen caſtrationis, qui codicem illum edunt vocalibus ſuis orbatum atque accentibus.

(*x*) Vid. *Clerici* Ars critica P. III. ſect. 2. cap. 1. §. 13. ſqq. Conſtat, e *Lactantii* libris iam olim reſecta fuiſſe multa, quae affinia credebantur Manichaeis erroribus. De caſtratione operum *Cypriani* vid. *Maichelius* lib. de biblioth. Pariſ. cap. VI. p. 88. Pelagii commentarios in epiſtolas Pauli mutilatos edidit *Caſſiodorus*: id quod non probat *Buddeus* Iſag. hiſt. theol. p. 1079. Vid. idem in Addendis ad iſtam Iſagogen p. 76. De Sociniani cuiusdam caſtratione *Paraphraſeos N. T. Eraſmianae* vid. *Hottingerus* Biblioth. quadrip. P. II. cap. 4. 164. 165. 166. In editione *Palingenii* Lipſ. 1704. et Hamb. 1721. turpi caſtratione omiſſos eſſe triginta quinque verſus de aeternitate mundi, docuit me per literas *H. A. Meinderſius*. Operum ſaeculo XIII. et XIV. ſcriptorum editores ſolitos eſſe ſaec. XV. ea caſtrare multis locis, indignabundus docet *Echardus* in T. II. de ſcriptor. Dominic. p. 833.

(*y*) *Marcioni* hoc tribuit *Tertullianus* de praeſcript. c. 38.

logis hanc iniuram Patribus Ecclesiae illatam saepius obiecerunt Protestantes. Adeatur *Gerhardi* Confessio Catholica lib. I. P. II. cap. 13. p. 256. sq. et *Dallaei* liber primus *de vsu Patrum* (z) cap. IV. Item *Casp. Loescheri* Dissertatio Martisburgi a. 1674. edita *de latrociniis*, *quae in publicos scriptores, Patres maxime, solent committere haeretici*, et *Hottingeri Analecta* p. 340. sqq. et *Io. Christoph. Wendleri* Dissertatio, *qua asseritur, Lutheranos neque supprimere neque corrumpere scriptores ecclesiasticos et profanos*; eiusdemque altera *de libris a Pontificiis aliisque haereticis in praeiudicium doctrinae pu-*

38. *Marcion et Basilides* (ita *Hieronymus* ait Praef. comm. in epist. Pauli ad Titum,) *non solum Vetus laniarunt Testamentum, sed et Nouum, et, quicquid contrarium suo dogmati viderunt, eraserunt.* Exstat singularis liber *Barthol. Germonii de veteribus haereticis ecclesiasticorum codicum corruptoribus*, Paris. 1713. Praeter haereticos etiam alii e codice sacro quaedam sustulere bona quidem mente, sed audacia pessimi exempli. De historia adulterae Ioan. VIII. 1. sqq. res in vulgus nota est. Vid. *Mastrichtius* ad. h. l.

(z) Pag. 81. sqq. Ac noti sunt *Indices expurgatorii*, de quibus legi dignus est *Edwinus Santis* lib. de statu religionis Pontificiae cap. 28. Eorum Indicum catalogum exhibet *Bailletus* T. II. Iudiciorum P. I. p. 43. sqq. et *Fabricius* in Centifolio Lutherano p. 548. sqq. Conf. *Bibliotheca Reimmanniana* p. 90. 93. 121. 122. 144. 145. 146. Non ita pridem in Parisiensi editione *Historiae V. T. Prideauxii* ea omissa sunt, quae repugnare videbantur dogmatibus Pontificiis. Vid. *Gelehrte Zeitungen* 1726. p. 660.

purioris suppressis et corruptis. At sane Aethiopes lauat *Richardus Simonius*, qui, id factum fuisse a suae sectae hominibus audacter (*a*) infitiatur. Illud tamen non negamus, esse inter doctos (*aa*) Pontificios, qui magnopere hunc morem improbant: quemadmodum nostratium (*b*) cordatissimus quisque inique fert, castrata fuisse *Lutheri Postilla ecclesiastica*, e quibus eiecta loca exhibet *Arnoldus* in quarto Tomo (*c*) *Historiae ecclesiasticae.*

XXI. Denique libri historici sunt, quibus eximitur, quicquid vel ingratum est vel etiam noxium videtur. *Guicciardini* Historiam castratam prodiisse eo loco, quo negauit donationes Ecclesiae factas, testis est *Nicius* (*d*) *Erythraeus.* At fragmentum hoc tamen conseruatum fuit et Basileae a. 1569. (*e*) editum, ac

(*a*) Biblioth. crit. T. I. cap. 17. p. 258. sqq. Exemplar omnium Operum *Hieronymi*, a Iesuitis secundum Indices expurgatorios seuere castratum, asseruat in bibliotheca sua *Reimmannus.* Vid. eius Catalogus p. 340.

(*aa*) Vid. *Laur. Bochelli* querela in *Dieterici* Praef. ad Auctar. Catal. Test. ver. p. 37.

(*b*) E.g. *Cellarius* Diss. de Pathmo Lutheri §. 33. p. 37. sqq.

(*c*) Sect. II num. XII.

(*d*) Lib. VII. epist. 13. p. 359. Hinc *Thuanus* lib. XXVIII. p. 549. quaeri quandam historiam iubet in *Guicciardo non mutilato.*

(*e*) Vid. *Acta erud.* a. 1709. p. 344.

ac postea recusum cum *Heideggeri Historia* (*f*) *Papatus*. *Platinae* quoque *Vitas* (*g*) *Pontificum*, *Thuani* (*h*) *Sleidani*que (*i*) Historias incidisse constat in editores malae fidei. De *Frossardo* castrato vid. *Fabricii* Biblioth. Lat. medii aeui lib. VI. pag. 634. Praecipue historicorum mercede conductorum opera ante editionem typographicam a censoribus castrari solent: imo et alia scripta historica, quorum quidem castratio modo iusta est, modo iniusta. Prioris exemplum cape e *Vita* (*k*) *Hobbesii*, vbi *Ant. Woodii Historiae Academiae Oxonienſis* censoris correctionem subiisse legitur; posterioris e Franckiana *Bibliotheca Obseruationum ac Recensionum* p. 58. sqq. vbi, quam multa typographus omittere coactus fuerit in *Nic. Antonii Bibliotheca Hispana*, indicatur; item ex Lugdunensi anni 1600. editione libri *Corn. Agrippae de vanitate scientiarum*, in qua multa veritatis testimonia

(*f*) p. 581-596.

(*g*) Sic in sua *Platinae* editione haec Pii II. verba, quae quidem in edit. Lugd. 1512. f. 348. itemque in Colonienſi 1600 p. 329. lego: *Sacerdotibus magna ratione ſublatas nuptias maiori reſtituendas videri*, omisisse *Onuphrium Panuinium*, obseruauit nuper *Infantius* Praef. ad suam *Hist. Concilii Pisani* p. 24.

(*h*) Vid. *Noua librorum rariorum collectio* Rengeriana p. 209. sqq. et *Struuii* Biblioth. antiqua a. 1705. p. 17.

(*i*) Exemplum vide in *Vnſchuldigen Nachrichten* a. 1719. p. 826.

(*k*) Edit. 1681. p. 54. 72.

monia expuncta esse. post *Crenium* (*l*) observauit nuper (*m*) *Schelhornius*. Legimus quoque, cultro illo censorio multa exsecta esse e *Christoph. Broweri Historia Treuirensi*, e *Schikfusii Chronico Silesiae*, ex *Ant. Weckii Historia Dresdensi* et e *Ge. Mich. Pfefferkornii Historia Thuringiae*, *in Conringii* libro *de Orig. Iur. Germ.* cap 8. p. 37.; *Christ. Rungii Miscell. liter.* Specim II. p. 41. sq. *Croesii Hist. Quaker.* Lib. III. p. 559. sq. et in *Io. Christoph. Coleri Anthologia* p. 109. Est meis in manibus exemplar *Historiae Pfefferkornianae*, cui auctor ipse sua manu adscripsit, quaecunque inde sustulerat censoris vel iustitia vel aulica (*) prudentia. E *Mersennii* Commentario in Genesin quae a castratoribus sublata fuerat narratio de multitudine atheorum Parisiensium, ea exhibita non ita pridem est in *Bibliotheque Britannique* T. XVIII. p. 406. Ipse in *Poeciles* meae secundo Tomo p. 98. e MS. restitui aliquot loca in Poggii *de varietate fortunae* opere, consulto in editione Parisina

(*l*) Animaduers. philos. hist. P. II. cap. 1. §. 5. p. 13. sq. Hac occasione obseruo, etiam hoc esse illaudabilis castrationis genus, cum in multis nouis editionibus veteres praefationes (saepe doctae et vtiles) omittuntur, grauiter nec immerito indignante ipso illo *Crenio* P. I. cap. 1. §. 2. et 5. itemque P. II. cap. 1. §. 1.

(*m*) Amoenit. liter. T. II. 513. sqq.

(*) Commemorari hic meretur *Pufendorfii* Vita Friderici Wilhelmi, Electoris Brandenburgici. Huius prima editio statim fuit mandata tenebris.

risina omissa. De castratione *Politiae ecclesiasticae Rob. Parkeri* queritur *Hoornbeckius* in Summa controuersiarum p. 762. De *Criticae sacrae Lud. Capellii* castratione vid. *Blakwalli Critica N. T.* p. 637. versionis Latinae. De castratione *Historiae Imp. Leopoldi* a *Gualdo* scriptae vid. *Itinerarium Keysleri* T. II. p. 959. sqq.

XXII. Caeterum cum castratio illa vel nihil vel minus criminis habeat, si quis eius se profiteatur auctorem: id quod *Castalio* fecit (*n*) in praefatione ad suam versionem vel potius conuersionem *Thomae Kempensis*, et in *Quintiliani* sui editione *Rollinus*; illud prorsus intolerabile est et fraudatorem arguit, si quis factum suum dissimulat. Huius rei vnum exemplum proferre libet e *Phaedro*. In huius libro tertio fabula tertia mirifice reformata est

(*n*) Eodem modo S. *Albinus*, qui *Terentium* vna cum versione Gallica paucis locis castratum edidit, id non solum indicauit in Praefatione ac defendit, sed in ipso titulo dixit, esse has comoedias *renduës tres honnetes en y changeant fort peu de chose*. Quarta huius *Terentii* editio prodiit Paris 1658. in 12. De aliis huius comici castratoribus vid. *Fabricii* Biblioth. Lat. lib. I. cap. 3. p. 40. *Camerarium* item edidisse *Plautum* castratum, refert ac simul indignatur *Ianus Dousa* in Centurionatu suo lib. II. cap. 8. et 9. Ienae a. 1701. quidam sumto *Georgii Phaedri* nomine edidit *Petronii Satyricon puritate donatum, electisque obscenis vsibus iuuentutis restitutum.*

est a *Lancelloto*, monacho S. Cyrani, qui editionem *Phaedri* Gallico-Latinam, quae Lutetiae a. 1702. prodiit, adornasse dicitur. Ibi enim v. 5. pro *humano* exstat *informi; v. 10.* pro *insitiuos* legitur *infelices; v. 17.* pro *Vxores da tuis pastoribus* exhibetur: *Quod aequum est, da tuis pastoribus.* Scilicet verebatur vir bonus, ne quis fabulam illam applicaret ad monachos.

XXIII. Non alienum hoc loco fuerit, quaenam praestantiores deterioresue sint auctorum (*o*) classicorum, quos vocant, notis illustratorum editiones, indicare. Principem igitur haud dubie locum merentur eae, quibus se totum (*p*) ferme impendit editor, non solum philologica scientia probe instructus, verum etiam arte pollens critica, et nihil reliqui fecit ad ornatissime emittendum auctorem suum. Talis est *Curtius* Freinshemianus, *Ouidius* Bachetianus, *Horatius* Bentleianus, *Nouum Testamentum* Millianum, *Lucretius* Lambinianus, *Tacitus* Lipsianus, *Hesiodus* Graeuianus, *Aelianus* Perizonianus. Proximum locum tenent eae editiones, quae a praestantissimis Criticis cum codicibus MSS. collatae fuerunt,

(*o*) De titulo *classici* vid. *Gellius* lib. VII. cap. 13. et lib. XIX. cap. 8. Scriptoribus *classicis* opponit *proletarios Buddaeus* in Annot. prior. ad Pandectas p. 354.

(*p*) Sic notum est, *Vogelasium* Gallicae suae versioni *Curtii* impendisse XXX. annos. Vnde Balsacius dixit, Alexandrum Curtianum esse *inuincible*, sed Alexandrum Vogelasianum esse *inimitable*.

runt, propriisque et aliorum insignium virorum annotationibus illustratae. Huc refero *Sallustium* Gruterianum, *Persium* Casaubonianum, *Statium* Barthianum, *Sallustium* Cortianum, *Nepotem* Bosianum, *Gronouii Herodotum*, *Clerici Hesiodum*, *Drackenborchii Liuium* et *Silium Italicum*, editiones Heinsianas, Graevianas, Gronouianas, Burmannianas. Habent tamen hae posteriores hunc (*q*) naeuum, quod integritatis textus quidem magna habetur ratio, sed sensus scriptoris subinde perobscurus non explanatur, nisi rarissime. Debebant scilicet auctorum explicari difficiliora loca et ambigua, iidemque subinde illustrari ex moribus antiquis: id quod *Lambinus* in suo et *Lucretio* et *Horatio* fecit, *Muretus* in commentario suo ad *Ciceronis Catilinarias*. Quae inscriptae sunt editiones *cum notis* (*r*) *variorum*,

(*q*) Hunc editionum veterum auctorum naeuum graviter notat *Perizonius* in sua Praef. ad *Aelianum*. Imo iam olim *Ianus Guilielmius Quaest. in Plauti Amphitruonem* cap. 8. haec scripta reliquit: *Magna laus est loca optimorum scriptorum male affecta perspicare: sed profecto non minor, eosdem, vbi obscuriores sunt, illustrare. Vtrumque quidem boni Critici munus est. Nunc illud certatim omnes spectagunt; hoc paucissimi persequuntur, ita quidem, vt parerat.*

(*r*) Vid. *Boecleri* Bibliogr. crit. p. 445. et *Burmanni* Praef. ad *Phaedrum* et ad *Velleium*. Pluribus editionum harum plerarumque vitia describit *Borremanius* Var. lect. cap. 7. p. 73. sqq. Caeterum recte iudicat *Fabricius* Bibl. Lat. p. 58. sq. et p. 397. non esse simpliciter damnandas,

rum, pleraeque textum quidem exhibent satis emendatum, sed in seligendis notis iudicio carent. Eiusdem farinae sunt, quas suo nomine praescripsit *Schreuelius*, quem *nullius fere iudicii consarcinatorem* vocat (*s*) *Clericus*. Meliores sunt illae editiones, quae in titulo promittunt (*t*) integros criticorum omnium commentarios: qualem nuper *Tacitum*, *Iustinum*, et *Aelianum* dedit *Abr. Gronouius*, *Curtium Snakeburgius*, *Florum* et *Thucydidem Duckerus*, alios alii. Quae a *Berneggero* atque *Freinshemio* adornatae sunt editiones, margini adscriptis locis parallelis, subiunctoque Indice philologico accuratissimo, inter optimas omnino sunt habendae. De (*u*) editionibus in vsum Delphini confectis ita iudicat

das, imo vero laudandas, editiones auctorum, quibus adiunxerit selectas editorum notas vir quispiam eruditione praestans et iudicio. Qualis erat *Freinshemius*, qui selectas aliorum notas adiunxit suo *Floro*.

(*s*) Art. Crit. P. I. cap. 2. §. 1. n. 5. p. 64. Caeterum eundem titulum meretur editor Orationum Ciceronianarum, *Freigius*, cuius annotationes summo iure *futiles* vocat *Boeclerus* Bibliogr. crit. p. 68. De caeterorum in *Orationes Ciceronis* meritis tuli iudicium *Poeciles* T. I. lib. 2. p. 282. et in Praef. ad nouem Ciceronis Orationes a me editas.

(*t*) Recte dixi *promittunt*. Non enim semper praestamus, quod promisimus. *Abr. Gronouius* neutiquam exhibuit notas omnium integras in *Tacitum*: id quod tamen promittit titulus.

(*u*) Historiam harum descriptam vide ab *Huetio* Vitae suae lib. V. p. 119. 120. 121. Auctores singularum harum editionum nominatim indicat *Bailletus* Iudiciorum T. II. P. II. p. 401. sqq. et *Iournal literaire* T. XVI. p. 465. sqq.

cat (x) *Morhofius*: *Auctorum illorum, quot-quot ea ratione in Gallia prodiere, perpauci (y) sunt, quorum editio noui quid secum afferat, aliisque praeferri tantopere mereatur, nisi quod magnificus plane atque splendidissimus typorum chartaeque nitor gloriam Regis indicant, harum etiam rerum curam gerentis.* Indices etiam et castrationes harum editionum reprehendit (z) *Fabricius*. Excipiendus tamen est *Plinius Harduini*, longo sane interuallo post se relinquentis doctissimos viros, qui ante ipsum in eo expoliendo illustrandoque elaborant. *Cellarianae* editiones ex praestantissimis sunt expressae: annotationes habent (a) rariores, philologicas partim, partim historicas, subiuncto Latinitatis Indice, sed eo valde imperfecto. Adornatae eae sunt, vrgentibus bibliopolis, exiguo tempore, et in vsum scholarum, suoque scopo satis sunt accommodatae.

Z 2

(x) Polyhist. liter. lib. IV. cap. II. §. 5. p. 133.

(y) Quantopere editiones Delphinianae spernantur in Batauia, narrat *Baelius* Epist 221. p. 853. Maxime editio *Taciti* nullius est pretii, vt ex vero iudicat *Fresnoius* in *Catalogo Historicorum* p. 95. editionis Menckenianae. Inspice, quaeso, *Gronouii* ad Ciceronis opera, et *Burmanni* ad Vell. Paterculum Praefationes, in quibus Delphinianae illae editiones acerrime exagitantur, allatis etiam a *Gronovio* inepriarum exemplis. Adde *Crenii* Animaduers. philol. P. IV. p. 6.

(z) Biblioth. Lat. p. 12. et 56.

(a) Excipe *Minucium Felicem*, notis philologicis a *Cellario* instructum et copiosissimis et doctissimis. Singularem quoque operam nauauit is *Eutropio*.

datae. Certe nimium aeruginis habet *Schurzfleischii* (*b*) de iis iudicium.

XXIV. *Thomae* (*bb*) *Farnabii* ac *Ioannis* (*c*) *Minellii* annotationes, quas editis ab se auctoribus subiecerunt ad sensa eorum explananda, satis bonae et adolescentibus necessariae sunt. Adolescentibus dico? Imo ne viri quidem, nisi in his literis exercitatissimi, carere iis possunt: id quod vel inde apparet, quod ipsi illi duumuiri, publici literarum professores, se suum auctorem haud recte cepisse, saepe docent (*d*) falsis suis interpretationibus.

(*b*) T. II. Epist. arcan. p. 406. et 498. Priore loco *Ferrariensis* titulo afficit *Cellarium*, scilicet natum Smalcaldiae, vrbe ob officinas clara ferrarias.

(*bb*) Huius vitam ipse exhibui in *Actis erud.* 1733. p. 514.

(*c*) Fuit Roterodami *Scholae Erasmianae Paedagogus*. Ita vocatur in titulo carminis gratulatorii, *Terentio* a. 1663. in 8. cum notis et versione Belgica ab ipso *Minellio* Roterodami edito praefixi. Caeterum Minellianas notas auctoribus priscis iam ante subscripserunt *Herm. Torrentinus* et *Ascensius*: vt omittam *Antonium Mancinellum*, de quo supra mentionem feci ad cap. V. §. 8.

(*d*) *Io. Clericus* Artis crit. P. I. cap. 2. §. 5. p. 64. iudicat, vtrumque et plurima omisisse necessaria, et in plurimis errasse. Quod verum esse iudicium, ego quidem vsu deprehendi. Quanquam *Minellio* eruditiorem se praebet *Farnabius*, agnoscente etiam *Fabricio* Bibl Lat. lib. I. cap. 15. p. 265. Vnde et *Gibertus*, rhetor Parisius, in *Actis erud.* a. 1721. p. 263. notas *Farnabii* laudat tanquam *accuratas* et *eruditas*. Ac *Matth. Berneggerus* in Praef. ad *Florum*

bus. Libet exempli gratia sex *Minellii* producere errores, in quos incidi superioribus diebus, tractans secundum librum diuinae *Aeneidos*. Igitur *v. 125. taciti* exponit per *tacentis*, cum τὸ *taciti* sit nominatiuus, et significet *tacentes*. *Taciti* autem *ventura cernere* hoc loco dicuntur eodem sensu, quo *Cicero* ad fam. lib. V. epist. 12. dixit: *cerno iam animo futura*. Ad *v. 126: tectusque recusat prodere voce sua quenquam*, haec adscripsit *Minellius: tectus, id est, domi suae abditus*. Male: *Tectus* enim hic eum significat, qui, quae cognita habet, non expromit. Duo loca *Ciceronis* hanc in rem allata iam video in *Lexico Fabro-Cellariano*. Ad *v. 141.* haec verba: *Quod te rogo, Minellius* apposuit hanc interpretationem: *quod, id est, propter quod*. Male. Nam τὸ *rogo* hic loci duos regit accusatiuos, alterum personae, alterum rei. *Virgilius* igitur in connexione pro *id te per superos rogo* dixit (*dd*) *quod te per superos rogo*. *Ouidius* Amor I. 8. 89: *Et sibi pauca rogent: multos si pauca rogabunt*, caetera. Ad *v. 157*: *Fas mihi, Graiorum sacrata resoluere iura*, en adscriptum a *Minellio: Ego obtestor, quod fas*

Florum notas *Farnabii* vocat *breuiculas quidem illas, verum ita neruosas bonique succi plenas, vt quantumuis prolixi ac luculenti commentarii vicem praestare queant*

(*dd*) Eundem, quem dixi, errorem errauit Minellius ad illud Aen. VI, 336: *Quod te--per genitorem oro*. Nam et hic adscripsit, *quod* positum esse pro *quocirca*.

est mihi. Absurde. Sensus poëtae hic est: *Fas mihi sit* (quae vox subaudiri debet,) hoc est, liceat mihi id facere, vt nullo me peccato obstringam hoc faciens. Similis est locus *Curtii lib. X, 10. 13: precati, vt ius fasque esset mortalibus, attrectare Deum.* Et alter *Virgilii*, ita praefantis sermoni, quo arcana sacra aperit, *lib. VI. 266: Sit mihi fas, audita loqui.* Porro *sacrata iura resoluere* significat superiore *Virgilii* loco, contra iusiurandum agere. *Versu 299.* dicitur *secreta parentis domus.* Hic *Minellius* putauit, τὸ *secreta* esse adiectiuum, cum sit participium passiuum. Parentis mei, inquit Aeneas, domus ab aliis domibus secreta seiunctaque est et separatim iacet. *Versu 316. ardent animi*, id est, *vehementer desiderant*, inquit *Minellius.* Recte. Sed addere debebat, pluralem poëtico more positum esse pro singulari, et *ardent animi* dictum esse pro *ardet animus meus.*

XXV. Multo vero plures commiserunt errores plerique, qui vrgentibus bibliopolis festinanter (*e*) adiecerunt auctoribus optimis anno-

(*e*) Hi, quia pueris sufficere putarunt annotationes suas, adscribere potuissent earum fini duos illos versus, quibus *Labyrinthum* suum conclusit *Eberhardus* Bethunienſis:

Simplicibus quia simpliciter mea carmina scripsi,
Iure meae lector ignoscere debet eclipsi.

annotationes (*f*) suas, *Minellii* aemulationem in ipso titulo professas. Nam ne textum quidem a Criticis emendatum omnes exhibent, sed saepe scripturam vitiosissimam. Ex paucis vt peccatis discas caetera huius generis, in *Curtio* editionis *Iunckerianae* lib. IV. 1. 13. pro *Byblon* ineptissime exhibetur *Babylon*, et cap. 2. 23. pro *ictum* editum est *iactum*, et *ex iumentis* pro *rex munientibus*. Pariter in *Ciceronis Orat. Catil. cap. 13.* pro *hisce ominibus*, editio pseudo-Minelliana exhibet *hisce omnibus*, subscripta hac interpretatione: *postquam haec omnia dixi*. Rursus apud *Curtium V, 7. 11.* Minellianus interpres τὸ *respicere* idem esse ait, quod *colere ac venerari*, scilicet Gallicam illam phrasin respiciens, *einem Respect und Ehre geben:* cum significet *intueri oculo inuidiae pleno*. Qualia quidem legentes qui risum teneatis, amici? Ad annotationes quod attinet, saepius eae affusae sunt locis clarissimis, obscuris vero locis vel nihil lucis illatum, vel etiam offusa noua caligo. Memini, me aliquando ferente occasione perlustrasse *Curtium* (*g*) et *Ciceronis Epistolas* lunckerianae

(*f*) Catalogus auctorum Lipsiae ab a. 1699. vsque ad a. 1713. editorum cum notis Minellianis *Stubelii, Iunkeri, Tenzelii, Vhsei, Weinrichii, Walchii, et Gunbrechti*, praefixus est editioni Minellianae *Epistolarum Ciceronis ad familiares* Lipsi. 1713.

(*g*) E. g. lib. V. 2. 22. *restiti* vertit *ich habe mich widersetzet*, et *nomen, der Nahme*, cum prius hoc loco signifi-

editionis, ac obseruasse, vix vllum in auctoribus istis occurere locum paulo difficiliorem, quin annotator ei tribuerit sensum alienissimum. Nuper etiam deprehendebam in Orat. Ciceronis *pro Archia* cap. 8. vocem *reuocatus* non solum a Latino, sed etiam a Germanico interprete exponi per *rursus rogatus*, cum idem sit, quod *interpellatus*, quo sensu τὸ *reuocare* bis vsurpat *Plinius lib. I. epist. 5.* Discamus hinc, non esse cuiusuis, interpretari classicos illos scriptores, sed, quae (*h*) *Lipsii* verba sunt, *Ciceronem intelligere, intellectumque interpretari, praestantioris cuiusdam ingenii esse, quam aliquis de populo existimet. Ab hoc errore* (ita idem paulo post pergit,) *et ab hoc fonte tam multi hodie et ieiuni* (*i*) *in Ciceronem commentarii.*

XXVI.

significet, *ich bin stehen geblieben und habe mich nicht nieder gesetzet*, posterius *debitum, die Schuld.*

(*h*) In Orationibus Ienae habitis p. 37. *Lipsium* id, quod verissimum est, scripsisse, manifestum quoque faciunt nonnullae haud obscurorum virorum versiones librorum *Ciceronis* Germanicae, quae videlicet multum aberrant a vero eius sensu. Recordor nunc duorum, quorum alter non ita pridem *Officia Ciceronis*, alter eius *Orationes pro Archia* et *pro Ligario* ita interpretatus est, vt nihil peritis clarius ostenderint, quam, se minime implesse mensuram interpretis. Quanquam hi duumuiri pensant grammaticum hunc naeuum magnis aliis laudibus.

(*i*) Eadem querela est *Rol. Maresii* epist. 18. itemque *Pauli Manutii*, Epist. p. 951. edit. Krauf. memorantis quorundam *notatiunculas in Ciceronem, leues omnino, minimeque dignas, quae legantur.*

XXVI. Non est vero dissimulandum, fuisse quosdam, qui *Minellii* doctrinam diligentiam que non aequarent solum, sed superarent. Certe *Cornelius Nepos* Stubelianus notis ornatus est doctissimis, itemque *Curtius*. Nec mediocri laude digna est Verporteniana *Ouidii Tristium* et *in Ponto* scriptorum carminum editio, ac saepe dolui, viro illi vitam non suppeditasse ad parem lucem afferendam auctoribus pluribus. Egregie quoque de studiosa iuuentute meritus est *Weinrichius* pererudita sua illustratione operis Ciceroniani *de officiis*, et sua *Epistolarum Ciceronis* editione *Bengelius*. Ille quoque, cui sub *Emanuelis Sinceri* nomine latere placuit, perfectam prodidit (*k*) Latini sermonis peritiam: ad cuius formam proxime accedunt, interdum etiam ob adiectos locos parallelos praeferendae, pleraeque (*l*) auctorum Latinorum editiones officinae

(*k*) Loca tamen corrupta emendandi artem non callet ideoque ad huius generis scopulos haerere cogitur. Verum huius interpretis nomen est *Esaias Schneiderus*. Fungitur Diaconatu Ecclesiae D. Vlrico olim sacrae Augustae Vindelicorum. *Iustini* tamen ac *Terentii* editio non isti, sed *Schoenemanno* Wurtembergico debetur, qui eo consilio *Em. Sinceri* nomen assumsit, vt placerent populo scholastico, quas fecisset notulas. Giessae quoque adscito *Eman. Sinceri* nomine notas in *Florum* et *Velleium Paterculum* edidisse *Ayrmannum*, docetur in *Nouls literariis* Kohlianis anni 1732. p. 419.

(*l*) Rengerianarum harum editionum Catalogus annexus est editioni *Epistolarum Cic. ad famil.* a. 1720.

Halensis Rengerianae, notis instructae Germanicis. Reiecit quidem Germanici sermonis vsum in eiusmodi annotationibus *Stubelius* (*m*) modo laudatus: sed rationibus vtitur parum firmis, minimeque audiendus est. Quare nec *Ioan. Matthias Gesnerus* dubitauit, *Chrestomathias* suas, *Ciceronianam*, et *Plinianam*, a. 1717. et 1723. editas, annotationibus (*n*) prosequi Germanicis, quibus non verba solum obscuriora illustrat, verum etiam artis criticae, et historiae veteris, imo philosophiae etiam facem adhibet ad res ipsas recte percipiendas. Addo, primum fuisse *Leonh. Christoph. Ruhlium*, qui Graeco scriptori notas eius generis Germanicas adiiceret edita 1727. *Cebetis Tabula*.

XXVII. Ad *βιβλιογνωσίαν* etiam pertinet rariorum notitia librorum. Hi tres dispesci possunt in classes. Alii sunt rari pariter et impii, de quibus paulo post dicetur. Alii rari sunt et minus erudite conscripti, e. g. *Hornii* (*o*) et *Schwimmeri* (*p*) *Historia philosophica*. Hi ob id ipsum rari fiunt, quia negliguntur ab

Vna atque altera harum editionum me habere annotatorem dicta est. Sed erraſſe hanc famam, non fuit mihi hic loci dissimulandum.

(*m*) *Im beschäftigten Secretario* P. 31. p. 657. sqq.

(*n*) De his iudicium meum iam expromsi in *Actis eruditorum*, Supplem. T. VII. p. 223. sq.

(*o*) Vid. *Acta Philos.* P. VI. cap. 5.

(*p*) Ibid. cap. 7.

ab eruditis, nec digni habentur editione nova. Alii denique rari iuxta bonique sunt: quorum raritas has potissimum causas habet, Nam *interdum* liber aliquis argumentum tractat de priuato quodam facto, cuius notitiam exactiorem habere perpaucorum interest. Huc refer *les Factums*, id est, acta iudicialia de certo quodam casu, in Gallia typis exscribi solita. Pertinent huc etiam scripta eruditorum antagonistica, e. g. in causa Pietistica, Terministica, similibusque. *Deinde* et illi libri rari fiant necesse est, quorum argumentum non nisi ab exiguo eruditorum grege capitur et magni fit, e. g. libri *critici*, quorum aliquot nuper coniuncte recudenda curauit *Schminckius*. *Tertia* raritatis causa est paucitas (*q*) exemplorum typis exscriptorum: *Quarta* defectus commerciorum, ob quem

(*q*) E. g. *Ignatii Epistolae* ex MS. expressae Oxonii a. 1708. Vid. *Acta erud.* 1713. p. 399. Conf. ibidem p 101. et 108. fine. Aliud exemplum inuenies in *Fabricii* Biblioth. Lat. lib. II. cap. 25. p. 503. et in *Actis erud.* supplem. T. IV. p. 225. Testatur et *Crusius* in Diss. epist. ad *Wormium* 1728. edita p. 16. *Ge. Hooperi*, Episcopi Angliae, libellum *de Valentinianorum haeresi, eiusque origine*, Londini 1711. editum, ideo rarissimum esse, quod tantum viginti quatuor exemplaria eius sint impressione typorum confecta. Sic *Ioannis Comneni* edita a. 1701. in Walachia *Descriptio montis Atho* mansura videtur fuisse incognita, quippe paucis eius exemplis a typographo descriptis, nisi eam in septimo suae *Palaeographiae* libro iterum edidisset *Montefalconius*, qui, quae modo dixi, refert *lib. I. p. 111.*

quem libri in Hiſpania excuſi his in oris ſunt rariſſimi: *Quinto* non poſſunt non rari eſſe libri, qui publico edicto ſupprimuntur, vel aliis fortunae caſibus, v. g. incendio, ad paucitatem exemplarium rediguntur.

XXVIII. *Sexto* denique libri quiuis rari fiant neceſſe eſt, quorum exempla decurſu temporis a bibliopola diuendita ſunt, non ſuccedente, ob metum paucitatis emtorum, editione noua. Hinc rariſſimi non ita pridem erant *Tuldeni* libri *de cognitione ſui*, *Schefferi de philoſophia Italica*, *Gerardi a Roo Annales Auſtriae*, *Meziriaci Vita Aeſopi*, *Sexti Empirici* opera, *Kevenhülleri Annales* (*r*) *Ferdinandei*, *Launoii* liber *de fortuna Ariſtotelis Pariſienſi*, *Naudaei Additiones ad hiſtoriam Ludouici XI. Richardi Burii Philobiblion*, etc. qui nunc, poſtquam iterata (*s*) eorum fuit editio, venales paſſim proſtant. Adeo quoque ſe ſubduxerat eruditorum oculis *Hamelmanni Hiſtoria Euangelii renati per inferiorem Saxoniam*, a. 1711. recuſa Lemgouiae, vt in ſua *Hiſtoria Lutheraniſmi* vti ea non poſſet (*t*) *Seckendorfius*. Hac eadem de cauſa Diſputatio-

(*r*) Vid. *Catalogus Hiſtoricorum Fresnoi-Menckenianus* p. 130. et Germanice ſcripta *Acta erud.* T. II. p. 185. ſqq.

(*s*) Hoc modo multis hiſtoriae Italicae ſcriptoribus raritatis pretium detraxit *Burmannus*, dum eos collocavit in *Theſauro* ſuo *Hiſtoriae Italicae*.

(*t*) Obſeruauit hoc *D. Gudenius*, eruditiſſimus Saxoniae

tiones Academicae, etiam longe eruditissimae, exiguo temporis spatio fiunt rarissimae: adeoque laude digni sunt, qui *Graeuii Creniique* exemplo selectas Disputationes vnum (*u*) in volumen collectas iterum numerosissime exscribendas curant; cuius laudis in societatem etiam illi sunt admittendi, qui praestantes libros e tenebris eruunt, nouaque editione reddunt parabiles: item ii, qui saltim excerpta e rarioribus libris exhibent: id quod fecit *Richardus Simonius* in *Bibliotheca critica* a. 1708. edita, nec non *Larochius* in *Bibliotheca* (*x*) *curiosa*, atque *Groschuffius* in Rengeriana librorum rariorum collectione.

XXIX.

zoniae nostra Theologus, et Gottingensis tum Ecclesiae, tum Scholae Regiae nuper doctor primarius, in Dissert. de *Ernesto*, Duce Br. et Luneb. §. IX.

(*u*) Sic *Kappius* edidit *Orationum, Gabr. Ternius Programmatum exegeticorum* Syllogen; *Gothofr. Menthenii* auspiciis prodiit *Thesaurus Dissert. philolog. ad N. T.* duobus tomis constans; *Bernizii* et *Arkelii* cura *Fasciculus* duplex *Dissertationum philologicarum*. Eodem consilio *Struuius* raritatis maximae praestantissimos libellos luci reddere instituit, editis a. 1719. *Bibliothecae rariorum librorum* Tomis duobus. Pertinet huc longa illa et docta *Seuerini Lintrupii* Dissertatio de optimis Academicis Disputationibus in volumina colligendis, quae partitim exhibetur in *Nouis literariis maris Balthici* a. 1701. p. 176. sqq. et a. 1702. p. 185. et alibi locorum.

(*x*) Vid. *Acta Erud.* 1711. p. 188. Huc pertinet *la Bibliotheque volante*, quae a. 1700. aliquot fasciculis prodiit. Vid. *Monatl. Auszüge*.

XXIX. Eiusdem *Groschuffii* lectu digna est Praefatio, qua de libris rarioribus docte disseritur: cui iungendae duae de eodem argumento Dissertationes *Reimmanni*, Tomo decimo *Obseruationum Halensium* insertae, octaua et nona. Neque contemnenda est *Wendleri* Disputatio *de variis raritatis librorum causis*, in Academia Ienensi a. 1711. edita. Extat etiam *Theod. Crusii de libris perraris* Dissertatio in *Amoenitatibus literariis* Germanice scriptis, (Vergnügung (*y*) müßiger Stunden,) et altera *Schelhornii* in huius (*z*) *Amoenitatibus* doctissimis: quibus postea accessit *Aug. Beyeri* libellus *de libris rarioribus*, et *Io. Lud. Bunemanni Catalogus Historico-criticus librorum rariorum*, et *Theophili Sincери* (hoc est, *Io. Schwindelii*, Pastoris Noribergensis,) Nachricht von raren Büchern. Memorari et hic debet *Io. Christoph Coleri Anthologia:* quippe quo in libro non solum recensentur libri perraro obuii, sed etiam potiora inde excerpta exhibentur. Et quam magnam librorum rarorum multitudinem habet *Bibliotheca Theologica Reimmanniana* nuper edita! Imo maximam illius bibliothecae librorum partem nihil magis commendat, quam sua raritas. Postea Londini 1726. de rarioribus Italica lingua scriptis liber

(*) sin-

(*y*) XV. n. I. p. 185. sq. et p. 239.
(*z*) T. II. Dissert. I, et T. V. p. 239. sqq.

(*) singularis editus est: et ad Voigtianum catalogum exhibuit *Spicilegium* insigne *Dan. Gerdesius* in *Miscellaneorum Groninganorum* T. II. p. 643 - 706. et T. III. p. 65 - 123. Hic etiam 1747. edidit Groningae *Florilegium historico - criticum librorum rariorum.* Admirandus vero in primis est *Sam. Engelii Catalogus* (**) *librorum rarissimorum, quos maximis sumtibus collegit ipse*, Bernae 1743. editus, et notis instructus criticis. Stupendae industriae opus nunc editur Gottingae, *Bibliotheque curieuse historique et critique, ou Cataloge raisonné de livres difficiles à trouver, par David Clement.* Tomus primus prodiit 1750. secundus 1751. tertius 1752.

XXX. Addam et ipse aliquot librorum rariorum (*a*) mentionem, vt ne hoc quidem e loco discedam ἀσύμβολος. Per igitur rarorum libro-

(*) Recensetur in Nouis Supplementis *Actorum eruditorum* T. III. p. 512. sq. vbi et indicatur, auctorem eius esse *Nic. Franc. Haymium*, Romanum.

(**) Huius catalogi aliquam notitiam petas licet e *Nouis literariis Gottingensibus* anni 1744. p. 132. sqq.

(*a*) Quinque libros anti- Iudaicos rarissimos recenset *Wolfius* Biblioth. Hebr. T. II. p. 1110. sqq. De Naudaei rarissimo libro, *Le Mascurat* inscripto, vid. *Gryphius* lib. de historicis saeculi XVII. cap IV. p. 259. sq. Ipse in *Actis Philosophorum* plures libros singulari raritate notabiles recensui: qui et in *Historia Gymnasii Gottingensis* cap. IV. §. 25. sqq. perrarum eundemque bonum librum *Tilemanni Frisii*, cui titulus *Münz-Spiegel*, recensui copiose.

librorum in classem refer *Henrici Stephani* (*b*) librum *de origine mendorum*, *Scultingii* (*c*) *Bibliothecam ecclesiasticam*, *Benedicti Winckleri libros V.* (*d*) *de principiis iuris*, *Derodonis* librum (*e*) *contra Concilium Ephesinum*, *Hart-*

(*h*) *Struuius* Introd. cap. II. §. 15. edit. primae p. 70. negauit, hunc *Stephani* librum vnquam editum fuisse. Postea secundae editionis cap. V. §. 21. p. 239. memorauit, *Stephanum* specimen libri de origine mendorum edidisse. Caeterum adhuc credit, ipsum librum non fuisse confectum editumque. Sed praeterquam, quod pseudonymus a *Struuio* adductus istum librum laudat tanquam suis vsurpatum oculis, ipse *Stephanus* in Epistola *de suae typographiae statu* (quae et exstat in *Vitis Stephanorum* a *Mattairio* editis, p. 305.) p. 5: *Quem*, inquit, *olim pollicitus* de origine mendorum *librum aliquando tandem et ipsum in lucem prodire sinam.* Etiam Schediasm. lib. II. cap. 13. innuit *Stephanus*, se iam edidisse hunc librum. *Origines mendorum* inquit, *plerasque alibi memoraui.* Imo et *Honorius de S. Maria* in suis *Reflectionibus criticis* p. 7. testis est, exstare hunc libellum, et esse libellum paruulum. Edidit quidem *Stephanus Castigationes quam plurimorum Ciceronis locorum*, in eiusque libelli fine exempla variorum in Cicerone mendorum, et eorum causas, recensuit. Sed aliud, et quidem longe maius opus esse, quod *de origine mendorum* composuerat, clarissime docetur in *Kohlii* Nouis literaris anni 1738. p. 34. Quare nunc tandem assentior *Struuio*, nondum editum esse hunc librum, vehementer optans, vt e suis tenebris aliquando in lucem proferatur artis Criticae cultoribus futurus vtilissimus.

(*c*) Vid. *Acta erud.* 1710. p. 283.

(*d*) Recenset hoc opus *Ge. Beierus* in *Notitia auctorum Iuridicorum* p. 60. sqq.

(*e*) Vid. *Bayle* Diction. v. *Rodon.*

Hartmanni Schedelii et *Sebast. Franckii Chronica*, *Braschellani Indicem* (*f*) *expurgatorium*, *Decembrii Politiam literariam*, *Petri Martyris Anglerii Epistolas*, *Blondellum de Sibyllis*, *Anonymi* (*g*) *Onus Ecclesiae*, *Campanellae Syntagma de libris propriis*, *Bodini Theatrum Naturae*, *Io. Baptistae Ferreti* (*h*) *Musas lapidarias*, *Alphonsi Conradi Commentarium in Apocalypsin*, *Io. Bapt. Crispi* opus *de Platone caute legendo*, *Pomponatii* scripta, *Ioannis Erigenae Physiologiam*, *Nicolai Securi* librum *de salute Platonis*, *Trithemii Epistolas familiares*, *Iordani Bruni* scripta, *Huarti Scrutinium ingeniorum*, *Sebastiani* (*i*) *Bassonis Philosophiae naturalis adversus Aristotelem libros XII. Hobbesii Opera philosophica*, *Schenckelii Memoriam artificialem*, *Gewoldi Defensionem Imp. Ludouici IV. Des derniers efforts de l'innocence affligée*, librum sub regina Galliae Catharina a Reformato quodam emissum, rarissimum et simul suo in genere incomparabilem esse, docet

(*f*) Vid. *Obs. Hal.* T. III. n. VI. et *Vergnügung müssiger Stunden*, et *Alt. Gel Zeit.* anni 1745 p. 305. sqq. Vberiorem eius *Indicis notitiam* eodem anno edidit Altorfii *Nic. Ern. Zobelius*.

(*g*) Vid. liber meus *de Anonymis* pag. 151.

(*h*) Veronae 1672 fol.

(*i*) Hunc una cum scriptis suis sibi ignotum esse, fatebatur *Christ. Thomasius* Orat. p 18 sq. Nec *Morhofio* cognitum fuit illud *Bassonis* opus. Recensui igitur id hoc nomine cupidius in *Actis Philos.* T. III. p. 939. sqq.

docet *Baelius* in sua *Critique de l'Histoire du Calvinisme de Maimbourg* T. I. p. 130. De libello longe rarissimo *Nicolai Guiberti de vasis veterum murrinis* inspiciatur *Io. Frid. Christii* Dissertatio de iisdem, Lipsiae 1743. edita. p. 23. et 51. De *Melanchthonis Hypotyposibus Italico sermone editis* exstat *Iacobi Bruckeri* Dissertatio in Nouorum Miscellaneorum Lipsiensium primo Tomo p. 628. sqq.

XXXI. Non erit, opinor, lectoribus meis molestum, hoc loco recognoscere libros rariores, quorum indicium mihi fecit *Catalogus historicorum Fresnoio-Menckenianus*. Ibi scilicet memorantur sequentes: *Petri Bertii Theatrum Geographiae veteris* p. 21; *Antonini Itinerarium cum notis Hieron. Suritae* p. 22; *Ioannis Blaeu Atlas* (k) *Magnus*, duodecim voluminibus constans, p. 24; *Gabr. Prateoli Elenchus haereticorum omnium* p. 42; *Ioan. Cochlaei Historia Hussitarum* p. 45. et 148; *Herib. Rosweidi Vitae Patrum* p. 49; *Origines Murenses monasterii in Heluetia* p. 52; *Matth. Marrierii et Andr. Quercetani Bibliotheca Cluniacensis* p. 53; *Statuta antiqua ordinis Carthusianorum* p. 59; *Barth. de Pisis liber conformitatum vitae S. Francisci cum vita Iesu Christi* p. 64; *Morini des defauts du gouvernement de l'Oratoire* p. 69; *Kircheri Oedipus Aegyptiacus* p. 76; *Nic.*

(k) Conf. *Struuius* Introd. cap. V. §. 20. p. 235.

Nic. Bergierii Hiſtoire des grands chemins de l' Empire Romain p. 88; *Henr. Caniſii Lectiones antiquae* p. 118; *Goldaſtus de regno Bohemiae* p. 149; *Virginum ſacrarum monumenta* p. 168; *Goldaſti ſcriptores rerum Sueuicarum* p. 173; *Du Cheſne Scriptores hiſtoriae Francorum* p. 189; *Volumen epiſtolarum, quas Romani Pontifices miſerunt ad Carolum Martellum, Pipinum, et Carolum Magnum, editum a Gretſero* p. 198; *Rob Guagnini et Io. Raulini Epiſtolae* p. 212; *Hieronymi de la Garde Memoire ſur la mort d' Henri IV.* p. 235; *Vitt. Siri Memoire recondite dall' anno 1601. ſino all' anno 1640.* p. 238; *Sammarthanorum Gallia Chriſtiana* p. 268; *Petri Saxii* (*l*) *Pontificium Arelatenſe* p. 291; *Ioſephus Texeira de Portugallia* p. 317; *Vincentius* (*m*) *Mirabella de Syracuſa* p. 341; *Leon. Auguſtinus de Sicilia* p. 342; *Io. Mich Bruti hiſtoria* (*n*) *Florentina* p. 345; *Platinae Hiſtoria vrbis Mantuae* p. 348; *Dugdalii Monaſticum Anglicanum* p. 400; *Simonis Okolsxy Orbis Poloniae* p. 407; *Olai Rudbeckii* (*) *Atlantica* p. 410;

(*l*) De hoc libro vid. *Gaſſendus* in Vita Peireſcii lib. IV. p. 222. ſq. et *Tenzelius* a 1706. p. 115. ſqq. Recuſus vero nuper hic liber eſt in *Menckenii* Tomo primo *Scriptorum rerum Germanicarum.*

(*m*) Hic liber non ita pridem fuit recuſus. Vid. *Acta Erud.* 1720. p 4.

(*n*) Conf. *Freſnoii* Methodus legendi hiſtoriam p. 194

(*) Quarta eademque vltima huius operis Pars eſt longe rariſſima. Cuius raritatis cauſa profertur in *Kohlii* Nouis literariis anni 1741. p. 459. ſq. Idem a. 1743. p. 9.

Caroli Ogerii Iter Danicum p. 417; *Samuelis Guichenonii Genealogia Sabaudiae* p. 438; *Hieronymi Henninges* (*o*) *Theatrum genealogicum.*

XXXII. Sunt vero libri nonnulli vsque adeo rari, vt vix in quingentesima quaque bibliotheca reperiantur, quosque adeo *phoenices librorum* iure vocaueris. Talis est *Curtius* vna cum variantibus lectionibus codicis MS. Theocreniani editus: quem nusquam obvium esse, docet ac dolet (*p*) *Schnackenburgius* in Praef. ad *Curtium* suum *p. 4.* Mihi vero duo eius exempla accipere contigit, quorum alterum inserendum duxi bibliothecae *Vffenbachianae*, cuius in Catalogo id producitur *T. IV. p. 164.* Secundo loco nomino *Poëma* cuiusdam Scholastici *de Aristotele*, *praecursore*

p. 9. docet, eiusdem *Rudbeckii Camporum Elysiorum* Partis primae duo duntaxat sub sole esse exemplaria, horumque possessores simul indicat.

(*o*) De hoc omnino vid. *Reimmanni* Historia studii genealogici p. 64. sqq. editionis primae.

(*p*) Conf. *Fabricius* Bibl. Lat. T. II. p. 717. et libellus meus *de anonymis* p. 127. Addo nunc, *Curtium* hunc iterum excusum esse *Lugduni apud Paulum Frellon et Abraham Cloquemin 1592.* in 12. Vix ouum tam ouo simile quam editio haec priori: vt facile credas, nouum duntaxat libro praefixum esse titulum. At reperi in pagina quadam editionis prioris, et quidem in margine *tubarum*, pro quo perperam in posteriori est *turbarum.* Hinc manifestum est, a diuersis hasce duas editiones profectas esse typographis. Caeterum non nisi semel oculis occurrit meis posterior haec editio.

sore *Christi*, quod, omissis annotationibus sui auctoris, rursus edidi in *Actis* (q) *philosophorum*, ipsum vero vetus et insigni prorsus raritate notabile exemplar inserui bibliothecae Gymnasii Gottingensis. Alterum vero huius poëmatis exemplar in bibliotheca Ducis Vinariensis, tertium in bibliotheca Gymnasii Rotenburgensis ad Tubarim, asseruari, docuerunt me doctissimi fratres, *Io. Matthias* et *Andr. Sam. Gesneri*, ille in *Notitia bibliothecae Schurzfleischianae p. 54. sq.* hic in *Notitia bibliothecae Rotenburgensis Gymnasii*, Tomo primo *Sylloges Bleyschlagianae* inserta, *p. 755.* Tertium huius generis librorum locum occupet *Ernesti*, *Landgrauii Hassiae*, *Catholicus discretus*, cuius publicauit recensionem *Hasaevs* in Tomo secundo *Musei* (r) *Bremensis p. 501. sqq.* Quartus huius notae liber est is, quem *Lud. Septalius* edidit *de re familiari*: cuius de existentia (s) dubitari vetat eruditissimus Abbatis *Fabricii* filius, Professor nunc Academiae Iuliae, quippe qui librum istum secum retulit ex Italia. Quintum locum hic teneat liber Wittebergae 1529. editus:

(q) T. III. p. 345. sqq.

(r) Conf. *Placcii* Theatrum Anonymorum n. 1699. *a.*

(s) Vid. *Stollii Neue Zusätze zur Historie der Gelahrheit* p. 90. sq. Exstare hunc librum hoc sub titulo: *Lud. Septalii de ratione instituendae et gubernandae familiae libri V. Mediol. 1626. in 8.* docetur in *Kohlii* Nouis literariis anni 1734. p. 285. Imo recensuit hoc *Septalii* opus *Schelhornius* in Amoenit. Hist. eccl. T. I. p. 936. sqq.

tus: *Pentateuchus*, *liber Iosuae*, *liber Iudicum*, *libri Regum*, *Nouum Testamentum:* de quo opere, *Luthero* tribui solito, Dissertationem inserui Tomo quinto *Actorum historico-ecclesiasticorum* p. 522-540. Denique hunc est in censum referenda prima editio *Carolini* operis *de cultu imaginum*: cuius quam singularis sit raritas, ipse docui in praefatione ad novam huius operis editionem.

XXXIII. Venio ad libros malae notae, quorum plerique et ipsi perrari sunt. Iis trium sunt generum. Primum genus est (*t*) atheorum. Huc refer *Vanini* scripta, *Pomponatii*, *Spinozae*, *Curbachii*, *Wirmarsii*; *Machiavelli* (*u*) *Principem*, *Tolandi Origines Iudaicas*, *Collini*

(*t*) Libros atheorum, quorum ingentem multitudinem possidet *Reimmannus*, ipse recenset in *Bibliotheca* sua p. 972-1137. Caeterorum quoque paradoxicorum librorum quanta ipsi est copia a. p. 677-778.

(*u*) *Buffierius* Hist. Gall. lib. XXI. cap. 26. p. 305. refert, Henricum III. regem *vnum inprimis Machiauellum legisse amasseque*; et lib. XXII. cap. 27. p. 402 addit, eundem ducem secutum fuisse Ducem Nemursium. Faventissimum vero iudicem nuper Politicus ille accepit, *Io. Frid. Christium*, cuius acumini an succubitura sit *Conringii* sententia, qua nec pro viro eximiae prudentiae habetur *Machiauellus*, et Epicureorum, hoc est, diuinam prouidentiam non agnoscentium, gregi adscribitur, dies docebit. Ego quidem, etsi, cum aliquando legi illum *Principem*, clarissima mihi visus sum deprehendisse impietatis vestigia, tamen paratus sum a *Conringio* deficere, imo a memetipso, vbi lectio *Christiani* operis prorsus alium

Cyllini librum *de libertate cogitandi.* Librum enim *de tribus impostoribus*, de quo *Struuius* copiose egit in libello *de doctis impostoribus*, nunquam prodiisse typis exscriptum, imo ne compositum (*x*) quidem fuisse, *Monnoius* demonstrasse videtur singulari (*y*) Dissertatione, tomo quarto *Menagianorum* annexa. Est vero et illud animaduertendum, multos libros in classem hanc referri summa

alium mihi repraesentauerit Florentinum illum. Interea referre liceat, doctissimo cuidam viro, in *Bibliotheque raisonnée* T. XI. p. 362. sqq. latuisse Aethiopem videri *Christium*, virum alioqui acutissimum.

(*x*) Proximae tamen aetatis nebulo quidam librum huius tituli composuit, qui commemoratur in *Biblioth. Vffenbach.* T. III. p. 681. Vid. *Kochii* Obs. miscell. T. II. p. 364. sqq. *Placcius* in Theatro Anon. n. 892. p. 184-196. *La Croze* Entretiens Dial. IV. p. 328. sq. et 334. *Bierlingius* Pyrrhon. hist. cap. V. p. 256. sq. *Fabricius* de script. de verit. relig. christ. cap. 22. p. 475; *Annales Acad. Iuliae* Sem. II. *Coleri* Anthol. p. 196. sq. *Rich. Simonius* Epist. sel. T. I. n. 18. et p. 216; *Bibliotheca Reimmanniana* p. 980. sq. et 1048. *Vnschuldige Nachrichten* 1733. p. 763. sqq. *Recueil de literature*, qui libellus Amstelodami 1730. est editus, p. 33. sqq. Wolfebrand Voigt in Brem. und Verdischen Heb-Opfer T. I. pag. 867. sqq.

(*y*) Cum contra hanc Dissertationem Hagae 1716. edita fuisset *Reponse à la Dissertation de Mr. de la Monnoie sur le Traite de tribus impostoribus*, (quae perpaulo post recusa est in *I. G. Krausii Vmständlicher Bücher-Historie* P. II. p. 284. sqq.) suam *Monnoius* vel potius *Monetarius* responsionem edidit in *Memoires de literature* T. I. p. 386. sqq.

iniuria: id quod accidit *Historiae* (z) *Seuarambum, Baelii commentario philosophico de tolerantia religionum, Iordani Bruni* libro *de mundis innumerabilibus, Homini* (a) *politico, Thomae Brownii Religioni* (b) *Medici, Bernardini Ochini* (*) scriptis, *Thomasii* (c) Disputationi *de crimine magiae.*

XXXIV.

(z) Equidem ipse suspectum profanae mentis habui auctorem huius *Historiae* in libro de *Anonymis* p. 165; sed post iteratam, eamque accuratissimam, illius operis lectionem agnoui, ei non fuisse mentem de religionis Christianae diuinitate dubiam.

(a) Vid. meus libellus *de Anonymis* p. 95. sq. vbi auctorem huius libelli ab impietatis crimine defendi. Non quidem satisfecit ista mea apologia *Reimmanno*, cuius vid. *Bibliotheca* p. 135. et 1113. Sed probaturus eam, opinor, erat, si legisset, in quae postea incidi, verba *Spizelii*, quae ex ipsius *Infelice literato*, et quidem e cap. 826. repeto. *Planissime mihi persuaseram*, inquit, *anonymum illum* Politici hominis *informatorem esse atheum ac proinde eius effata tum in Epistola* de eradicando atheismo, *tum in* Felicis literati *Commentat: I. num. XI. fueram detestatus. Attamen, cum nuper ex amici cuiusdam indicio cognouerim, scriptum illud nonnisi satyricum esse, -- non potui non ea de re operis mei anagnostas facere certiores, vt ipsi mecum sinistram omnem de auctore illo opinionem abiiciant*, caetera.

(b) Religio Medici *vehementer me delectauit. Vtinam nemo Medicorum, imo Theologorum, illo homine sit minus religiosus!* inquit *Conringius* in *Conringianis* p. 10. Adi et *G. Arnoldi Hist. Theol. Betrachtungen* p. 589. et 614.

(*) Vid. Obs. select. Hal. T. IV. p. 406. sqq. et T. V. p. 1. sqq.

(c) Vid. *Mich. Dau*, Professoris Pernauiensis, Epistola

XXXIV. Alter librorum mali commatis ordo complectitur eos, qui religionem quidem non tollunt omnem, sed Christianae tamen aduersantur eiusque fundamenta subruunt. Huc pertinent *Io. Lyseri* (*) scripta pro polygamia, *Daphnaei Arcuarii* Betrachtung des Eheſtandes, *Peyrerius de Praeadamitis*, *Hobbesii Leuiathan*, *Beckeri Mundus* (**) *fascinatus*, *Herberti Cherburii* liber *de religione*, anonymi qui est *Ludouicus Meyerus*, Amstelodamensis medicus, *Philosophia* (***) *Scripturae interpres*, *Beuerlandus de peccato originis*, *Mich. Serueti* libri septem *de Trinitatis erroribus*. Caeterum huius furfuris libri alii sunt *theoretici*, alii *practici*. Theoreticis illis, quos modo nominaui, adiungantur practici, quorum rursus plures sunt classes. Alii namque sunt *fanatici*, e. g. *Kuhlmanni* Neubegeisterter Böhme; alii *magici*, v. g. *Clauiculae* (*d*) *Salomonis*; alii *obscoeni*, vt *Ioannis Meursii Elegantiae Latini sermonis*, vna

stola de atheismo, qui *Christ Thomasio* iniuste imputatur, a. 1700. edita, deinde *Programmatibus Thomasianis* inserta p. 549. sqq.

(*) De hoc *Lysero Baelius* agit in Dictionario, et copiosius *Niceronius* T. XXXIX. p. 386. sqq.

(**) Vid. *Hauberi* Bibliotheca Magica T. I. p. 565. sqq. et T. III. p. 143.

(***) Vid. meus *de Anonymis* liber p. 100. sqq.

(*d*) De his vid. Rengeriana *Noua librorum rar. collectio* fasc. IV. p. 747. sqq.

cum annexis *Aloisiae Sigaeae* (*e*) *Satyris Sotadicis*. Accidit vero interdum, vt et hanc in classem reiiciantur libri meliore loco digni: idque fere fit a fidelibus quidem illis, sed iusto feruentioribus orthodoxiae patronis. Ita inter *empaectas*, de quibus praedixit *Petrus* (*f*) apostolus, immerito referuntur *Bernardus Connorus* ob editum (*g*) *Euangelium Medici*, *Thomas Burnetius* (*h*) ob *Theoriam* suam *telluris*,

(*e*) Neque *Meursius* neque *Sigaea* quicquam sui habet in hoc opere. Auctori nomen fuisse *Westrenio*, tradit *Struuius* in Diss. de doctis impostoribus §. 36. et alius quidam in *Reimari* Vita *I. A. Fabricii* p. 332. sq. Verum editor ille fuit, non auctor. Compositum enim esse librum istum a *Nicolao Chorerio*, ICto Gratianopolitano, docet *Niceronius* in T. XXXVI. Idem igitur fatum *Sigaea* habuit, quod olim *Philaenis*, de qua vid. *Athaeneus* lib. VIII. p. 335. Caeterum quo anno liber ille multo spurcissimus aeternis tenebris dignus emissus sit in lucem, et qua in vrbe, titulus eius non docet. Is enim sola haec verba praefert: *Ioannis Meursii Elegantiae Latini sermonis.*

(*f*) 2. Petr. III. 3.

(*g*) *Connori* Euangelium Medici *multa egregia et ad defendendam veritatem religionis Christianae auctoritatemque Scripturae S. aptissima continet, quamuis erroribus paradoxis non careat*, inquit Theologus Altorfinus, *Feuerlinus* in tab. XII. *Cursus* sui *philosophici*. *Thomasius* Cautel. P. II. cap. 6. §. 3. p. 52. et Iurisprud. iudic. cap. 10. p. 116. iudicat, bonum esse illum *Connori* librum, scriptum scilicet ad defendendam miraculorum possibilitatem, sed non esse necessarium. Benigne item de hoc libro *Connori* iudicat *Buddeus* Instit. Theol. dogm. lib. II. cap. I. §. 30. 232.

(*h*) *Burneti* libri duo posthumi argumenti theologici

luris, Io. Lockius ob librum (*i*) *de rationalitate Christianae religionis*, et anonymus (cui nomen *Bernardus Mandeuille*,) ob *Cogitationes* (k) *liberas*.

XXXV. Tertia classis est librorum seditiosorum. In his eminent *Stephani Iunii Bruti Vindiciae contra tyrannos, Hippolithi a Lapide* liber *de ratione status in Imperio Germanico, Io. Miltoni defensio pro populo Anglicano contra Salmasium, Wilh. Allenii* libellulus (*l*) *de iure occidendi tyrannum*. Adi sis *Ackeri* Diatriben *de monarchomachis*. Multi tamen libri et huic classi iniuste adscribuntur, e. g. *Hotomanni Fran-*

gici docent, eum quidem ingenii lasciuientis vitio nonnullos incidisse in errores, sed animum eius longissime abfuisse ab impietate et a sacri codicis contemtu. Ac mitius de *Burnetiana Theoria* sentit *Buddeus* Philos. theor. P. III. cap. 1. §. 11. et *Thomasius* T. I. Obs. Hal. 18. p. 294 Conf. *Spanhemius* in Elencho controuersiarum p. 784. sqq. et *Acta erud.* Suppl. T. VIII. p. 288.

(*i*) Hunc qui non ipsum perlegendi otium habet, accuratam eius recensionem legat in *Hist. Crit. de la rep. des lettres* T. X. p. 1-39.

(*k*) *Pensées libres*, edit. 1723. Vid. *Coleri* Theologi Vinarienſis, *Theol. Biblioth.* T. I. p. 375. et 513. sqq. ac *Thomasii Gemischte Händel* T. II. p. 688. sq. et *Weismanni* Schediasmata Academica p. 217. itemque *Reimmanni* Catalogus librorum suorum criticus p. 1066. sq.

(*l*) Meis est in manibus editio Lugd. 1658. ita inscripta: *Traité politique, que tuer un Tyran n'est pas un meurtre*. De hoc libro vid. et *Placcii* Theatrum anon. n. 2114. *, et 2484. Inter huius *Allenii* Opera a. 1707. simul edita libellus hic non reperitur. Vid. *Acta erud.* Suppl. T. V. p. 242.

Francogallia, et olim *Pufendorfii Monzambanus*. Caeterum de damnatis libris conſuli quoque merentur (*m*) *Morhofius* atque (*n*) *Struuius*, ac praecipue *Vffenbachius*, qui in *Bibliothecae* ſuae Tomo III. p. 681 - 758. inſignem exhibet talium librorum catalogum.

XXXVI. Sed diſcedamus a libris rarioribus, et ad eos nos conuertamus, quos emiſerunt auctores ſui vel nullo vel falſo inſcriptos nomine. Illi *anonymi* (*nn*) vocantur, hi *pſeudonymi*. Scriptores de iis nominat *Struvius* in *Introductione* (*o*) ſua, quibus adde meum Schediaſma. Eximium plane eſt (*p*) *Vincentii Placcii Theatrum anonymorum et pſeudonymorum*, Hamburgi a. 1708. editum, cuius veſtigiis, quanquam non ſemper (*q*) recte, inſtitit *Dahlmannus* quidam im Schauplatz der maſquirten Gelehrten, Lipſ. 1710. Laudabilius inſtitit *Placcii* veſtigiis *Io. Chriſtoph. Mylius*, qui Hamburgi 1740. excuſam edidit duabus

(*m*) Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 8.

(*n*) Introd. ad rem lit. cap. IX. Adi et *Schelhornii Amoenit. liter* T. II. p. 341. ſq.

(*nn*) D. *Io. Wigandus* a 1576. edidit libellum *contra Neminiſtas et Neminiſtica ſcripta*, hoc eſt, anonymorum

(*o*) Cap. VIII. §. 18. et in Supplem. ad hunc §.

(*p*) Is in *Theatro anon.* n. 2297. β fatetur, ſe in hoc opere ſuo vbique vſum eſſe *Bailleti* libro inſcripto *Autevrs degviſez*. Idem plus, quam ab ſe exſpectabetur, praeſtitit in *Theatro pſeudonymorum*, inſerens ei libros quoscunque ſuppoſititios, e. g. *Ariſtotelis*, *Ambroſii*.

(*q*) Exemplum eximium imperitiae hominis attuli in libello meo *de anonymis* p. 121. ſq.

bus constantem partibus *Bibliothecam anonymorum et pseudonymorum ad supplendum et continuandum Theatrum Placcii.* Hebraeorum anonymorum catalogum singulari industria confecit *Wolfius* in tomo II. et III. *Bibliothecae Hebraeae. Io. Christ. Manzelii Decades duae scriptorum pseudonymorum anagrammaticorum* exhibentur in der Berlinischen Bibliothek T. IV. p. 573. sqq. et 711. sqq. Speciminis modo aliquot anonymorum et pseudonymorum celebriorum veros hic producam auctores. Sub nomine igitur *Monzambani* latet *Pufendorfius; Sainjorii Rich. Simonius; Eusebii Romani Mabillonius; Goralli, Liberii de S. Amore*, et *Phereponi Io. Clericus; Clarmundi Rudigerus; Theophili Alethaei, Io. Lyserus*, item *Laur. Mullerus* et eius successor, *Ieremias Friderici; Philareti*, Ethicae scriptoris, *Rodolphus*, Professor Bernensis; *Sarcmasii Schurzfleischius; Steph. Iunii Bruti Languetus; Aletophili Curiosi Wagenseilius; Vigneul Marville Natalis Argonesius; Antenoris Schuppius; Antistii Constantis* non *Spinoza*, sed *van den Hof: Peganii* Baro *Rosenrothius; Daphnaei Arcuarii Laur. Begerus; Clari Bonarscii Carolus Scribanius; Burgoldensis (r) Pacifici a Lapide*, et *Constantini Germanici, Oldenburgerus; L. Cornelii*

(r) Qui scriptor aliud atque aliud falsum suis libris praescribit nomen, is *Proteus* aliquis *literarius* haud immerito vocabitur. Praeter hunc *Oldenburgerum* dignus in primis est eo nomine *Rich. Simonius.*

nelii *Europaei Iulius* (*) *Clemens Scotus*; *Alphonsi de Vargas* (*d*) *Scioppius*; Frankenbergs *Zechius*; *Petri Firmiani Zacharias Lexouiensis*, monachus Capucinus; *Furstenerii Leibnitius*; *Misandri Io. Samuel Adami*; *Matanasii* quidam (**) *de S. Hyacintho*; *Montaltii Blasius Pascalius*; *Philandri* von Sittewald, (α) *Moscheroschius*; des Spaten *Casp.* (β) *Stilerus*; *Talandri Augustus Bosius*, *Christiani Democriti Dippelius*. Denique *Palingenii* sub vmbra quis tamdiu latuerit, discito ex *Poeciles* meae secundo tomi secundi libro.

XXXVII. Nec ingratum, scio, lectoribus erit meis, hic loci nudum intueri *Hippolithum a Lapide*, cuius *de ratione status in Imperio Germanico* liber tot oculos totque in se convertit aculeos. Profecto vix cuiquam felicius cessit

(*) Hunc, non *Inchoferum*, esse verum auctorem, *Niceronius* satis docet T. XXXV. p. 337. sq. et T. XXXIX. p. 67. sq. Conf. *Heideggeri* Hist. Papatus §. 170.

(*d*) Se huius libri esse auctorem, duabus in epistolis, quae insertae sunt *Monumentis literariis*, 1701. Francofurti editis, P. II. p. 411. et 416. docet ipse Scioppius.

(**) Docetur hoc in *Biblioth. Rais.* Tomo XXXIV. p. 198. sq. Conf. T. XXXII. p. 3. sq.

(α) Germanicum ei nomen erat *Kalbs-Kopf*. Hinc. a Graeco μόσχος et Hebraico ראש nomen sibi fecit *Moscheroschius*. Sic in Anglia erat *Rich. Suisset*, verius *Swinshead*. Germanice *Schweins-Kopf*.

(β) Vita huius, in Lipsiensium *Lexico eruditorum* omissi, reperitur in *Motshmanni Erfordia literata* T. I. p. 100. sqq.

cessit sui nominis occultatio, quam huic scriptori, cuius quippe notitia vel curiosissimos viros (*s*) fugit: e quibus *Io. Sluterus* in secunda praefatione libri sui aduersus illum *Hippolithum* a. 1653. editi scribit, *sibi non magis eum, quam Antipodes, notum esse.* Veri speciem permagnam habet eorum opinio, qui ex ipso nomine (*t*) collegerunt, eius auctorem fuisse *Iac. Steinbergium*, Equitem inferioris Saxoniae. Nomen enim Stein nomine *Hippolithi a Lapide* bis exprimitur, Graece primo, deinde Latine. Verbo vero ἵππος significari videtur dignitas auctoris *equestris*, vel, vt *Bierlingius* in literis ad me datis suspicabatur, patria viri, in ea regione nati, cuius Principum insignia *equum* habent. Firmat hancce coniecturam testimonium *Iobi Ludolphi*, apud *Placcium* in *Theatro Pseudonymorum* (*u*) narrantis, ipsum sibi *Steinbergium* id confessum (*) esse. Quanquam ipse statim dubium

(*s*) Ea quoque re obscuriorem se fecit *Hippolithus*, quod nihil quicquam responsionis reposuit suis aduersariis.

(*t*) *Leibnitius* a. 1712. haec scribebat ad *Bierlingium*: *Hippolithi auctorem quidem indicio nominis* Steinbergium *esse suspicantur, qui ex his oris* (id est, Saxonia inferiore) *ortus, in Suecia fortunam fauentem habuit.* Ibi enim factum eum esse Comitem, docet *Iunckerus* in Vita Ludolfi p. 41.

(*u*) Num. 1362. Etiam *Behrensius* in Supplementis genealogiae Steinbergicae, Hildesiae 1733. editis, p. 19. sq. tradit, *Steinbergium* esse auctorem, adiuuante tamen Pomeraniae Suecicae tum praeside, *Lilienstromio.*

(*) Crediderim, *Ludolfum*, cum ex nomine suspicaretur,

bium reddit lectoris animum, addens, se suspicari, *Steinbergium vix quicquam praeter nomen suum ad hoc scriptum contulisse.* Ex quo satis intelligimus, *Steinbergium Ludolfo* haud visum esse idoneum ad librum illum componendum. Ac si verum est, quod *Menckenius* refert in annotatione quadam ad *Fresnoii Catalogum* (*x*) *historicorum*, librum illum manu Steinbergii scriptum asseruari in tabulario regni Sueciae, facilius inde credideris, descriptorem libri, quam scriptorem, eum fuisse. Mihi quidem, *Steinbergium* non fuisse auctorem, hoc est argumento certissimo, quod eius rei testis non est *Conringius:* cui profecto, in Saxonia inferiore versanti, et rerum personarumque huius Saxoniae non solum curiosissimo, verum etiam gnarissimo, id ignotum esse haud quaquam potuit. Aeque infirmum est *Boeclerri* testimonium, cuius ex ore *Frisius* quidam apud *Placcium* et *Christ. Gryphius* in libro *de historicis* (*y*) *saeculi XVII.* referunt, *Axelio* (*) *Oxenstirnio*, viro illustrissimo, et *Suluio* Sue-

retur, hunc librum a *Steinbergio* confectum esse, ex eo quaesiisse, an sit huius libri compositor, cumque is id non abnueret, hoc est, nec fateretur nec diffiteretur, hoc silentium habuisse pro confessione.

(*x*) p. 107

(*y*) Cap. II. p 49.

(*) Vix dubitaueris, aliquas hic fuisse partes et *Oxenstirnii* et *Saluii*, si leges edito nuper *Prodromo Commercii epistolici Leibnitiani* haec verba *Boineburgii:* Hippo-

Suecico ad pacificationem Monasterienſem legato, id libri deberi. Teſtis enim ipſemet eſt *Hippolithus p. 2. et 574. et 576.* ſe Germanum eſſe natione, cum duos illos procrearit Suecia. Prodeat igitur *Placcius*, qui, *Io. Ioach. Rusdorfium* eſſe auctorem, prorſus perſuaſum habet, ſed infirmo nitens fundamento, teſte quippe vſus eo, qui tantum referebat relata, et iuſto maiorem rumori (z) tribuebat fidem. Imo ne eſſe quidem auctor potuit ille *Rusdorfius*, quippe iam a. 1640. rebus ereptus humanis. A. 1712. prodiit in lucem Gallica huius libri verſio, cuius in ipſo titulo *Ioachimus* (α) *Tranſeus*, Suecicus ad Electorem Brandenburgicum legatus, nominatur auctor: qua eadem in ſententia *Lynckerus* (a) fuit atque (b) *Burgoldenſis*. Sed huius quidem erroris originem aperiemus paulo poſt. Scilicet cum ſatis appareret, *Hippolithum* eſſe virum partium Suecicarum, et hoſtili odio in domum Auſtria-

Hippolithus *ille per mihi cognitus eſt, imo familiariter: ſaltim ille, qui ſtylum operi commodavit. Qui enim materiem congeſſere, et calorem ſpiritumque toti machinae et animos addiderunt, nae illi perinde mihi ſatis cogniti magnam partem fuerunt: quorum plerique deceſſerunt, vno, ni fallor, ſuperſtite.*

(z) Non aliam idem credendi cauſam habuit *Wittenius* in Praef. ad Diarium biographicum lit. c. fol. 4. p. 1. et in ipſo Diario ad a. 1640. d. 27. Aug.

(α) Alii ſcribunt *Dranſeus*. Sed litera T recte id nomen ſcribi, apparet e *Iunkeri* Vita Iobi Ludolfi p. 56.

(a) In Diſſ. de forma Imperii Rom. Germ.

(b) Annot. ad Inſtrum. Pacis Weſtph. p. 289.

Auſtriacam incenſum, vix cuiquam Suecicorum miniſtrorum carere ſuſpicione (*c*) contigit. Incertiſſima igitur etiam habenda eſt *Alex. Arn. Pagenſtecheri* fides, in annot. ad *Bockelmanni Synopſin Iuris publici p.* 281. ſcribentis, quendam, qui, ſe id ab ipſo *Hippolitho* edoctum eſſe, iactabat, ſibi affirmaſſe, libri huius auctorem fuiſſe *Lud. Camerarium*, Suecicum ad foederatos Belgas legatum. Producam igitur certiorem grauioremque teſtem, *Conringium*, cuius haec ſunt in *Conringianis* (*d*) verba: *Sub Hippolithi a Lapide nomine latet Boguslaus Philippus Chemnitius, Martini* (theologi) *nepos, hiſtoriographus Sueciae, olim centurio.* Ac ſane *Hippolithus* ille *p. 2.* (*e*) fatetur, ſe aliquot annis *ſtipendia meruiſſe*, cum antea fuiſſet Studioſus Iuris ciuilis perin-

(*c*) Vana igitur et inepta erat coniectura *Tenzelii*, in colloquiis menſtruis a. 1689. p. 318. *H. E.* id eſt, (vt interpretatur *Placcius* n. 1446. p. 353.) *Hulderico Eybenio*, Aſſeſſori Camerae Imperialis, id libri tribuentis. Contrarium vel ex *Eybenii* filii additamentis ad *Magiri Eponymologicum* p. 507. et 508. adparebit.

(*d*) Edit. a. 1708. p. 53. et edit. a. 1719. p. 39. Refert etiam, qui a. 1738. ad hunc meum *Conſpectum* annotationes edidit, *Stollius*, narraſſe ſibi *Chriſtianum Thomaſium*, ſe vidiſſe exemplar aliquod libri *Hippolithi a Lapide*, quem ipſe *Chemnitius* amico cuidam ſuo donarit hiſce praeſcriptis verbis: *Author Bog. Ph. Chemnitius.* Ita *Stollius* p. 987.

(*e*) Vid. et p. 575. vbi dicit, *ſe et ſtylo et pilo pugnare paratum eſſe.*

perinduſtrius. Docet etiam apud *Placcium* *Laur. Normannus*, Suecus, iſtum *Chemnitium* aliquando ſe profeſſum eſſe huius libri auctorem. Nec moror, quod adiicit, ioco id eum feciſſe. Potius inde colligo, *Chemnitium*, non omnis metus vindictae expertem, ita videri voluiſſe auctorem, vt etiam poſſet non videri. Certe non iocabatur, cum item *Conringio* a. 1650. Holmiae verſanti aperte fatebatur: id quod ipſius *Conringii* manu parſcriptum ſe vidiſſe, teſtis eſt ad ſuam *Hiſtoriam Friſiae orientalis* *Brenneyſenius*. Ac hoc idem confirmat *Struuius* in *Tabularii* ſui *hiſtorico-politici* Parte (*f*) ſecunda ex *Horſtii* cuiusdam duabus epiſtolis Stetini a. 1649. ſcriptis: e quibus hoc quoque diſcitur, *Chemnitium* (*g*) librum hunc ſuum

(*f*) p. 336. ſq. Vid. tamen *Kohlii* Noua literaria anni 1738. p. 172. ſq.

(*g*) De egregia eius *Hiſtoria belli a Guſtauo Adolpho in Germania geſti* vid. *Gryphius* libri laudati p. 69. Diſco quoque e *Placcio* Anon. n. 1576. eum edidiſſe a. 1626. *Senatum Deorum de praeſentibus Germaniae miſeriis et reducenda pace:* quem librum qui inſpiciendi habet occaſionem, is velim eum conferat cum libro *Hippolithi*. Ita ſcribebam anno 1733. Poſtea a. 1739. docuit ſingulari in programmate *Io. Sam. Mullerus*, Rector ſcholae Hamburgenſis celeberrimus, librum hunc quatuor duntaxat plagularum, Holmiae 1650. recuſum, ſuas incidiſſe in manus, eoque perlecto ſibi affirmandum eſſe, eundem, qui in *Hippolithi* libro, ibi eſſe ſtylum, eundem Germanicae libertatis amorem, imo eadem omnia. Recuſum eſt hoc Programma in *Bibliothecae miſcellaneae Hamburgenſis* Tomo III. p. 784. ſqq.

misisse *Transeo* recognoscendum preloque subiiciendum. Adiungo tertium testem, *Isaacum Volmarum*, Ferdinandi III. Imp. ad Imperii comitia legatum, qui in epistola quadam, cuius hanc partem e MS. inserui *Poeciles* meae tomo (*h*) tertio, pro comperto narrat, libri illius, de quo disputamus, verum auctorem esse *Chemnitium*. Denique nuper *Stiernmannus* in Tomo secundo *Bibliothecae* suae *Suiogothicae*, Holmiae 1731. editae, et quidem *p. 42.* de illustrissimo illo *Axelio Oxenstierna* ita scripsit: *Illo dirigente et acta subministrante scripsit Philippus Chemnitius Hippolithum a Lapide.* Quod si quis ex me quaerat, cur is adsciuerit nomen *Hippolithi a Lapide*, (α) haud equidem dubitauerim, eum significatam voluisse patriam suam, *Holsatiam*, quae Germanice Holstein vocatur, et in Principis sui insignibus praeter caetera candidum videt *equum*, Ditmarsiae, quae pars est Holsatiae, proprium: qua in regione natum esse hunc *Chemnitium*, qui inde colligere voluerit, ei dicam ineptiae ego quidem impingere non ausim.

XXXVIII.

(*h*) p. 407.

(α) Erraui. Veram huius appellationis originem mihi per literas aperuit clarissimus historicus, *Ioannis* cuius verba inserui Kohlianis *Nouis literariis* anni 1733. p. 657. sq. et postea vir doctissimus, *Io. Christoph. Manzelius*, Pastor dioeceseos Grimmensis, in Supplementorum nouorum ad *Acta erud.* Tomo I. p. 239. sq. itemque *Ern. Ioach. Westphalius* vir perillustris in Praef. ad Tomum secundum *Monumentorum ineditorum* p. 70. sq.

XXXVIII. Habuit et noſtra aetas ſcriptorem quendam pſeudonymum percelebrem, quem falſum gerere nomen, perpaucis fuit cognitum, *Thomam Crenium*. Huic viro quae cauſa fuerit abdicandi veri nominis, (quod erat *Thomas Theodorus Cruſius*,) aſſumendique noui, fide hiſtorica (ne nunc iuſto videar longior,) ſum proditurus in *Fragmentis hiſtoriae literariae*.

XXXIX. Pſeudonymis ſcriptoribus ſubiungo aliquot anonymos. *Gloſſa interlinearis* in totam Scripturam S. auctorem habet *Anſelmum* (*i*) *Laudunenſem*; *Gloſſa* in eandem *ordinaria Walafridum* (*k*) *Strabum*; *Gloſſa Bibliorum Erneſtinorum* Germanica *Gerhardum*, *Glaſſium*, quosque praeterea alibi (*l*) nominavi: Appendix ad *Trithemii Catalogum ſcriptorum eccleſiaſticorum Wimphelingium*; Verſio Latina *Hiſtoriae Concilii Tridentini* Sarpianae *Adamum* (*m*) *Neutonum*; *Hiſtoria Seuarambica*

(*i*) Teſtis eſt *Henricus Gandauenſis* de ſcript. eccl. cap. 30. et *Trithemius* libri eiusdem argumenti cap. 362.

(*k*) Vid. *Trithemius* de ſcript. eccleſ. cap. 269. *Auentinus* Annal. lib. IV. cap. 13. §. 25; *Io. Frid. Meyerus* Biblioth. Diſſ. IV. §. 2. p. 50. ſq. *Ant. Pagius* Crit. Baron. ad a. 849. §. 15.

(*l*) Vid. liber meus *de anonymis* p. 184. ſq. Inprimis hic legenda *Caſp. Binderi* de his auctoribus Diſſertatio, in *Actis hiſtorico-eccleſiaſticis* exhibita T. V. p. 963-1014. et T. VI. p. 27-70. et p. 165-197.

(*m*) *Colomeſius* in *Melange curieux* p. 818.

bica Veyrazium (*) quendam, alias etiam *Monsieur d' Allais* dictum; *Cautio criminalis Fridericum Spee*, Iesuitam; *Historia belli Germanici ab a. 1617. vsque ad a. 1650.* (cuius nitidissima editio prodiit Viennae 1657.) *Leonardum Pappum*, Canonicum Constantiensem: *Platonisme devoilé Souverainium*, Reformatum Ecclesiasten; Vertheidigung des Augapffels *Matthiam Hoëum*; *Philosophia Scripturae interpres Ludouicum Meierum*, medicum Amstelodamensem; *Commentarii de statu religionis et reip. in Gallia Ioannem Serranum*; *Historia ecclesiastica Gothana Seckendorfium*, *Boeclerum*, et *Artopaeum*; *Caroli VI. Imp.* Wahl-Capitulation *Zechium* iuniorem; *Hercules et Herculiscus Andream Henricum Bucholzium*, Superintendentem (*n*) *Brunsuicensem*; *Ars cogitandi*, partim *Arnaldum*, partim *Petrum* (*o*) *Nicolium*; *Discours sur la liberté de penser Antonium*

(*) Vid. *Beytrag zu den Gelehrten Zeitungen* T. II. p. 279. et 597.

(*n*) De hoc vid. *Bierlingii* Historia Iubilaei Academici Rintelensis Sect. I. p. 25. et *Coleri Theol. Biblioth.* T. II. 860. p. sq.

(*o*) Vid. *Menagiana* T. IV. p. 141. *Memoires de literature* T. I. p. 221; *Gibertus*, Professor Parisiensis, in Tomo tertio *Iudicorum de Scriptoribus artis rhetoricae*, a. 1719. edito, p. 211. 222. et 257; *Monnoius* annot. ad *Bailleti Iudicia* T. I. p. I. cap. XI. p. 52. sq. *Historie der Gelehrsamkeit* p. 443. et *Placcius* in Theatro Anon. n. 2422. et *Niceronius* T. XXIX. p. 298. *Carolus* etiam *Perraul-*

vm Collinum; *Dubia iuris naturae* Professorem Marpurgensem, *Io. Frid. Hombergium*; *Meditationes philosophicae de Deo, mundo, et homine Theodorum Ludouicum* (*p*) *Lau.* Nec debet hic silentio praeteriri *Societas anonymorum Hamburgensis*: a qua paucis abhinc annis editus per vices fuit *Patriota* (*Philopatris*) *Hamburgensis*; cuius cum collega *Richeius* in noua operis editione patefecit singulorum nomina, hoc ipso docuit, claros libros solere fieri clariores ac prope meliores, vbi, a quo geniti sint, constiterit lectoribus. Certe ex eo tempore iudicatum est, toti Graeciae non cedere Hamburgum, vno scilicet temporis articulo habens non *septem*, sed *decem sapientes*, id est, philosophos, quorum eloquentiae an sapientiae vis maior sit, incertum videatur plerisque.

XL. Ante, quam finio Caput hoc, de libris posthumis dicam, quae videntur commemoratu digna. Sunt eorum tria genera. Nonnulli enim libri sunt elaborati ac perpoliti

Perraultius in *Les hommes illustres* p. 102. scribit, ab *Arnaldo* aliquam partem *Artis cogitandi* elaboratam esse. Auctor notarum ad *Launoii Epistolas* in Tomi quinti Operum eius Parte prima p. 28. testatur, *Franciscum Bonum*, familiarem *Launoii*, primum delineasse ideam huius Logicae.

(*p*) Vid. *Stollius* Hist. literaturae P. II. cap. 3. §. 34. p. 495. et *Thomasius Juristischer Händel* T. I. p. 283. seqq.

a suis auctoribus: ideoque iure eduntur, si clarum iam et singulari eruditione cognitum auctorem habent. Accidit hoc *Corn. Iansenii Augustino, Chamieri Panstratiae Catholicae*, Io. *Maldonati* libris, *Grotii* (*) libro *de imperio summarum potestatum circa sacra, Gatakeri Aduersariis posthumis, Pufendorfii Iuri feciali diuino*, ac non ita pridem *Gilberti Burneti Historiae sui temporis, Petri Poireti Posthumis, Fontanini Historiae literariae Aquileiensi*, et *Io. la Placette* libro (**) *de Iustificatione*. Hi enim singuli vltimam operi suo imposuerant manum, idque publice legi voluerant. Quidam vero libri adhuc in incude positi amiserunt fabrum suum. Qui quidem si longe absunt a perfectione, edi non merentur; sin similes sunt Apellis Veneri, luci et admirationi et vtilitati exponendi sunt publicae. Alii denique in discipulorum gratiam compositi vel priuatum (*a*) in vsum congesti sunt, non eo scripti consilio, vt conspectum subirent eruditiorum. Hos qui emittunt in publicum, ii, dum viros magnos non tanquam heroas galeatos et gladiatos sed tanquam equitantes in arundine longa repraesentant, laudem

(*) Vid. *Seldenus* lib. I. de synedriis cap. 10. p. 294.

(**) Hunc librum *Weismannus* in Disp. de motiuo gratitudinis sanctificatione §. 9. p. 28. vocat *librum postbumum posthumorum perfectionem et felicitatem ordinariam supergressum.*

(*a*) E. g. *Io. Gerhardi Patrologia.* Legatur ad eam Praefatio.

dem eorum valde (α) imminuunt, similesque se praebent superstitiosulis, qui etiam turpes Sanctorum reliquias asseruant atque exoscu-lantur.

XLI. Doctissimus igitur quisque hoc fieri non vult scriptis huius generis suis, legimus-que, *Lipsium* in testamento suo Diris eum de-vouisse, qui ausus esset quicquam e suis scriniis proferre in publicum. Etiam *Vossius* in Prae-fatione ad opus suum *de historicis Latinis* gra-viter vetuit, e manuscriptis suis monumentis quicquam edi in lucem. *Cuiacius* vero ro-gabat (*) *Thuanum*, ne pateretur post mortem suam publice edi ipsius acroases calamis audi-torum exceptas. Ac *Morhofium* quoque morti vicinum interdixisse, *ne quid eorum, quae in li-teras ipse retulisset*, at *extrema lima non donasset, post mortem suam edatur*, nuper memoriae prodidit *Io. Petrus Kohlius* in Praef. ad Posthumum eius opus *de legendis, imitandis, et excerpendis auctori-*

(α) Etiam in Germanice scriptis *Actis eruditorum* P. CLXXII. p. 281. et *in zuverläßigen Nachrichten* P. LVI. p. 593. sq reprehenduntur editores posthumorum librorum *Gundlingii*. Is tamen, qui eius *Historiam literariam* edidit, haud inepte suum excusat consilium, di-cens, cum multi MSS. has praelectiones redemerint vi-ginti Ioachimicis, se hac editione effecisse, vt quilibet eas haberi possit et longe minori pretio et multo accu-ratius descriptas. Scilicet duobus e malis eligendum erat minus. Sapienter vero ipse *Gundlingius* suis in *Otiis* T. III. p. 266. reiecit morem edendi praelectiones Profes-sorum post ipsorum mortem.

(*) Id ipse refert *Thuanus* lib. XXIII. p. 450. sq.

bus. Scilicet, vt *Plinus* (*) ait, *si rationem posteritatis habeas, quicquid non est peractum, pro non inchoato est.* Ac sane pluribus docuit exemplis (*q*) *Bailletus*, editores operum posthumorum inimicos esse gloriae magnorum virorum id quod nuper in *Snackeburgio* deprehendi, qui *Curtio* suo quasuis adiecit coniecturas criticas e *Nic. Heinsii* codice descriptas. Criticus enim ille, quicquid legenti veteres auctores in mentem veniebat, suis solebat marginibus inscribere, alio tempore eas coniecturas expensurus, ac plerasque reiecturus. Qui si haec sua somnia critica videret legi publice, haud dubie et erubesceret et editori grauiter irasceretur. Idque futurum esse, iure colligo ex eo, quod factum est. Cum enim a. 1675. Geneuae editus ab *Oldenburgero* fuisset *Conringii Thesaurus rerumpublicarum totius orbis*, id est, ea, quae de hoc argumento in scholis suis differuerat vir maximus, adeo illi hoc displicuit, vt statim publicaret *Admonitionem atque ad ipsam posteritatem Protestationem*, ex qua haec verba repetenda duco: *Pridem didici, quid conueniat tironibus, quid orbi erudito. - - In* uniuer-

(*) Lib. V. epist. 8. Obseruo hac occasione, longe meliorem esse partem priorem *Rotvilliani in Epistolam ad Ephesios Commentarii*, ab ipso auctore editam, parte altera, quam post eius mortem publicauit filius. Scilicet posteriorem hanc partem nondum recognouerat limaratque suus auctor.

(*p*) T. I. *Iudiciorum* P. I. p. 390. sqq. et T. II. P. I. p. 84.

uniuersum non agnosco librum vllum, quem non ipse publicauerim. Si quicquam aliud meum nomen habeat praefixum, id ceu ὑποβολιμαῖον vt omnes reiicere velint, etiam atque etiam peto. Idem accidit, cum quidam praelectam a *Buddeo* in scholis suis *Historiam criticam Theologiae dogmaticae et moralis* edere ausus fuisset. Similem enim protestationem, quam Iuris cultores vocant, misit in publicum, simulque insertam voluit editis eo anno *Nouis* (*r*) *literariis*. Parem indignationem *Lipsii* vide in eius ad opus *de cruce* praefatiuncula. Nec omitto, quod de *Thoma Maluendo* narrat in suo *de scriptoribus Dominicanis* opere (α) *Quetifius*. Eius cum *Annales ordinis Dominicani* a. 1627. editi essent Neapoli, profitebatur, librum hunc a se haud agnosci pro suo: esse enim rudem indigestamque molem et mera collectanea, quae non fuerint ante edenda, quam ipse ea redegisset iustum in ordinem, veraque a falso narratis seiunxisset impensissimo studio.

XLII. Quid? quod posthumorum talium editione saepe macula inuritur existimationi (*s*) auctoris, vt, qui vir orthodoxus fuerat et pius, pro haeretico habeatur vel impio. Haud igitur immerito dolebat *Seckendorfius*, epistolas *Luthero* edi promiscue, idemque vna cum aliis

(*r*) *Gelehrte Zeitungen* a. 1724. p. 284. sq. Conf. *Coleri Theol. Bibl.* T. I. p. 367. sq.

(α) Tomo II. p. 455. sq.

(*s*) Egregium, qui huc pertinet, locum habes in *Poireti Posthumis* p. 530.

aliis (*t*) laude indignam censebat eius industriam, qui collegerat edideratque viri summi *Colloquia mensalia*. Nec melius de *Luthero* meritum esse puto, qui nuper (*u*) euulgauit, quicquid suo *Noui Testamenti* codici is adscripserat: nisi forte hic editor id spectauit, vt in apricum producens *Lutheri* naeuos, detraheret nonnihil praeiudicio auctoritatis eius. Caeterum ne, quae in hoc posthumorum scriptorum veluti fimo latent margaritae, vna pereant, ego quidem suasor sim, vt, quaecunque manuscripta nondum perfecta in viri docti nuper mortui scriniis reperiuntur, tradantur homini eius disciplinae, ad quam liber quisque relictus pertinet, excellenter perito, qui, quae digna sunt luce publica, excerpat atque edat, atque ita et communi vtilitati et honori defuncti (*x*) consulat. Quam prudentiam ostendit (*) *Hugenius*, in testamento suo iubens omnia sua scripta dari *Burcardo Voldero*, Professori Traiectino, ex eiusque arbitrio edi, quae is editione publica digna iudicet. Ac sapientius hoc

(*t*) Vid. *Poecile* mea T. II. p. 16.

(*u*) Vid. *Coleri Theol. Bibl.* P. 58. p. 851. sqq.

(*x*) Id certe egit *Eobanus Hessus*: cum *Vlr. Hutteni* iam exstincti carmen quoddam ederet. Ita enim praefandum duxit:

Condidit Huttenus, non edidit. Ergo futurum
Quod fuerit melius, coniice, quicquid erat.

vid. *Burckardi* Vita Hutteni P. III. p. 322.

(*) *Niceronius* hoc refert in Tomo XXII. Vitarum p. 52.

hoc factum puto, quam quod fecit et *Melanchthon* et *Iobus Ludolfus*. Ille quidem (**) proximo ante mortem die iussit scriptas ab amicis literas arcanas perferri ad se, et se inspectante cremari. Hic breui ante, quam vita excessit Francofurti, currum chartarum partim a se, partim ab amicis scriptarum plenum extra moenia emisit, ibique chartas illas omnes Vulcano sacras fecit: id quod accepi a teste αὐτόπτῃ Senatore quodam Isenacensi, quo scriba vsus est *Ludolfus* extremo vitae tempore.

XLIII. In mentem hic venit adhortari viros eruditos, vt scripta quaedam conficiant ab amicis post mortem suam edenda, in quibus exhibeantur vtiles posteritati veritates, quas a viuis publice proponi vel timiditas vel etiam iusta prudentia prohibuit. Historicas ad veritates quod attinet, exemplum non ita pridem praeiuit *Gilbertus Burnetus*. Idem rectissime fecerint, qui philosophicas vel theologicas (α) nonnullas veritates corde premunt, nec nisi amicissimis siue coram siue per literas manifestare sustinent: id quod fecisse acutissimos quosdam viros constat, qui narrationis de *Ioanna Papissa* falsitatem agnouerant. Hoc pacto et veritatis se praebunt testes defensoresque, et iras poenasque effugiunt eorum, qui-

publi-

(**) Testis est gener ipsius *Casp. Peucerus*, in Historia suorum carcerum p. 92.

(α) Notum est factum *Iansenii*, cui suae sententiae videbantur verissimae.

publicos errores summa crudelitate tuendos existimant. *Galilaeus* certe a *Galilaeis* hoc si vsus esset consilio, et sibi consuluisset, nec veritatis studiosos posteros in errore perseverare permisisset.

XLIV. Superest, vt causas exponam, cur tam largus sit aetate nostra librorum (*y*) proventus. Harum prima est Gymnasiorum et Academiarum multitudo. Cum enim earum Professores cogantur saepius pertractare demandatam sibi quisque disciplinam, facile fit ipsis, nouum suae scientiae excudere vel systema vel saltim compendium. Ac iam *Buddeus* (*yy*) obseruauit, illas Christianae religionis sectas pauca habere *Compendia* ac *Systemata Theologiae*, quae careant *scholis publicis et Academiis, in quibus*, inquit, *quae instituuntur recitationes* siue acroases, *plerisque eiusmodi scriptis occasionem praebent.* Altera huius rei causa est, quod ars libros scribendi hodie (*z*) lucrosa est, eos-

(*y*) Exstat haud inerudita Dissertatio *M. Io. Schufneri*, Ienae a. 1702. edita, *de multitudine librorum*: cuius primum caput est *de causis et origine librorum multorum*, alterum *de damnis ex multitudine librorum in remp. literariam deriuatis*, tertium *de regulis in tali librorum multudine obseruandis*. Lectu item digna *Gundlingii* diss. *de intempestiuo libros scribendi pruritu*, quae in Tomo secundo *Obseruationum selectarum* Halensium locum tenet primum.

(*yy*) Isag. hist. theol. lib. II. cap. 1. p. 421.

(*z*) Olim non erat sic. Memini, me legere epistolam quandam *Mart. Chemnitii* ad *Ritterum*, in qua testatur,

eosque eruditos, qui, vnde viuant, iam habent, opibus auctiores reddit; eos vero alit, quibus non suppetunt praeterea vitae subsidia. Tertia causa est ars typographica, cuius beneficio et facillime in infinitum multiplicari potest nouorum librorum descriptio, et libri facti sunt adeo vilis pretii, vt etiam minus fortunati hominis bibliothecam comparare sibi valeant multorum librorum. Sunt igitur multi, qui possunt scribere libros. Sunt item multi, qui, quod possunt, praestant cupidissime. Sunt denique multi, quibus volupe est multos libros coëmere. En tres multitudinis librorum hodiernae causas!

CAPVT

statur, se non solum nullum a bibliopola accepisse operae suae pretium, sed etiam quinquaginta exemplaria sui *Examinis Concilii Trid.* (at quam boni, quanto digni praemio operis!) ab eo parata pecunia redimere coactum esse, nonnisi hac conditione suscepturo huius operis editionem. Simillimum exemplum aliud reperies in mea *Historia Gottingensis Gymnasii* p. 70. E contrario quantam vim pecuniae a *Fritschio* accepit *Buddeus*! quantam *Hubnerus* a *Gleditschio*, quantam ab aliis alii! Caeterum facile liquet, ob id ipsum, quod bibliopolae scriptoribus pecuniam pro suo labore soluunt, plurimos libros esse notae deterioris, cum multi malint scribendo multos libros magnosque magnam sibi comparare pecuniam, quam scribendo exiguos, sed elaboratissimos illos et perfecte eruditos, vanam, licet veram, assequi gloriam. Nam etiam literatae reip. ciuibus plerisque placet illud: *Quaerenda pecunia primum, virtus et gloria post nummos.*

CAPVT VII.

DE

NOTITIA AVCTORVM.

Σύνοψις.

De optima ratione scribendi vitas eruditorum, I. *Exempla Vitarum egregie scriptarum, item scriptores Vitae propriae*, II. *De Lexicis biographicis*, III. *De variis generibus eorum, qui ediderunt Vitas eruditorum*, IV. *De catalogis librorum, quos quisque scripsit*, V. *De auctoribus et collectoribus ἐπιχρίσεων in eruditos eorumque libros*, VI. *De diuersitate eruditionis respectu aetatis*, VII. *respectu nationis*, VIII. *de Primatibus literariis*, IX. *De tribus eorum ordinibus*, X. XI. XII. *De fatis eorum*, XIII. *De Consiliariis et Secretariis et Historiographis literariis*, XIV. *Distributio auctorum in primanos, secundanos, ac tertianos*, XV-XX. *De auctoribus homonymis*, XXI. *De polygraphis*, XXII-XXVII. *De eruditis agraphis*, XXVIII. XXIX. XXX. *De Epistolographis literariis*, XXXI. *De Excerptis epistolicis literariis*, XXXII. *De scriptoribus Itinerum literariorum*, XXXIII. *De Obseruationum selectarum collectoribus*, XXXIV. XXXV. *De auctoribus foeminini sexus*, XXXVI. XXXVII. *De plagio literario*, XXXVIII. XXXIX. *Quodnam plagii genus non sit turpe*, XL. XLI. *De doctis illusoribus siue impostoribus*, XLII. XLIII. *Probatur, epistolas* Ignatii *omnes esse supposititias*, XLIV. XLV. *An* Io. Val. Andreae *fuerit conditor Fraternitatis roseae crucis*, XLVI. *De micrologis literariis*, XLVII.

I.

Qvam vtile hominibus ad reip. gubernacula sedentibus est, vitas lectitare imperantium:

tium; tam fructuosum est (*a*) literatis, perlustrare excellentium eruditione virorum vitas: quanquam perpaucae ita sunt confectae, vti quidem confici debebant. Perfecta autem vitae descriptio (**) fuerit, quae primo familiam viri docti, natiuitatem, educationem, (*b*) peregrinationes, munera, coniugium liberosque, fata singula casusque singulares, morbos obitumque, praecipue vero ingenium (*bb*) et mo-

(*a*) De vtilitate *Vitarum eruditorum* praeclare differit *Holstenius* cap. 1. *de vita Porphyrii.*

(**) Talis est Vita *Gundlingii* ab *Hempelio* composita.

(*b*) Sub *peregrinationum* titulum referri debent scholae et Academiae, in quibus literas excoluit.

(*bb*) Aliquando criticam eruditorum nostrae aetatis eorundemque claritate nominis eminentium historiam describere sum aggressus, petito ex *Ciceronis* Orat. pro Archia cap. 12. titulo eam ita inscripturus; *Effigies ingeniorum nostri temporis expressae a C. A. H.* Hic ex cuiusque scribendi materiis et in scribendo successibus docturus eram, quanta in quoque insit vis iudicii, quanta memoriae, quanta imaginationis. Sed praeterquam quod haec veritas haud obscurum mihi paritura erat odium, etiamsi solos iam mortuos depinxissem, propterea etiam incepto destiti, quod artis characteristicae consulti meae operae non indigent, quibus quippe et facile et iucundum est, subinde exercere artem suam etiam in viris ingenio clarissimis; et imperitis huius artis parum videbar profuturus, malignitatem mihi et ἀκροατὸν tributuris aequa mensura. Caeterum venustum huius generis specimen edidit *G. S. Treuerus* in Disputatione *de Lutheri charactere animi:* in cuius prima sectione tota praeclare describitur viri summi ingenium. Quanquam in eo errauit, quod temperamentum ei tribuit cholerico-sanguineum, cum fuerit sanguineo-cholericum,

mores ac viuendi rationem describit; deinde studia eius literaria, commercium epistolicum, controuersias literarias, scripta non edita solum, verum etiam inedita, itemque affecta, diligenter exponit. Oppido rarae sunt hae aues. Nam, quae *Taciti* iusta (*c*) est querela, *omnis aetas suorum incuriosa est.* Cuius rei si causam requiris, accipe eam *Velleii Paterculi* (*d*) verbis: *Praesentia* (praesentes) *inuidia, praeterita* (mortuos virtutemque exstinctam) demum *veneratione prosequimur.* Ex quo factum, vt e. g. causa exilii Ouidiani, quae illo tempore vulgi erat fabula, vt ipse (*e*) scribat: *Causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae indicio non est testificanda meo;* nunc ignoretur omnibus. Pari modo, *Archiam* poëtam fuisse prorsus eximium, et virum sua aetatae longe lateque per omnem Asiam cunctamque Graeciam et Italiam celebratissimum: id quod *Cicero* nos docet in Oratione (*f*) pro eo habita; nunc non nossemus, nisi forte fortuna accidisset, vt et Cicero illam nanciscereturr occasionem scribendae pro eo orationis, et haec e tot deperditis conseruata sit.

II. Non tamen desunt, quae valde, nec immerito, collaudantur ab eruditis, Vitae (*g*) eru-

(*c*) Vita Agric. cap. I.
(*d*) Lib. II. cap. 92.
(*e*) Trist. IV. 10, 99.
(*f*) Cap. 3.
(*g*) Harum plerisque praefixa est effigies viri: quae si vera

eruditorum, e. g. *Attici Vita* a *Cornelio Nepote*, *Ciceronis* a *Plutarcho*, *Melanchthonis* a *Camerario*, *Peireskii* a *Gassendo*, *Lipsii* a *Miraeo*, *Pinelli* a *Gualdo*, *Cartesii* a *Bailleto*, *Lockii* et *Erasmi* et aliquot veterum scriptorum ecclesiasticorum a *Clerico*, *Casp. Sagittarii* a *Io. Andr. Schmidio*, *Hobbesii* ab *anonymo*, *Reuchlini a Maio*, *Ge. Hier. Welschii* a *Luca Schroeckio*, *Flacii* a *Rittero*, *Rich. Simonii* a *Bruzeno*, *Baelii* a *Desmaizeaux*, *Frischlini* et *Rhodomanni* a *Langio*, *Tolandi* et *Halesii* et *Serueti* et *Cudworthi* a *Moshemio*, *Ioannis Casae* a *Bembo*, *Grotii* a *Lehmanno*, *Morhofii* a *Mollero*, *Georgii Fabricii* a *Schrebero*, *Iobi Ludolfi* a *Iunkero*, *Vlrici Hutteni* a *Burckhardo*, *Gottfr. Arnoldi*

si vera est, quantiuis profecto est pretii. Est enim omnino facies cuiusque index et animi et ingenii. Conf. *Apini* libellus de collectione imaginum doctorum virorum cap. V. §. 5. Adiici igitur semper oporteret certissimum testimonium, ex quo constet, veram et germanam esse illam, quae *Vitae* praefigitur, faciem. Alienae enim facies, qualem suae *Demonstrationis Euangelicae* editioni Lipsiensi adiectam esse, in *Vitae* suae libro VI. p. 167. refert et indignatur *Huetius*, merito referuntur inter mendacia historiae literariae. Laudandus hic mihi est literatissimus bibliopola Norimbergensis, *Rothscholzius*, qui, vt veras facies clarorum ingenio virorum daret orbi literato, nulli parcebat sumtui. Quanquam nec in hoc numero deesse falsas facies, ipse sum exemplum. Nec in *Bruckeri Pinacotheca* facies ad vnam omnes ex toto verae sunt. Quare nec certum habeo, *Perraultianas* clariorum saeculi XVII. Gallorum imagines, 1696. Lutetiae vna cum suo cuiusque elogio editas, esse omnes id, quod vocantur, *portraits au naturel*.

a *Colero*, *Io. Gerhardi* a *Fischero*, *Speneri* a *Canstenio*, *Mornaei* a *Crusio*, *I. A. Fabricii* a *Reimaro*, *Phil. Camerarii* a *Schelhornio*, *Davidis Chytraei* a *Schutzio* scripta. *Quibus libris* (vtor *Corn. Nepotis* verbis e Vitae Attici cap. 18.) *nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiae clarorum virorum.* Scilicet qui alium *sempiternae gloriae commendaturus est, is in eo commendando propriam ingenii gloriam*, (vti ex vero iudicat(α) *Cicero*,) *consequatur* necesse est. E re vero foret publica, si singuli maioris famae eruditi de propria vita commentarios posteritati relinquerent: id quod ex priscis *Ouidius* (*h*) fecit, e Patribus ecclesiae *Augustinus*, e recentioribus *Petrarcha*, *Thuanus*, *Buchananus*, *Franc. Iunius*, *Conr. Pellicanus*, *Cardanus*, *Io. Val. Andreae*, *Morhofius*, ac nuper (*i*) *Huetius*, *Gilb. Burnetus*, *Petersenius* et eius vxor, *Breithauptius*, *Thomasius*, (cuius tamen historia nondum est omnibus perfecta partibus,) *Reimmannus*, et *Val. Ern.*

(α) Lib. V. ad famil. epist. 12.

(*h*) Lib. IV. Tristium eleg. X.

(*i*) Quo quidem saeculi sui anno fuerit in communem hanc lucem editus, non indicauit *Huetius*. Ex libro vero quinto p. 135. vbi narrat, septuagesimum septimum saeculi annum fuisse aetatis suae quadragesimum sextum, cognoscimus, natum ipsum esse a. 1631. Caeterum futuris vitae propriae scriptoribus id potissimum imitandum reliquit *Huetius*, vt, quae quisque vel familiariter vel e scriptis cognita habet suae aetatis ingenia, de iis verum sincerumque testimonium tradat posteritati.

Ern. Loescherus: qui postremus in Epistola *Miscellaneis sacris Feustelii* annexa vitam suam (*ii*) literariam ordinem annorum secutus, concinne descripsit vsque ad annum aetatis suae quadragesimum primum. Nuper etiam *Ioach. Langius* et Cardinalis *Quirinus* suam ipsi exposuerunt historiam.

III. Nec vero meum hic est, virorum ingenio celebrium vitas exponere, quippe quas ne volumen quidem vnum, quamtumuis magnum, ceperit. Illud autem mihi datum credo negotii, vt scriptores vitarum generatim indicem, tironesque ad *Struuianae Introductionis* caput septimum ablegem, vel ad *Indices*, quos suae *Bibliothecae* (*k*) *Bibliothecarum* subiecit *Phil. Labbeus*. Primo loco nominandi videntur, qui *Lexica Historica* composuerunt, in iisque nec eruditorum omiserunt mentionem, e veteribus *Callimachus*, cuius opus (*l*) vniuersale de vitis et scriptis literatorum ingenti posteritatis damno interiit; e me-

(*ii*) Etiam *Hier. Wolfius* composuerat *Historiam vitae suae:* quam non legi publice, dolendum est. Commemorat eam indeque aliquid profert *Iac. Bruckerus* in Progr. a. 1732. edito *de familiae Fuggeriae meritis in rem literariam* p. 6. Tandem a. 1739. potiora cognituque digniora e *Vita* illa idem publicauit in quadam ad Dumuirum quendam Augustanum epistola.

(*k*) Hic liber tertiis curis auctior prodiit Lips. 1682. Eundem mire locupletatum nobis dedit *Teisserius* a. 1686. qui et *Auctarium* adiunxit a. 1705.

(*l*) Accurate et copiose hoc opus nobis describit *Ionsius* lib. II. de script. hist. philos. cap. 5.

dio aeuo *Suidas*, e recentioribus *Carolus Stephanus*, a *Loydio* auctus, *Hoffmannus*, *Morerius*, *Baelius*, *Buddeus*, *Lexicon vniuersale Basileense*. Maxime hunc pertinet in locum *Lexicon biographicum*, auspiciis *Menckenii* bis (*ll*) editum, solorumque eruditorum memoriae conseruandae destinatum: cuius veluti specimen fuit *Bibliotheca* (*m*) *Koenigiana*. Etiam *Reimmanni* Index vniuersalis in suam *Germaniae Historiam literariam* quoddam est Lexicon literarium biographicum: itemque *Fabricii Bibliotheca Latina medii aeui*. Haec Lexica etsi, *Baeliano* (*n*) excepto, minus accu-

(*ll*) Tertia editio, quae a. 1733. prodiit prioribus auctior, *C. C. Ioecheri* industriae debetur: quanquam is multis ingratum fecit, cum allegationum, quas vocant, in superioribus editionibus *Vitae* cuique subiunctarum numerum minuit.

(*m*) Hanc valde contemnit *Morhofius* Polyhist. liter. lib. I. cap. 18. §. 15. itemque *Mollerus* in Praef. noua ad suam *Isagogen Hist. Cherf. Cimbr.* lit. 64. sqq.

(*n*) Hoc opus ego vocare soleo *Cornu copiae*, cuius tamen fructibus pulcherrimis admixtum est lolii nonnihil. Fuit autem *Baelio*, vt res docet, potissimum propositum, κριτικῶς describere historiam Galliae et historiam veterum philosophorum. Hoc *Dictionarium thesaurum iucundissima copia rerum elegantissimarum refertum* vocat *Fabricius* Cod. apocr. N. T. p. 393. *Incomparabile opus* appellat *Io. Frid. Mayerus* Diss. de Lutheri vxore §. XI. *Pfaffius* Introduct. in Hist. Theol. liter. T. I. p. 28: *Inter omnia Lexica*, inquit, *eminet illud Baelii, non propter multitudinem titulorum* (*selecti enim saltem hic apparent tituli,*) *sed propter eruditionem prolixissimam, in-*

accurata sunt, non tamen carere iis possumus, ex iis quippe aetatem saltim personamque publicam cuiusque cognoscentes, discentesque praeterea, qui libri plura cognituris adeundi sint.

IV. Hinc sequuntur, qui certis voluminibus collectas plurium eruditorum vitas publicarunt, vt *Paulus* (o) *Freherus*, *Clarmundus*, (qui duo quidem ipsi Vitas a se vulgatas composuerunt,) *Batesius*, *Smithus*, *Rollius*. Adde *Vitas selectas* Vratislauiae a. 1711. editas; itemque Vitas a *Meuschenio* coniuncte

ingeniumque summum vbique emicans, rarissimaque atque etiam philosophica argumenta hic tractata A. 1711. *Reimmannus* edidit singulari libello *Censuram Dictionarii Baeliani*, quam ego quidem *Baelianam* appellandam censeo, quia iis tum laudibus, tum castigationibus excipit illud opus, qualibus ipsum *Baelium* credo prosecuturum id fuisse, si ab alio profectum auctore censuram ipsius subiisset. Nec styli fluxu et amoenitate *Baelio Reimmannus* est inferior.

(o) Hoc *Freheri Theatrum* recens editum acerrima censura excepit *Thomasius* in *Mensibus* anni 1688. P. II. p. 247. sqq. Conf. *Baelius* Diction. v. *Agrippa* not. C. Mihi vero et *Freherus* et caeteri huius generis scriptores parcius castigandi videntur. Longe enim amplior eorum labor est, quam vt singula capita iustissimum in modum possint elaborare. Quare gratias iis habeant lectores, quod ingentem ab iis acceperunt materiarum syluam, et alius hanc, alius aliam *Vitam* separatim suscipiat exponendam,, et quidem ita, vt ad perfectionem vix quicquam deesse videatur. Idque et iis dictum volo, qui, *Menckenianum Lexicon biographicum* errorum esse refertissimum, clamitant.

recusas. Alii in vitis eruditorum describendis adhaeserunt *certae disciplinae*. Ita *Diogenes Laërtius* vitas philosophorum; *Adamus* (*p*) et *Wittenius* (*q*) vitas recentiorum (*r*) theologorum, (*s*) iureconsultorum, medicorum, et philosophorum, sub quo nomine et philologos comprehendunt; alii vitas poëtarum, ediderunt. Refer huc *Colomesium*, cuius extat et *Gallia* et *Italia* et *Hispania orientalis*; itemque *Wezelium*, qui quatuor in libris descripsit *Vitas hymnopoeorum*. Alii secundum (*t*) *Academias* et *scholas* descripserunt vitas eruditorum: quo in genere exstant *Meur-*

(*p*) Pluribus de hoc *Adami* opere agit *Krausius* P.I. *der Bücher-Historie* p. 87. sqq. Conf. *Baelius* loc. cit. not. F. fine.

(*q*) *Wittenii* exemplo *Pippingius* edidit Vitas LXX. theologorum, et in praef. commemorauit scriptores de vitis recentiorum theologorum. Etiam *Dornius* in *Bibliotheca theologica* scriptores de theologorum vitis exhibet singulari in capite, quod secundum est libri secundi.

(*r*) Recentiorum theologorum vitas etiam persecutus est *Dupinius*. Vid. *Acta erud.* 1720. p. 535. et Suppl. T. VII. p. 79. et 100.

(*s*) Notitiam veterum ICtorum et Medicorum exhibet *Fabricius* Bibl. Graecae T. XII.

(*t*) Prae caeteris Academiis felix est hoc in genere *Altorfina*, quae iam editas habet Vitas suorum Procancellariorum, Theologorum, Medicorum, Philosophorum ac Philologorum. Iuris consultorum Vitas ea adhuc desiderat, cum promissi sui poenitentiam egerit *C. G. Schwarzius*, qui ad id praestandum inter primos erat idoneus.

Meursii Athenae Batauae, *Hottingeri Bibliotheca Tigurina*, *Zeumeri* et *Richardi Professores Ienenses*, *Motschmanni Erfordia literata*, *Ludouici Historia Rectorum*, eiusdemque *Historia Coburgensis Gymnasii*, *Seelenii Athenae Lubecenses*, mea ipsius *Historia Gymnasii Gottingensis*. Alii secundum *societates* siue *sacras* e. g. *Bibliotheca Iesuitarum*; siue *literarias*, e. g. *Crescimbeni Vitae Arcadum*. Sic in *Historia Parisiensis regiae Societatis literariae* singulorum sociorum vita defunctorum elogia exhibentur. Alii secundum *nationes*, e. g. Vitae Germanorum, Gallorum, Hispanorum. Huc refer *Quenstedii* (*u*) *Dialogum de patriis eruditorum*. Alii secundum *prouincias* e. g. vitae Francorum, Silesiorum, Neapolitanorum. Alii secundum *vrbes*, v. g. Vitae *Gedanensium*. Non tamen pertinent huc schedae sub titulo *Hamburgi literati*. etc. prodeuntes. In his enim sola nomina exhibentur eorum, qui in Academiis versati fuerunt, siue mediocriter, siue egregie, siue plane non eruditi sint. Denique alii secundum *saecula*. Sic *Boeclerus*, *Miraeus*, et *Teisserius* saeculi XVI. scriptores persecuti sunt; *Wittenius* in *Diario* (*x*) *biographico*

(*u*) De hoc libro iudicium vid. in *Labbei* Biblioth. Bibl. p. 214: quo quidem iudicio nihil indignius fieri poterat eo homine, qui se profitetur *sodalem Iesu*.

(*x*) Hoc *Diarium* laudat *Thomasius* in *Mensibus* anni 1688. P. II. p. 266. sqq. Plurima tamen eius operis παραράματα exhibentur in *Historia Bibliothecae Fabricianae*

scriptores saeculi XVII. Imo fuit, qui secundum *annos* describendas susciperet literatorum hominum memorias. Erat is *Christianus Grundmannus*, cuius exstant *Ossa et Cineres literatorum a. 1716. et 1717. defunctorum.* Verum laudabili huius viri instituto mors interceſſit. Idem tamen fit in Ephemeridibus literariis, quod ad eruditos illos attinet, qui eruditionis suae fama omnem paene Europam impleuerunt, quorum quippe vitae morte obita breuiter ibi describi solent. Repertus etiam fuit, qui succederet *Grundmanno*, *Christianus Polycarpus Leporinus*, medicus Quedlinburgensis, ac Vitas ederet eruditorum Germanorum a. 1719. denatorum. Quanquam gratior ei us opera eruditis futura erat, si methodo Grundmannianae religiose inhaerens breuiores exhibuisset, et de multo pluribus, descriptiones. Quae inde ab anno 1727.

cianae P. V. p. 389. Caeterum haud iustum indidit operi suo titulum *Wittenius.* Non enim exhibet biographias, sed solum patriam cuiusque, munus publicum, et diem fatalem annotat. Vnde rectius id inscripsisset *Diptycha literaria*, cum diei cuiuscunque emortuali adscripserit nomen et scripta sua. Imitatione *Wittenii I. G. Gellius* instituit componere *Diarium biographicum saeculi XVI.* eiusque specimen edidit nuper in *Analectis Societ. Char.* T. I. p. 255. sqq. Sed cum iam in promtu sit *Boecleri Historia eius saeculi*, labor ille forct superuacaneus. Operae vero suae pretium fecerit, qui Witteniani operis continuationi se accinxerit.

1727. diuersis temporibus editae sunt Lutetiae (*y*) a *Niceronio* Vitae (*z*) doctorum virorum, de meliore nota sunt commendandae. Exhibet enim et copiose et accurate descriptam historiam eorum, qui post renatas literas, hoc est, saeculis XV. XVI. XVII. et hoc nostro, eminuerunt: e prisco aeuo tantum *Liuii*, *Plinii* et *Taciti*, e medio *Martini Poloni*, *Guilielmi Britonis*, *Abaelardi*, *Radulphi Glabri*, et *Mariani Scoti*, vitam persecutus. Quomodo vbique se gerat, his verbis in *Actis eruditorum* 1742. p. 377. docui: *Quanto studio vndecunque collegit hanc notitiam! Quam in-*

(*y*) Vid. *Acta erud.* 1727. p. 488; 1729. p. 369. et 406; 1730. p. 130. et 545. etc. 1745. p. 569. Simile institutum fuit anonymi cuiusdam in Batauia. Vid. *Gelehrte Zeitungen* 1731. p. 801. et *Acta erud.* Suppl. nou. T. III. p. 26.

(*z*) Has cum in *Actis eruditorum* recensui, plurium clarorum ingenio hominum vitas breuius repraesentaui, subinde adiungens, quae non docuerat Niceronius: Scilicet vitam *Isaaci Larraei* a. 1727. p. 489; *Io. Franc. Niceronii* 1730. p. 132; *Poggi Florentini* p. 547: *Petri Charronii* 1733. p. 512; *Thomae Farnabii* p. 514; *Ioannis de la Fontaine*, Aesopi Galliae, 1734. p. 217; *Petri Daneſii* p. 331; *Petri Pomponatii* 1736. p. 135; *Ioannis Caramuelis* 1739. p. 380; *Ioannis Iocundi* p. 566; *Benedicti Theocreni* 1740. p. 379; *Iani Nicii Erythraei* p. 380; *Guilielmi Ameſii* 1741. p. 189; ipsius nostri *IOANNIS PETRI NICERONII* (a. 1738. d. 8. Iulii mortui,) 1742. p. 376; *Iuniani Maii* p. 711. *Guilielmi Wollaſtoni* 1745. p. 570; *Franciſci Bruyſii*, qui nuper ἀνωνύμως quinque voluminibus *Hiſtoriam Paparum* edidit, p. 571.

industrius est et accuratus in recensendis librorum editionibus, ferendoque de singulis iudicio. Quam vacuus est studii partium! Non minus laudat, quae laudanda veniunt, in haereticis, (liceat loqui ex mente Niceronii,) quam in Catholicis: nec minus notat Catholicorum, quae sibi occurrunt, vitia, quam haereticorum. Pergratum proinde me facturum puto lectoribus meis, si nomina eorum, quorum vitas exposuit in XLII. suis voluminibus *Niceronius*, hic exhibuero ordine alphabetico. Adiectum nomini cuiusque numerum indicare Tomum operis, vix moneri opus erat.

I. Abbadie, 33. G. et R. Abbotus, 16. Abaelardus, 4. et 10. G. Abeille, 42. L. Abelly, 41. Ablancurtius, 6. et 10. Abrabanel, 41. B. Accoltus, 38. L. d'Acheri, 21. L. Achillinus, 33. A. Achillinus, 36. V. Acidalius, 34. Acontius, 36. Acosta, 30. M. Adamus, 41. Adamsonus, 41. Addisonus, 31. Adrichomius, 28. P. Aegidius, 23. P. Aemilius, 40. Aequicola, 41. R. Agricola, 23. Corn. Agrippa, 17. et 20. Aguirre, 3. Alamannus. 13. et 20. L. Alberti, 26. H. Albi, 33. B. Albizius, 36. Alciatus. 32. Alcyonius, 6. Aldrouandus, 33. Aleander, 24. Alegambe, 34. Alex. ab Alexandro. 6. N. Alexander, 3. et 10. Allatius, 8. et 10. Allix, 34. Alpinus, 11. et 20. Alstedius, 41. Amaltheus. 31. Sixt. Amama, 34. R. Amaseus. 32. M. d' Amato, 36. Amboysii, 33. Ambrosius Camald, 19. Amelinus, 36. Ame-

36. Amelot. de la Houssaye, 35. D. Amelotte, 37. Amesius, 37. Ge. Ammiratus, 4. et 10. Amontons; 13. et 20. Amyotus, 4. L. et D. Ancillon, 7. Val. Andreae, 41. Aneau, 22. D. de Angelis, 16. Angrianus, 5. Annius Viterbiensis, 11. et 20. Antelmus, 5. Petrus Aponensis, 26. Aprosius, 24. Arcudius, 40. C. et I. et L. Aretinus, 25. Argenterius, 28. Argoli, 39. Arias Montanus, 28. Arn. de Villanoua, 34. Ashmole, 22. Aspilcueta, 5. Attichi, 24. G. et P. Aubert, 35. E. Aubertin, 36. A. Aubery, 13. Aubignac, 4. et 10. Aubigné, 18. Aubrey, 4. Aubri, 22. G. Audebert, 24. Auentinus, 38. B. Auerani, 2. Ant. Augustinus, 9. Aviler, 41. Auratus, 26. Auria, 3. Autels, 30. P. Ayrault, 17. B. Bachini, 12. et 20. R. Bachouius, 41. Baillet, 3. et 10. Baillou, 22. Baldus, 39. Balesdens, 21. Baluzius, 1 et 10. Balzac, 23. L. Banck, 41. Baranzanus, 3. E. Barbarus, 14. et 20. Aucour, 13. et 20. G. et Io. Barclaius, 17. et 20. Bareiros, 42. Barlandus, 41. Barrelier, 36. Barlette, 3. Baronius, 27. Barrow, 40. Barros, 12. et 20. N. Barthelemi, 38. Barthius, 7 et 10. Casp. et Th. Bartholinus, 6. et 10. E. Bartholinus, 32. Iac. Basnage, 4. et 10. Henr. Basnage, 2. et 10. Battaglini, 19. Baudelot de Dairval, 12. F. Baudoin, 28. I. Baudoin, 12. et 20. Baudran, 2. Baulinus, 17. Bayle, 6. et 10. Beauregard, 31. Begat, 6. L. Begerus, 4. Balth. Bekker, 31. Bellarminus, 31. Bellaius, 16. et 20. Belleau, 31. Belleforest, 11. et 20. Bellinus, 5. P. Belon, 24. Bembus, 11. et 20. R. Benoit, 41. Benserade, 14. Bergier, 6. et 10. C. Bernard, 28. E. Bern-

E. Bernard. 30. I. Bernard, 1. et 10. Berneggerus, 27. Bernierii, 23. Iac. Bernullius, 2. et 10. P. Beroaldus vterque, 25. M. Beroaldus, 34. F. Beroaldus de Verville, 34. Berroyer, 42. Bertius, 31. Besly, 41. Besoldus, 34. Bessarion, 21. Betuleius, 42. Beuerouicius, 9. Beuerland, 14. et 20. Bianchini, 29. Bidloo, 7. et 10. M. de la Bigne, 32. H. Bignonius, 23. Bigot. 8. et 10. Billius, 22. et 40. Blacvod, 22. Blanchard, 1. Blondellus, 8. et 10. Blondus, 16. et 20. H. Blount, 23. Boccatius, 33. Bocconus, 2. et 10. Bochartus, 27, Bocquillot, 8. et 10. Bodinus, 17. G. Boileau. 24. I. Boileau, 12. et 20. Nic. Boileau Despreaux, 24. G. du Bois, 5. E. et I. et P. et P. G. du Bois, 16. et 20. Boisot. 5 Boisrobert, 35. Boissardus, 18. Boissatus, 13, et 20 Boissieu. 23. I. Boivin, 26. L. Boivin, 21. Bona, 3. et 10. Bonamicus, 39: Bonciarius, 32. Bonetus, 5. et 10. B. Bonifacius, 16. et 20. P. Borellus, 36. I. A. Borelli, 18. Borrichius, 19. Boscager, 15. Boscanus, 13. Bosquetus, 12. R. le Bossu, 6. Bossuetus, 2. et 10. M. Bossus, 28. Boterus, 24. Bouchet, 27. Bouerius, 25. Bouhours. 2. et 10. Bouillus, 39. Bourdelin, 7 Boursault. 14. et 20. Bourzeys, 24. Bouthrays, 37. Boxhornius, 4. et 10. T. Brahe, 15. Bracelli, 7. Brassicanus, 32, Berewodus, 22. Briet, 34. Brissonius, 9. Brissotus, 16. La Brosse, 29. T. Browne, 23 Bruckhusius, 18. D. A. Brueys, 32. P. le Brun. 11. et 20. C. Brunus, 42. I. Brunus, 17. Bruyere, 16. Bruys, 42. Buchananus, 7. et 10. Buddeus, 21. Budaeus. 8. Bugenhagius, 14. et 20. G. Bullus, 1. Bulialdus, 1. et 10. Bullingerus, 28. Bulteau, 11. et 20. Buonanni, 30.

Bur-

Bourbonius vterque, 26. Burhil, 22. G. Burnetus, 6. et 10. Burtonus, 18. Busbequius, 22. H. Buschius, 25. S. Butlerus, 9. Buxtorfius vterque. 31. Bynaeus, 7. Bzouius, 27. Cabassutius, 38. Caietanus, 25. I. Caius, 11. et 20. Calcagninus, 27. Calderinus, 30. Calliachius, 8. Callimachus Experiens, 6. Calprenede, 37. Camdenus, 23. I. Camrarius, 19. Camoëns, 73. Campanella, 7. et 10. I. A. Campanus, 2. et 10. Campistron, 25. I. P. Camus, 36. N. Camusatus, 30. Cangius, 8. et 10. G. Canterus, 29. Caoursin, 15. et 20. Capaccius, 34. Capelli tres, 22. M. A. Cappellus, 23. Caramuel, 29. Cardanus, 14 et 20. Carranza, 4. et 10. L. Carré, 14. Carteromachus, 22. Cartesius, 31. Casa, 12. et 20. Casati, 1. et 10. Casaubonus vterque, 18. et 20. Caseneuve, 18. Cassagne, 22. Cassander, 40. Cassini, 7. et 10. Casteluetro, 9. et 10. B. Castilionius, 26. I. Castilionius, 42. Catel, 25. Catharinus, 34. Catherinot, 30. Cauiceus, 24. Cayetus, 35. C. Cellarius, 5. C. Celtes, 16. Cestoni, 15. Champier, 32. Chandieu, 22. Chapeauville, 17. Chappuys, 39. Chardinus, 26. Charleton, 18. F. Charpentier, 21. P. Charron, 16. Chassanaeus, 3. et 10. Chastelet, 38. Chaulieu, 37. Chaumont, 40. Cheke, 11. et 20. Chenu, 40. Cheron, 14. A. du Chesne, 7. et 10. A. R. le Chevalier, 28. Chevillier, 36. Chevreau, 11. et 10. Chifletius, 25. Chillingworth, 3. Chilmead, 35. Choppinus, 34. Chorier, 36. F. Christianus, 34. A et P. Ciaconius, 36. Ciampini, 4. Ciccus Asculanus, 30. Cinquarbres, 39. Cisnerus, 22. Claramontius, 30. I. Clarius, 34. I. Clarke, 35. Claubergius,

bergius, 40. I. Claudius, 4. et 10. D. Clericus, 11. et 40. Io. Clericus, 40. Ioſſe le Clerc, 40. Cloppenburgius, 40. Clugni, 37. C. Cluſius, 30. P. Cluverius, 21. H. Cocceius, 9. I. Cocceius, 8. Codrus, 4. Coëffeteau, 3. L. le Cointe. 4 et 10. Collange, 40. Colletus, 3 et 10. Colomeſius. 7. et 10. I. Colonna, 12. Combefiſius, 11. Nat. Comes, 29. Commandinus, 6. Conringius, 19. et 20. R. Conſtantinus, 27. Contarenus, 22. Coquille, 35. Coraſius, 13. et 20. Cordemoy, 37. E. Cordus, 37. V. Cordus, 37. Corio, 7. et 10. Cornara Piſcopia, 19. et 20. P. Corneille, 15. et 20. T. Corneille, 23. Corradus, 19. Corrozet, 24. G. Cortius, 35. I. Coſinus, 1. Coſtanzo, 11. et 20. H. de Coſte, 17. Cotelerius, 4. et 10. Courtils, 2. et 20. G. Couſin. 24. L. Couſin, 18. et 20. Couto, 12. Couture, 27. Cowley, 11. Creechius, 31. Creſcimbenus, 31. Creſpet, 29. Creyghton, 23. I. B. Criſpus, 37. Critton, 37. G. Croeſius, 6. et 10. Croix du Maine, 24. M. Cruſius, 14. Cudworth, 36. Cuiacius, 8. et 10. Cumberland, 5. P. Cunaeus, 6. G. Cuperus, 6. et 10. de la Chambre. 27. C. S. Cario, 21. Cyrano de Bergerac, 36. Dacierius, 3. Dacieria, 3. et 10. Dallaeus, 3. et 10. A. van Dale, 36. Dancourt, 16. Danaeus, 27. P. Daneſius, 19. Dangeau. 15. Dargonne, 40. Dartis, 3. C. Dati, 24. N. Dati, 39. A. Dati, 40. Davenne, 27. Davemport, 23. Dauila, 39. Daumius, 30. I. Dec, 1. Delfini, 15. G. Deliſle, 1. et 10. Delrius, 22. Dempſterus, 28. Denores, 40. I. B. Denis, 37. Deſire, 35. Deslyons, 11. et 20.

Des-

Desmarais, 5. *Devaux*, 12. et 20. *A. Deusingius*, 22. *Io. Dezius*, 2. *L. de Dieu*, 15. *Dlugossius*, 38. *Dodonaeus*, 34. *Dodwellus*, 1. *Dolce*, 32. *Doletus*, 21. *Donellus*, 33. *Doni*, 33. *Donne*, 8. *Doujat*, 16. *Dousa*, 18. *Drelincurtius*, 15 *Drexelius*, 22. *Drusius*, 22. *Ducaeus*, 38. *I. Duchat*, 39 *Dudithius*, 17. *Dufour*, 16. et 20. *Dufreny*, 17. *Dugdale*, 15. *Dupinius*, 2. et 10. *Dupleix*, 2. et 10. *Duretus*, 23. *Du Val*, 31. *Emmius*, 23. *S. Episcopius*, 3. et 10. *Eremita*, 29. *Erpenius*, 5. *I. N. Erythraeus*, 33. *Espencaeus*, 13. et 20. *I. Esprit*, 15. *Estius*, 23. *Etoile*, 42. *Eueillon*, 14 et 20. *N. Euerardus*, 16. *N. Faber*, 7. *T. Faber*, 3 et 10. *Fabretti*, 4. *G. Fabricius*, 32. *I. A. Fabricius*, 40 *Fabrotus*, 29. *B. Facius*, 21. *Faërnus*, 23. *Faille*, 4. *Fallopius*, 4. et 10. *Fardella*, 12. *Faretus*, 23. *Faria et Sousa*, 36. *Farnabius*, 16. *Fauchet*, 25. *Fauorinus*, 22. *Favre*, 19. *Fedele*, 9. *A. Felibien*, 2. et 10. *M. Felibien*, 28. *Fellerus*, 19 *Fenelonius*, 38. *Ferdinandi*, 21. *Ferrandus*, 1. *F. B. Ferrarius*, 28. *O. Ferrarii*, 5. et 10. *Ferreti*, 5. *Ferriere*, 11. *I Ferus*, 26. *Fevardentius*, 93. *Fevre de la Boderie*, 38. *Fevret* 2. et 10. *M Ficinus*, 5. et 10. *Fienus*, 2. et 10. *Filicaia*, 1. *Finaeus*, 38. *Firenzuola*, 38. *Flacius*, 24. *Flechier*, 1. et 10. *C. Fleury*, 8. et 10. *F. Florentinus*, 35. *Folengus*, 8. et 10. *Folieta*, 21. *I. de la Fontaine*, 18. *Forbesii*, 42. *Foresta*, 17. et 20. *Fornerius*, 33. *Foscarini* 12. *A. de la Fosse*, 35. *P. du Fossé*, 41. *Fracastorius*, 17. *Fraguier*, 18. *P. Francius*, 12. et 20. *A. H. Franckius*, 14. *Freherus*, 21. *Freindius*, 35. *C. A. du Fresnoy*, 14.

I. C. Frey, 39. Frezzi, 7, et 10. Frischlinus, 19. I. Fronto, 21. Frossardus, 42. Fruterius, 39. I. Fuchsius, 18. Fulgosus, 9. et 10. Fumanus, 12. Fusi, 34. Gacon, 38. A. Galateus, 11 Gallandus, 6. et 10. Gallois. 8. et 10. Galluzzi, 35. Guraffius, 31. R. et I. Garnerius. 21. et 40. Garzonus, 36. Gatakerus. 8. Gaudentius, 26. Gauricus, 30. Gaza, 29. Gazola, 9. Gelida, 22. I. B. Gellius, 18. Genebrardus, 22- Genet, 15. et 20. A. et S. Gentilis, 15. et 20. Gerbais, 14. et 20. Gerlachius, 26. C. Gesnerus, 17. I. Gesnerus. 40. Geffée, 41. Gevartius, 38. Ghilini, 39. I. P. Gibertus, 40. Giordani, 3. I. B. et L. G. Giraldus, 29. Girauld, 26. Givre, 29. R. Glaber, 28. Glandorpius. 38. Goar, 19. Godeau, 18. et 20. D. et I. T. Gothofredus, 17. et 20. Godwinus, 22. Goes, 26. G. H. Goetzius, 23. Goldastus, 29. Goltzius, 34. Gombauld, 34. Gomberville, 38. Gorris, 32. M. de Gournay, 16. R. de Graaf, 34. Grabius, 35. Graeuius, 2. et 10. I. le Grand, 26. Grangier. 37. Gratarolus, 31. Grauina, 29. Grauius, 8. Gretserus, 28. Greuinus, 26. Gribaldus, 41. Grimaudet, 41. Gringore, 34. I. F. Gronouius, 2. et 10. Grotius 19. et 20. Grudius, 16. et 20. Grugetus 41. Gruterus, 9. et 10. I. I. Grynaeus, 37. C. Gryphius, 2. et 10. Guadagnolus. 7. Gualdus, 34. B. Guarinus, 25. G. Guarinus, 29. Gudius, 26. Gueretus, 36. F. et L. Guicciardinus 17. et 20. Guichenon, 31. Guidi, 27. Guidiccione, 12. Guilandinus, 13. Guilielmus Brito, 28. Guil. de Nangis, 28. Guilielmini. 1. et 10. Guillebaud, 19. Guinterius, 12. et 20. Gulardus, 29

Gund-

Gundlingius, 21. N. Gurtlerus, 41. Gussetius, 2. et 10. Guyard, 38. Habartus, 33. Girardus de Haillan, 14. I. Halesius, 21. P. Hallé, 3. et 10. Hamelius, 1. et 10. Hanckius, 38. Hartsoekerus, 8. et 10. Hasenmullerus, 42. Hearnius, 41. Hecquet, 41. Heideggerus, 17. Hemmerlinus 28. Henrion, 12. Herbelot, 4. E. Herbertus, 18. Herberay, 39. Herbinius, 25. Heresbachius, 37. Hermantius, 3. Heruetus, 17. et 20. I. Hesselius, 34. Eob. Hessus, 21 Heurnius, 37. Heylinus, 1. et 10. P. de la Hire, 5. et 10. Hobbesius, 4. Hoeschelius, 28. M et I. M. Hoffmannus, 16. Holstenius, 31. G. Hombergius, 14. Hoornbeckius, 33. M. de l Hôpital, 31. Hospinianus, 38. Hottomannus, 11. et 20. Hottingerus, 8. Howel, 39. Hozier, 32. Hudsonus, 5. Huetius, 1. et 10. Humphrey, 22. Hugenius, 19. Huttenus, 15. et 20. Hylaret 18. L. Iacob, 40. Iacobaeus, 1. et 10. Iamesius, 19. Ianiçon, 18. Iaqueiot, 6. Inchoferus, 35. Inueges, 11. I. Iocundus. 30. Iodelle, 28. Ioly, 9. et 10. Ionstonus, 41. L. Ioubert, 35. Iouius, 25. Ittigius. 29. Iunctinus, 41. Adr. Iunius, 7. F. Iunius vterque, 16. B. et F. Iustiniani, 7. et 38. Kepplerus, 38. Kircherus, 27. Kirchmannus, 41. P. et G. Kirstenius, 41. Kaempferus, 19. G. M. Koenig, 12. Kortholtus, 31. Alb. Kranzius, 38. I. Kuhnius, 4. et 10. L. Kusterus, 1. et 10. Labadie, 18. et 20. Labbeus, 25. Labé, 23. Laboureur, 14. I. de Laët, 38. Lalli, 33. Lallouette, 39. Lambecius, 30. F. Lambertus. 39. I. Lambert, 42. B. Lamy, 6. et 10. F. Lamy, 3. et 10. C. Lancelot, 35. Lancisius, 12. Languetus 3. Corn. a Lapide,

41. Larrey, 1. et 10. Larroquanus, 21, La-Sena, 15. Lat. Latinius, 4. B. et I. Latomus, 42. Laval, 37. Lavaur, 37. F. de Launay, 15. Launoius, 32. Lauriere, 37. I. B. Lauro, 26. Lazius, 31. Lectius, 30. Leibnitius, 2. et 10. Lelandus, 28. Lemery, 4. et 10. Lenfant, 9. et 10. Leschaſier, 33. G. Leti, 2. et 10. Leunclauius, 26. Leusdenius, 29. Liberge, 40. Licetus, 27. Lightfootus, 6. Limborchius, 11. Linacer, 4. et 10. I. A. van der Linden, 3. Lippenius, 19. Lipſius, 24. Littleton, 22. Livius, 5. Lloyd, 23. Lockius, 1. et 10. Loiſel, 32. I. le Long, 1. et 10. Longomontanus, 18. C. et G. Longolius, 17. et 20. C. Loos, 38. P. et I. P. Lotichius, 26. Loubere, 26. Loyer, 26. Lubinus, 31. I. Ludolfus, 3. et 10. C. Lupus, 7. et 10. Luſcinius, 32. Lycoſthenes, 3. Lydiat, 15. Io. Lyſerus, 39. Mabillonius, 7. et 10. F. Macedo, 31. Mackenſie, 25. Madelenet, 25. I. P. Maffeus, 5. Magalotti, 3. et 10. I. Maggi. 18. Hier. Magius, 41. Magin, 26. Magliabechius, 4. et 10. I. et O. Magnus, 35. Magri, 41. Maignan, 31. Maillard, 23. Iaſon Mainus, 40. Maioli, 28. Maioragius, 41, Mairet, 25. I. H. Maius, 29. Maldonatus, 23. Malebranche, 2. et 10. Malherbe, 7. Malingre, 34. Mallinkrot, 33. Malpighius, 4. et 10. Maluezzi, 41. Mancinellus, 38. I. de Mandeuille, 25. Manetti, 36. B. Mantuanus 27. Maraccius, 41. P. de Marca, 12. Marcaſſus, 31. C. Marcel, 35. Marcheti, 6. Marcilius, 27. Marconville, 35. S. Mareſius, 28. R. Mareſius, 35. I. des Mareſts de Sorlin, 35. I. B. Marino, 32. M. de Marolles, 32. C. et I. Marotus, 16. et

16. et 20. Marshamus, 22. L. F. Marsigli, 26 Marsolier, 7. et 10. Martianaeus, 1. D. Martin, 21 I. Martin, 42. M. Martinus, 36. P. Martyr Anglerienſis et P. Martyr Vermilius, 23. Marullus, 39 Maſcardi, 27. Maſcaron, 2. et 10. Maſſieu, 12. et 20. P. Maſſonus, 5. P. Matthieu, 26. Maucroix, 32. Maurolycus, 37. H. Meibomius, 18. Menagius, 1. et 10. Meigret, 41. N. H. Menard, 22. O. et I. B. Menckenius. 31. Meneſtrier, 1. Menot, 24, Merbes, 30. M Mercati, 38. Mercklinus, 13. Mercurialis, 26. Merillius, 37. Merſennus, 33. G. Mercula, 7 et 10. P. Merula, 26. Mery, 9. Meſchinot, 36. Mesnardiere, 19. Meurſius, 12. et 20. I. Meyer, 39. P. Meyer, 41. Mezeraeus, 5. et 10. Meziriac, 6. I. Michel, 37. Michel de la Rochemaillet, 39. Mignault, 14. T. Milleterius, 41. Milton, 2. et 10, Miraeus, 7. Mizauld, 40. I. Molanus, 27. Moliere, 29. C. Molinaeus, 33. D. G. Mollerus, 12. Monantheuil, 15. P. Monet, 34. Monin, 31. Montagne, 16. O. Montalbanus, 37. Montchretien, 32. Montreux. 39. O. F. Morata, 15. R. Moreau, 34. A. Morel, 34. I. Morell, 36. Morery, 27. Morhoſius, 2. et 10. Morgues, 35. S. Morinus, 12. Io. Morinus, 9. et 10. I. B. Morinus, 3. L. Morinus, 12 P. Morinus, 25. S. Morinus, 27. Moriſon, 18. Moroſini, 12. T. Morus, 25. Motteuille, 7. Mouffet, 24. S. le Moyne, 13. S. de Muis, 32. Muntingius, 38. Muretus, 27. Murmelius, 34. Muſitanus, 39. P. le Nain, 2. et 10. Nancel, 39. B. Nani, 11. R. Nanni, 34. P. Nannius, 37. Navagerus, 13. et 20. G. Naudaeus, 9. et 10. P. Naudaeus

daeus, 41 M. Neander, vterque, 30. A. Nebrissensis, 33. Neuizanus, 24. Newtonus, 22. I. F. Niceron, 7 et 10. I. P. Niceron, 40. Nigrisoli, 40. I. Nicolai, 14. P. Nicole, 29. Nieuwentyt, 13. et 20. A. Niphus, 18. L. Nogarola, 12. et 20. Nouarinus, 40. Noodtius, 16. H. Norisius, 3. et 10. N. Nurrius 1. et 10. V. Obrechtus, 34. B. Ochinus, 19. I. Oiselius 42. G. Olearius, 40. Oporinus, 27. Opsopoeus 37. I. I. Orsi, 35. Osorius, 11. et 20. A. Ossatus, 34 C. Oudinus, 1. et 10. Oudinet, 9. et 10. P. Ouzeel, 4. Owenus, 16. et 20. Ozanam, 6. et 20. P. Paaw, 12. Pacius, 39. A. Pagi, 1. et 10. F. Pagi, 7. Palearius 16. I. Palmerius, 8. et 10. M. Palmerius 11 et 20 Pancirolus, 9. et 10. A. Panormita, 9. Panuinius, 16. et 20. G. Pape, 36. Papebrochius, 2 et 10. Papinus, 3. et 10 Paradini, 33. Pardies, 1 et 10. Parent, 11. Paruta, 11. C. Paschalius, 17. G. Paschius, 7 Passeratius, 2 et 10. C. Patinus, 2. et 10. Patrix, 24. A. et F. Patrizi, 7. et 36. Patru, 6. Pauillon, 23. S. Pauli, 3. et 10. Pearsonus, 39. Peletier, 21. C. Pellicanus, 29. P. Pellisson, 2. et 10 B. de Periers, 34. Perinskiold, 1. Perionius, 36. Perizonius, 1. et 10. N. Perottus, 9. Cl. et Ch. Perrault, 33. C. et G. Persona, 15. et 20. Petauius, 37. P. Petitus, 11. 20. et 42. Petrarcha, 28 S Petri 30. Th. Petreius, 40. C. Peucerus, 26. Peutingerus, 13. et 20. Peyrerius, 12. et 20. Pezronius, 1. F. Philelphus, 6. 10. et 42. Pibracius, 34. I. et I. F Picus, 34. A. et F. et I. Piccolomini, 23 et 15. Picinellus 39 Picot, 34. B. Pictetus, 1. et 10. A. Pighius, 36. L. Pignorius, 21. Pilarinus, 15. R. de Piles,

Piles, 12. *G. et S. Pineau*, 14. *et* 18. *Piuſſon*, 22. *Pirckheimerus*, 18. *P. Pithoeus*, 5. *Pitſeus*, 15. *Placcius*, 1. *Placette*, 2. *Platina*, 8. *et* 10. *Plinius Secundus*, 7. *Plumier*, 33. *Pocciantius*, 18. *Pocockius*. 21. *Pocquet de Livonniere*, 17. *Poggius*. 9. *et* 10 *Poiretus*, 4. *et* 10. *M. Polus*, 24. *Mart. Polonus*. 14. *Pomponatius*, 25. *Pomp. Laetus*. 7. *et* 10. *Pona* 41. *Pontacus*, 22. *I. Iov. Pontanus* 8 *et* 10. *I. Iſ. Pontanus*, 19. *Ponticus Virunius*, 8. 10. *Pontoux*, 34. *Popeliniere*. 39. *Porcacchi*, 34. *P. Portaeus*. 25. *Poſſeuinus*, 22. *Poſtellus*, 8. *et* 10. *Poupart* 11. *Pozzo*, 17. *Prévôt*, 39. *Priezac*, 33. *Pricaeus*. 23. *Priolus*, 39 *Puccinellus*, 37. *Pufendorfius*, 18. *E. Puteanus*, 17. *Quattromani*, 11. *Quental*, 42. *Quetifius*, 24. *Quien de la Neufville*, 38. *Quilletus*. 28. *Quinault* 33. *Quintianus Stoa*, 27. *Quenſtedius*, 32. *Rabelaeſus*, 32. *Rabuſſon*, 1. *Racan*, 24. *Racine*, 18. *et* 20. *Ramazzini*, 6. *Ramus*, 13. *et* 20. *Ramuſius*, 35. *Raphelingius*, 33. *et* 36. *N. et R. Rapin*. 25. *et* 32. *Rapin de Thoiras*, 1. *Raſſicod*, 8. *Raulinus*, 11. *Ray*, 41. *T. Raynaldus*, 26. *Saint-Real*, 2. *et* 10. *F. Redi*, 3. *et* 10. *Regiomontanus*, 38. *P. Regis*. 7. *P. S. Regis*, 6. *M. Regnier*, 11. *et* 20. *Reineſius*, *A. Renaldus*, 1. *et* 10. *Regnard*, 21. *Renaudotus*, 12. *et* 20. *P. Reſenius*, 36. *Reuchlinus*, 25. *Reves*, 30. *N. Reusnerus* 28. *Q. Reuterus* 24. *B. Rhenanus*, 38. *Rhenferdus*, 1. *et* 10. *I. Rohdius*, 38. *I. Rhodomannus*, 42. *Rhoe*, 25. *Ribeiro*, 42. *Riccobanus*, 82. *E. Richerius*, 27. *Riedlinus*, 16. *Rigaltius*. 21. *Rinuccini*, 30. *C. Rittershuſius* 32. *Riuault*, 37. *A. Riuinus*, 33. *Robortellus*, 42. *A*

Rocca, 21. *Rondeletius*. 33. *G. A. de la Roque*, 21. *I. Rosinus*, 33. *I. V. Rossi*, 33. *Rossoti*, 25. *Rotgans*, 2. *Rotrou*, 16. et 20. *Roulliard*, 27. *Rouxel* 24 *L. le Roy*, 29. *I. le Roy*, 37. *Rucellai*, 13. *Rudbeckius*, 31. *L. A. de Russy*, 1. *Ruinartus*, 2. *Rutgersius*, 32. *F. Ruysschius*, 33. *P. du Ryer*, 22. *Sabellicus*, 12. et 20. *G. Sabinus*. 26. *I. P. Saccus*, 13. *Sachs-Lewenheim* 2. *Sadoletus*, 28. *C. Sagittarius*. 4. *Saguntinus*, 21. *Saint-Amand*, 14. *Saint-Evremond*, 7. *Saint-Gelais*, 5. et 10. *Saint-Iulien*, 27. *A. et A. L. et C. H. et C. et P. S. et S. et D. de Sainte-Marthe*. 8 et 10. *et S. Salel*, 36. *Sallengre*, 1. et 10. *D. de Sallo* 9, et 10 *Salmonius Macrinus*, 31. *Sammarthanus*. *Vid. Sainte-Marthe*. *F. Sandei*, 41. *H. et N. Sanderus*, 15. *Sannazarius*. 8. et 10. *N. Sanson*, 13. et 20. *Sansouinus*, 22. *Sarasin*, 6. et 10. *Sarnelli*, 42. *A. du Saussay*, 40. *C. Sausfaye*, 39. *Sauaron*, 17. *Sauary*, 9. et 10. et 36. *Saulius*, 16. *Sauotus*, 35. *Sauveur*, 4. et 19. *Sbaraglia*, 14. *F. Scacchi*, 21. *B. Scala*, 9. *Scaligeri*, 23. *C. Schaaf*, 39. *Schefferus*, 39. *Schelhammerus*, 33. *Schelstrate*, 21. *I. T. Schenckius*, 22. *Schilterus*, 11. *I. A. Schmidius*, 9. *S. Schmidius*, 1. *Schoockius*, 12. et 20. *A. Schottus*, 26. *Schurmannia*, 33. *Schurzfleisch*, 1. et 10. *Scioppius*, 35. *Marianus Scotus*, 15. *I. Clemens Scotti*, 39. *C. Scriuerus*, 40. *G. et W. de Scudery*. 15. *Seckendorfius*, 29. *I. Secundus*, 16. et 20. *A. Sedulius*, 34. *Segnery*, 1. *Segrais*, 16. et 20. *Seldenus*, 5. *D. et A. Sennertus*, 14. et 33. *Sepulueda*, 23. *I. de Serres*, 4 et 10. *Serroni*, 2. *Seruetus*, 11. *Seysselius*, 24. *Sherley*, 23. *Sidney*, 15. *Simlerus*, 28. *I. F. Simon*, 12 *R. Simon*,

R. Simon, 1. et 10. Sirmondus, 17. et 20. Sixtus Senensis, 40. Sleidanus, 39. A. de Solis, 9. et 10. Sommier, 41. Sorberius, 4 et 10. Sorel, 31. E. Spanhemius, 2. F. Spanhemius uterque, 29. Speronus. 39. Spinoza, 13. et 20. Spizelius, 35. C. Sponius, 2. H. Spondanus, 11. et 20. Stanihurst, 18. Stapletonus 39. R. et H. et C. Stephanus, 36. Steuchus, 36. Quintianus Stoa, 27. Sturmius, 29. L. M. Suaresius, 22. Surius, 28. Susannaeus, 38. Swertius, 27. Sydenhamius, 16. et 20. I. Syluius, 29. Tabouet, 38. Tacitus, 6. Tagliacarne, 33. Tahureau, 34. Taille, 33. Taisnier, 39. Tallemant, 22. Tansillo, 18. T. Tassus, 25. Taubmannus, 16. et 20. A. Teissier, 5. B. Telesius, 30. Temple 13. Tenzelius, 30. Texeira, 5. Theuet, 23. Thiers, 4. et 10. Thiardus, 21. Thomassinus, 3. Thuanus, 9. Tilladet, 8. Tillemontius, 15. et 20. Tillotsonus, 38. R. Titius, 13. G. Titius, 21. Tolandus, 1. et 10. Tomasinus, 29. Card. Tommasi, 3. et 10. Tornielius, 11. Torricelli, 15. Tossanus D. et P. 36. Tourreil, 27. Tozzi, 17. G. Trapezuntius, 14. et 20. Tremellius, 40. Trissinus, 29. Trithemius, 38. Triuisanus, 13. Turnebus, 39. Turnefortius, 1. et 10. Turneminius, 42. P. a Turre, 1. et 10. Turrianus, 29. Tyardus, 21. Vadianus, 37. I. F. et I. F. F. et S. Vaillant, 3. et 22. et 8. et 10. Valbonnays, 19. et 20. P. Valens, 36. I. P. Valerianus, 26. Aug. Valerius, 5. H. Valesius. 5. et 10. A. Valesius, 3. Valincourt, 24. Valladier, 18. et 20. G. Vallée, 29. Vallisnieri, 16. et 20. Vaninus, 26. Varchius, 36. Varetus, 37. Varignon,

11. et

11. et 20. Vasconcellos, 42. Varillas, 5. et 10. Vavassor, 27. Vaugelas, 19. Vaumoriere, 35. Vayerius, 19. N. Vedelius, 33. G. de la Vega, 13. M. Vegius, 26. Velserus, 24. Verardus, 8. A. et C. du Verdier, 24. P. P. Vergerius vterque, 38. Verheyen, 4. et 10. Verney, 25. Vernulaeus, 33. Vert, 11. Vesalius, 5. et 10. Vetus, 34. Vghelli, 41. Viaud, 34. Vida, 29. Videl, 14. I. L. de la Vieuille, 2. Vieyra, 34. Vigenerius, 16. et 20. M. de la Vigne, 39. Vignier, 2. 10. et 42. Villegaignon, 22. Villon, 5. Vinetus, 30. Viperanus, 25. Viretus, 35. Vitringa, 35. Lud. Viues, 21. Viuianus, 24. B. Volderus, 22. Vorstius, 22. G. et G. I. et I. Vossius, 13. et 10. Vrfeus, 6. et 10. S. Vrsatus, 13. I. Vrsinus, 24. Vsserius, 5. B. Vulcanius, 34. Wagenseilius, 2. et 10. Wanslebius, 26. S. Ward, 34. I. Ware, 18. Waserus, 24. G. W. Wedelius, 7. Wepferus, 11. R. Wetstenius, 2. Wharton, 15. Whear, 19. Whitby, 21. Whyte, 24. Wicquefort, 38. Wilkius, 4. et 10. T. Willis, 15. Wimphelingius, 38. Wollaston, 42. Woolstonus, 40. O. Wormius, 9. et 10. Wowerius, Antuerpiensis et Hamburgensis, 6. Xylander, 19. Zaluski, 13. B. Zanchius, 41. Zannichelli, 24. I. Zeno, 21. M. Zimmermannus, 36.

Denique nec mentione laudeque noſtra fraudandi ſunt, qui nuper doctiſſimorum hominum adhuc viuentium de vitis ſcriptisque libros compoſuerunt, adeoque praeſens orbis literati theatrum praebent inſpiciendum, *Goettenius*, *Rathlefius*, *Strodtmannus*, et, qui ſimul

simul effigies exhibet, *Bruckerus*. Speciatim spirantium adhuc theologorum vitas nobis dederunt *Moserus* ac *Neubauerus*, iureconsultorum *Ienichius* et *Weidlichius*, Medicorum *Boernerus*.

V. Dixi, in vitis eruditorum exponendis non minimam habendam esse rationem librorum (*a*) ab iis conscriptorum, cum eorum, qui adhuc exstant, (quorum et editiones (*b*) variae,

(*a*) Quidam ipsi librorum a semet editorum catalogos confecerunt ediderunteque. Iam olim *Hieronymus* titulos operum suorum produxit in vltimo capite *Catalogi* sui *scriptorum ecclesiasticorum*. Idem postea fecit Augustinus luculentius in libris *Retractationum*, recentiorique aeuo *Campanella*, *Fort. Licetus* (cuius libri *duo de propriorum operum historia* excusi sunt Patauii 1634.) *Labbeus*, *Buddeus*, *Goezius*, *Ioach. Langius*, *Moshemius*, *Christianus Wolfius*, *aliique*. Etiam *Lutherus* a. 1533. catalogum edidit vel potius edi passus est librorum suorum: qui recusus est in *Diario theologico Loescheriano* 1738. p. 10. sqq.

(*b*) Hic inquirere libet, quid existimandum sit de editionibus *Operum omnium* a polygraphis scriptorum, e. g. *Lutheri*, *Erasmi*, *Caluini*, *Vossii*, *Conringii*, *Launoii*. Facile igitur apparet, ita quidem conseruari etiam minuta magnorum virorum scripta, illa quoque, quae rectius perirent; caeterum voluminosa illa opera inservire non tam vsui eruditorum, quam ornandis bibliothecis publicis et ostentandae magnificentiae ciuitatis literariae. Docti enim viri, quos fere tenuiores esse constat, optimos quosque libros separatim recudi optant, vt, quibus opus ipsis est, eos sibi comparent. Ecquis doctorum hominum, vt *Conringii Antiquitates Academicas* aut *Vossii de historicis* libros legat, tanto pretio sua faciet eorum opera? Idem sentio de collectionibus

libro

variae, item versiones, recenseri debent,) tum deperditorum. Nec omittenda est distinctio genuinorum foetuum a libris suppositititiis. Hoc in studio *Vossii* (c) industriam non aequauit solum, sed superauit *Ioannes Albertus Fabricius*, qui hodie principatum tenet inter historiae literariae professores, et *Bibliothecarius reip. literariae optime meritus* vocari meretur. Ac *Bibliothecae* huius, *Latina* pariter et *Graeca*, merito pro monumentis habentur immortalitate dignis. Aemulatus eum est haud infeliciter *Ioannes Christophorus Wolfius*, cuius *Bibliotheca Hebraica* magno meritoque fuit excepta plausu. Vterque in *Praefatione* suos in hoc argumento antecessores in medium producunt: id quod et *Grischouius* facit in *Historia* (d) *Philologiae*. Laudari hic etiam debet *Assemanni* *Bibliotheca* (e) *orientalis*, a. 1719. edi coepta. Speciatim

librorum et magnorum et satis obuiorum eiusdem argumenti. Vnas illas Syllogas laudo, quibus comprehenduntur scripta et minutiora et rariora, eademque bonitatis maximae. Eadem erat in sententia Buddeus, cuius verba sunt inserta *Recensionibus Ienensibus* (*Monatl. Nachrichten*) a. 1726. p. 743. 745. 746.

(c) *Vossius* primus vel inter primos in hoc genere elaborauit. Extant libri eius *de Historicis Graecis et Latinis, de mathematicis, de rhetoribus et oratoribus, de poëtis, de philosophis:* quorum operum duo postrema sunt posthuma et imperfecta.

(d) §. XCV. p. 389. sqq.

(e) Vid. *Acta Erud.* Suppl. T. VIII. p. 1.

tim ecclesiasticorum (*f*) scriptorum monumenta persequuntur, idque magna diligentia, *Wilhelmus Caueus* in *Historia literaria scriptorum ecclesiasticorum*, *et Oudinus* in tripartito opere, cuius maxima est vtilitas in medii aeui (*g*) historia literaria. Eiusdem argumenti est *Antonii Possevini Apparatus sacer*, duobus tomis editus Coloniae 1608. Maiori studio idem argumentum pertractat *Nic. Nurrius* in *Apparatu ad Bibliothecam maximam Patrum*. Subditicia Patrum ecclesiae scripta indicat *Andreas Riuetus* in *Critico sacro*, *Robertus Cocus* in *Censura scriptorum ecclesiasticorum*, et *Vinc. Placcius* in *Theatro pseudonymorum*.

VI. Fuerunt etiam, qui eruditorum iudicia de celebrioribus scriptis eorumque auctoribus

(*f*) Scriptores omnes de scriptoribus ecclesiasticis recenset *Fabricius* in Praef. libri quinti *Bibliothecae Graecae*. De *Trithemio* obseruo, eius *scriptores ecclesiasticos* esse scriptores ecclesiae Christianae addictos, siue theologos, siue ICtos, siue medicos, siue grammaticos, siue geometras, etc.

(*g*) Hic etiam multorum Vitae copiose descriptae exhibentur. Omisit tamen nescio quo casu quosdam clariores, *Albertum M. Lanfrancum*, *Lambertum Schafnabrugensem*, *Rupertum Tuitiensem*, *Ottonem Frisingensem*, *Alanum M. Ioannem Scotum*, *Aegidium Romanum*, *Raymundum Lullium*, *Rab. Maurum*, *Lyranum*, *Taulerum*, *Haymonem*, *Rufinum*, *Orosium*, *Odonem Cluniacensem*, *Carolum M. Nicolaum Cusanum*, *Isidorum Pelusiotam*, *Sidonium Apollinarem*, *Alcimum Auitum*. Caeterum cur *Clericus* T. XIX. Bibl. anc. et mod. p. 353. sqq. parum aequum se praebeat Oudiniana operi, discas licet et *Oudini* T. I. p. 986. sqq.

ribus congesserunt. Iudicia de *Patribus* (*h*) *Ecclesiae* exhibet *Io. Gerhardus* in *Patrologia*; de priscis *historicis Degoreus Whearus* in *Relectionibus hiemalibus*; de historiae Romanae ac Byzantinae scriptoribus *Martinus Hanckius* in duobus, quos de iis edidit, operibus; de omnis generis eruditis *Thomas Pope-Blountius in Censura* (*i*) *celebriorum auctorum*: quod qui-

(*h*) Quia Patres Ecclesiae non solum Pontificiis, sed etiam multis nostrae Ecclesiae ingens faciunt praeiudicium, hinc bene fecerit historiae literariae doctor, si hac occasione auditores tuos docebit, quid existimandum sit de eruditione praecipuorum Ecclesiae Patrum. Commendo hic *Dallaei* librum *de usu Patrum*, *Clerici Hieronymiana*, et eius *Vitas* aliquot Patrum, quas in Germanicum traduci curauit et a. 1721. Praefatione ornauit *Thomasius*; ipsius denique *Thomasii Cautelas circa Iurisprudentiam ecclesiasticam* cap. X. §. 24. sqq. et cap. XI. XII. XIII. XIV.

(*i*) Iam ante *Bluntium* tale opus conscribere in animum induxit *Christophorus Adamus Rupertus*, eiusque specimen reliquit in *Mercurio Epistolari* p. 720. sqq. Exstat et *Tho. Magiri* opus simile, *Eponymologicum criticum* inscriptum, et a. 1687. duplo auctius editum a *C. W. Eybenio*. Sed longe praeferendus est *Bluntius*. Caeterum quo quis clarior in orbe literato, eo facilius est, complura eius reperire encomia. Vnde decem paginas impleuit praeconiis *Morhofio* tributis *Mollerus* in Prolegomenis ad eius *Polyhistorem*. Imo totus liber secundus *Quaestionum Tullianarum Andreae Schotti* non nisi elogia eloquentiae *Ciceronis* continet. Pari modo *elogia Melanchthonis aut iudicia de eo qui compilare vellet, librum grandem effecerit*, inquit *Seckendorfius Luthera-*

quidem opus potest subinde augeri ab industrio possessore. De *interpretibus* ipse suum ferit iudicium *Huetius* libro singulari; de poëtis *Scaliger* in Poëtice; de *Commentatoribus in sacrum Codicem Richardus Simonis* in separato opere, itemque *Io. Frid. Mayerus* in *Bibliotheca Biblica*, quam pertexuit *Arndius*. Parî modo de *Patribus Ecclesiae* sententiam suam dicit *Dupinius* in *Bibliotheca* sua *ecclesiastica*; de scriptoribus Hist. eccl. N. T. veteribus et recentioribus *Weismannus* in Prolegomenis ad suam *Hist. eccl.* p. 28-65; qui et de theologis omnium sectarum, qui saecuio XVI. et XVII. celebriores fuerunt, accuratum exhibet iudicium in Tomo II. *Historiae* illius. Eodem in genere commendari meretur *Adriani Bailleti* opus ita (*l*) inscriptum: *Iugemens des Sçavans sur les principaux ouvrages*

Lutheranismi lib. I. sect. 34. addit. 1. Quantum vero eiusmodi iudiciis tribuendum sit, dicendi locus erit alius.

(*k*) Not. ad lib. I. cap. 9. Etiam in *Bibliotheca historica Fresnoio-Menckeniana* creberrima occurrunt de historicis iudicia. Sic et in *Ludouici le Geodre Nouvelle Histoire de France* Tomo VI. Lutetiae 1719. edito exhibetur Catalogus historicorum, qui Galliae historiam siue vniuersam siue particularem scripserunt, et quidem adiecta singulis accurata ἐπιτροπή.

(*l*) Melior huius est editio secunda, quae a. 1725. Amstelodami prodiit vna cum annotationibus *Bernhardi de la Monnoye*, qui et in praefatione sua et T. II. p. 371. pro-

ges des Auteurs; ac simile opus (m) *Giberti de scriptoribus rhetoricis;* item *Teissierii Elogia virorum doctorum ex Thuani Historia excerpta,* cum additamentis a. 1715. rursus edita quatuor tomis. *Morhofianus* quoque *Polyhistor* plenus est ἐπικρίσεων, nec non *Boecleri Bibliographia Critica* supra laudata, itemque *Naudaei Bibliographia politica.* Non male huc retuleris libros, quos *ANA* vocant, vt *Sarcmasiana, Menagiana, Patiniana, Naudaeana, Casauboniana,* etc. cuius generis libros singularibus in Dissertationibus (n) exhibuerunt *Wolfius* et *Lilienthalius.*

VII. Va-

profitetur, se id sibi negotii dedisse, vt corrigeret, quos *Bailletus* commisisset in historia literaria, errores. Inserta et sunt huic editioni caeterea *Bailleti* opera, quibus illustrauit literariam historiam, itemque *Menagii Anti-Bailletus,* et *Giberti Iudicia de rhetoribus.*

(m) Vid. *Acta erud.* a. 1714. p. 78; a. 1721. p. 257. et 298.

(n) De libris in ANA iudicium exstat in Germanicis *Observationibus Halensibus* P. II. n. 8. et in *Reimmanni* Catalogi critici T. II. p. 616. et 617. itemque in *Biblioth raisi.* T. XXVI. p. 36. sqq. Addenda huius generis libris sunt *Verulamiana.* i. e. *Verulamii Sermones fideles,* et e prisco aeuo *corydiana,* quae conscripserat *Lynceus* Samius, teste *Athenaeo* lib. VI. p. 241. 245. 248; atque e medio aeuo *Alfonsiana,* hoc est, Regis Alfonsii dicta ab *Ant Panormitano* literis mandata, ac nuper recusa a *Meuschenio.*

VII. Variant etiam de libris eruditorum iudicia pro diuersitate aetatis et nationis. Vergente superiori saeculo magna orta est contentio in Gallia, aliis (o) priscos, aliis recentiores scriptores praeferentibus; quos recenset *Ryssel*ius in *Mensibus* suis. Ego, quae alibi (p) iam dixi de hoc argumento, iis tria hic adiungo velut axiomata. I. *Quae studia veteres magis excoluerunt, quam nostra aetas, in iis veteres vtique nostris hominibus praeferendi sunt.* Poëtae igitur veteris Romae non parum praestant plerisque hodiernis. Poësis enim erat illorum ἔργον, cum hodie sit inter τὰ παέργα. II. *Quae studia veteres modice excoluerunt, in iis recentiores sunt praestantiores.* Quanto meliores habet nostra aetas interpretes sacri codicis, quam vetustius aeuum! Quanto eruditiores vtilioresque nunc habemus Ethicas, Logicas, Physicas, quam fuerunt decimo sexto saeculo! Stolidi igitur etiam erant, qui Ennium Virgilio, Catonem Ciceroni anteponebant, notati merito a *Martiale*

(o) Iam saeculo decimo quinto disputatum fuit, an veteres nouis scriptoribus sint praeferendi: exstatque ea de re liber *Ben. Accolti*, recensitus in *Actis erud.* 1690. p. 510. sqq. Haud iniuria vero insanire dixeris *Lambinum*, cum in secunda ad *Lucretium* suum Praefatione *stultos et insanos* vocat, qui hodie Grammaticam, Rhetoricam, vel Logicam scribant edantque, ac iudicat, nihil posse melius scribi, quam scriptum iam habeamus a veteribus.

(p) *Im Politischen Philosopho* cap. VII. §. 18.

tiale lib. V. epigr. 10. et a *Quintiliano* Dialogi cap. XVIII. 5. et XXIII. 2. III. *Quae ſtudia veteres excoluerunt acriter, et hodierna aetas itidem excolit ſtudioſe, in iis hodierni palmam* (*q*) *merentur.* Nam primo poſteriores calcant viam iam praeparatam, adeoque iis facile eſt, progredi (*r*) longius; deinde hodie plura in omnis generis ſtudiis habemus adminicula, altiusque proinde eniti poſſumus in quouis literarum genere. Quare ſi quis e. g. in legendis patrum eccleſiae ſcriptis aſſidue verſaretur, ſique totum *Ariſtotelem* totumque *Platonem* memoria comprehenſum haberet, non lectis noſtrae aetatis theologis ac philoſophis, non ab vllo habebitur, opinor, pro magno vel theologo vel philoſopho. Mihi quidem *Priſcianus* in praef. operis grammatici

(*q*) Quanto inferiores eruditione ſint veteres ſcriptoribus aetatis noſtrae, oſtenditur in *Biblioth. Angloiſe* T. XIV. p. 197. ſqq. Ibidem p. 199. iudicatur, lectionem veterum philoſophorum parum vtilem eſſe ad augendam eruditionem: et p. 200. ſq. medica *Hippocratis* ſcientia valde contemnitur. Etiam *Naudaeus* in lib. de inſtruenda bibliotheca p. 100. iudicat, recentioris aeui ſcriptores eſſe antiquis meliores.

(*r*) Non iniuſte itaque *Mollierii* comoediae praeferuntur Plautinis. Vid. *Gelehrte Zeitungen* a. 1720. p. 525. Lepida ratio reuincendi antiquarios, hoc eſt, eos, qui recentiores omnes prae antiquis contemnunt, exhibetur in *Vita Huetii* lib. I. p. 21. Plane ſimilem hiſtoriam narrat *Lud. Viues* lib. I. de cauſ. corrupt. art. p. 34. Imo adeatur et *Phaedrus* lib. V. fab. 5.

matici optime videtur litem illam diremisse, scribens, *grammaticae artis auctores, quanto sint iuniores, tanto perspicaciores et ingeniis floruisse et diligentia valuisse*, additque, *id omnium eruditissimorum iudicio confirmari.*

VIII. De nationum diuersis ingeniis diversisque ingeniorum fructibus, quae mihi aliisque cogitata et obseruata fuerunt, exhibui in *Actis* (*s*) *philosophorum.* Eodem in opere (*t*) supplementa illius tractationis exhibui, simulque, quae doctus quidam vir de borealium ingeniis contra meam sententiam protulerat, ἄνευ παθῶν expendi. Quod ipsum responsum etiam ad se pertinere putet velim inciuilis ille ciuilis Iuris consultus, (si modo cantum hunc non alius gallus edidit,) qui (*u*) Suecorum (quam nationem vt ille assentatione, sic ego veneratione prosequor,) ingenia ita defendit, vt petulantissimis conuiciis me lacerandum putaret. Solet scilicet hoc accidere adulatoribus, vt alteram partem nimiis extollant laudibus, nimioque opere dealbent,

(*s*) T. I. P. IV. cap. 1. vbi §. 35. non statuo, aëris tenuitatem ac cibi potusque teneritatem esse veras causas perspicaciae ingenii; sed hoc volo, crassitiem aëris ciborumque impedire vsum ingenii, vti nebulae oculis nostris sunt impedimento, quo minus bene longeque prospiciant.

(*t*) T. III. p. 828. 857.

(*u*) *Schwedische Bibliothec* P. II.

alteram nimis denigrare ſtudeant. Caeterum ſciat idem ille, iudicia mea de ingeniis hominum ſeptem trionibus ſubiectorum plus commodi, quam ipſius aſſentationes, afferre reip. literariae. Cum enim ipſe frigidam ſuffundat ignauiae, ego contra diſcutio torporem non paucorum, et calcar aemulationis ſubdo nondum ſatis alacriter currentibus, poſtea vero eximie ornaturis rem literariam.

IX. Venit hic mihi in mentem alia eruditorum claſſis, quam minime omnium, quae in hiſtoria literaria praetereatur, dignam exiſtimo. Eos innuo, qui ſe anteſignanos literati gregis praebuerunt, et *primi* ſiue vniuerſam literarum culturam inſtaurarunt, ſiue certam aliquam diſciplinam excoluerunt, ſiue quacunque alia in re laudabili viae poſtea frequentiſſime calcatae duces fuerunt. Hos vocare mihi liceat *primates literarios*. De quibus antequam plura profero, paucis obſeruo, ſtatum literatorum toto orbe diſperſorum, etſi non eſt veri nominis respublica (*x*) ſocietas-

ve,

(*x*) Reſp. literaria ratione formae ſimillima eſt *Eccleſiae inuiſibili*. Vti hic nullus monarcha, nullum ciuile imperium, ſed ſumma libertas, ſola regnante S. Scriptura. ſic illic ſola regnat Ratio, nec quisquam in alterum quicquam habet iuris ciuilis. Ac libertas iſta adeo eſt reip. literariae anima, vt toto coelo errarit *Iac. Thomaſius*, cum *Progr. 41.p. 469.* ſcripſit, *forma regi-*

ve, tamen ob similitudinem non vnam appellari *rempublicam literariam.* In hac igitur republica alii sunt *plebs* (*y*) *literata*, alii vocari merentur *optimates literarii*, quorum pars sunt cuiuscunque disciplinae doctores (*z*)

regiminis monarchici nullam esse literariae reip. salubriorem. Contrariam huic sententiam paucis, sed acute et eleganter, illustrat *Baelius* Dict. v. *Catius not. D.* Lectu quoque digna est *Christiani Loeberi* Ienae a. 1708. edita meditatio *de forma regiminis reip. literariae*, in qua lucide probat, statum literatorum orverse consideratum improprie vocari *rempublicam literariam*, adeoque societati literatorum per totum vnibem dispersae nullam esse, ac ne *democraticam* quidem, *formam regiminis.* Idem docetur *in den Vnpartheyischen Gedanken über die Iournale* p. 300. sqq.

(*y*) Vetus iam est haec distinctio. *Canutium*, *Arrium*, et *Furnium plebi literatae* diserte adscribit *Quintilianus* in Dial. de caus. corr. eloq. cap. XXI. 1. *Vulgus eruditum Plinius* commemorat lib. II. cap. 7. Sic et *Seneca* mediocriter eruditum hominem Epist. 10. vocat *vnum e populo.* Contra *Cicero* lib. de claris oratoribus cap. 79. *Calidium* esse ait *oratorem non vnum ex multis.* Etiam Virgilius a melioris venae poëtis segregat *Bauium* et *Maeuium.*

(*z*) Dico veri nominis *doctores.* Nam qui solo titulo sunt *Doctores* ac *Magistri*, illis suus in *plebe* assignandus est locus, et quidem, quia id non sunt, quod tam ambitiose videri cupiunt, locus omnium vltimus. Non minus inter *plebeios* sunt referendi, qui falsa eruditione onusta gerunt pectora. Scimus, tempore *Lutheri* omnes Facultates Theologicas, quas vocant, ad vulgus literatum pertinuisse. Ac in vniuersum notandum, *optimates* hic censeri non ex opibus ac ciuilibus honoribus, sed

professoresque. Quemadmodum vero olim in Romanorum senatu vnus erat *Princeps senatus*, sic et literaria resp. omnis aeui suos habuit et coluit senatus (*a*) literati principes. Et hi ipsi sunt, quos antea dixi *Primates literarios*.

X. Tres autem sunt istorum *Primatium* ordines. In *primo* eos colloco, qui impetu quodam facto fortissime (*b*) disiecerunt tenebras literarias, et vniuersam reip. literariae faciem feliciter immutarunt Sic olim in Graecia Primas theoreticae philosophiae fuit (*c*) *Thales*, practicae et moralis *Socrates*; primus

sed ex sola sapientia et eruditione. Hic, vt *Hier. Osorii* verbis e lib. I *de gloria* p. 46. sqq. vtar, *omnes homines ingenio praestantes, quamuis inopes sint et obscuris parentibus orti, in PRINCIPVM numero habentur: contra, qui hebeti ingenio sunt et languori desidiaeque dediti, quamuis in amplissima familia nati sint, et res magnas administrent, PLEBEII existimantur.*

(*a*) Hi *Primates* inter caeteros doctos eundem ferme in modum eminent, quo *Scaliger*, et post eum *Salmasius*, in vrbe Lugdunensi e numero gregariorum Professorum exemtus, Apollinis cuiusdam instar colebatur a Musis Batauis.

(*b*) Vnde eos alibi vocaui *fulmina literaria*. Vid. *Poeciles* T. I. lib. 4. p. 631. sq. Nec aliter succedit negotium Reformationis literariae. Audacibus hic viris opus est et intrepidis, recteque faciendo neminem timentibus.

(*c*) Vid. *Acta Philos.* T. III. p. 161. sqq.

mus barbariei medii aeui se opposuit *Petrarcha;* primus et eloquentiam et philosophiam et theologiam in Gallia emendauit *Faber Stapulensis;* primus de barbarie literata in Germania triumphauit *Erasmus*, de religiosa *Lutherus;* primus philosophiam eclecticam, prostratis pristinis erroribus innumeris, in Germanicas Academias introduxit *Thomasius.* Inter hos Primates multi vel a discipulis ac sectatoribus suis, vel etiam ab semetipsis constituti sunt *monarchae literarii*, vel potius, quia in rep. literaria non datur iusta monarchia, tyranni, e. g. *Aristoteles*, *Carteſius.*

XI. *Secundus* ordo eos complectatur, qui vnam duntaxat disciplinam noua induerunt eaque laetissima ac pulcherrima facie. Hic igitur Primas Iuris naturae est *Grotius*, facile tamen socium admittens *Pufendorfium;* Historiae ecclesiasticae (*d*) priscis temporibus *Eusebius*, iunioribus *Flacius*; Medicinae olim *Hippocrates*, nuper *Harueus;* anatomicae scientiae (*e*) *Vesalius;* Iuris publici *Conringius;* Primates Theologiae, iidemque professores theologiae eclectici, *Lutherus*,

(*d*) *Lutheri* opinio, Comm. in *Genesin* f. 349. *b.* rati, primum *Compendium historiae* scripsisse *Abrahamum* inde ab *Adamo* vsque ad sua tempora, debito caret fundamento.

(*e*) Vid. *Stollii* Hist. medicinae P. II. cap. 1. §. 21. p. 414. sqq.

Zuinglius, et *Arminius*: Primates Iurisprudentiae ciuilis minus comtae (*f*) *Irnerius*, *Accursius*, et *Bartolus*; terfioris politiorisque *Alciatus* et *Cuiacius*; Primates Philologiae in Germania *Reuchlinus* et *Erasmus*, in Gallia (*g*) *Faber Stapulensis*, in Hispania *Antonius Nebrissensis*; Primas scientiae chronologicae *Iosephus* (*h*) *Scaliger*; Primas artis heraldicae (*i*) *Phil. Iac. Spenerus*; Primas poëtarum Graecorum *Homerus*, Latinorum *Virgilius*, Gallorum *Ronsardus*, Italorum *Dantes*, Germanorum *Opitius*; Primas Historiae literariae in Heluetia *Gesnerus*, in Gallia *Naudaeus*, in Belgio *Vossius*, in Germania *Morhofius*, eiusque successor, *Fabricius*; Primas Historiae philosophicae *Bruckerus*.

XII. *Tertii* ordinis ii sunt Primates, qui primi magnum aliquod ac memorabile facinus ediderunt in rep. literaria. Primum hic locum teneat *Moses*, primus ille libri scriptor ex omni aeuo ex omnique natione. Postea primus in Graecia librum scripsit *Pherecydes*, in Germania

(*f*) *Grauina* lib. I. de orig. Iur. ciu. §. 143. et 144.

(*g*) Vid. *Sammarthanns* Elog. lib. I. cap. I.

(*h*) *Se primum inuasisse hoc argumentum*, ipse scribit in Dedicatione sui operis *de emendatione temporum*. Et in *Prolegomenis* p. 8. dicit, *se omnia noua protulisse*. *Scaligero* adiungit *Caluisium* Rich. *Montacutius* Analect. eccl. Exerc. XI. sect. III. p. 377. *Scaligerum* vocans *Dictatorem* chronologicum, *Caluisium* Magistrum Equitum.

(*i*) Vid. *Schmeizelii Einleitung zur Wappen-Lehre* Prolegom. Cap. VII. §. 6. p. 52. sqq.

nia (*k*) *Eginhardus*. Cumque hic Latino sit vsus sermone, primus inter Germanos Germanicum librum (*l*) composuit *Otfridus*. Sic primus Italiae professor fuit *Pythagoras*, Graeciae (*m*) *Anaximander*. Primus Graecas literas in Italia docuit *Chrysoloras*, in Gallia *Tiphernas*, in Germania *Rich. Crocus*. Primus Hebraicae grammaticae scriptor e Christianis est *Reuchlinus*; primus Madrigalici carminis scriptor in Germania *Casp. Zieglerus*; primus Historiam philosophicam scripsit *Ge. Hornius*; primus Nouellas politicas hebdomadarias *Theophrastus* (*n*) *Renaudotus*, literarias *Ioan. Gottlieb Krausius*.

XIII. De hisce Primatibus tria mihi supersunt memoratu digna. Primo scilicet ii ex hoc numero, qui inueteratos errores tollere sustinuerunt, criminoso titulo appellitati sua aetate fuerunt *nouatores*, quasi aliquid ob id ipsum falsum ac detestandum sit, qui *nouum*, ac viciſſim verum, quia *antiquum* et inueteratum. Deinde iidem non solum ludibriis

(*k*) Hoc obseruauit *Pag. Gaudentius* lib. de Romanorum philosophia cap. 106. *Conringius* quidem Comment. de scriptoribus saec. VI. cap. 5. p. 100. *Iornandem* vocat *primum Germanici generis scriptorem*. Sed obserues, quaeso, non patriam Germaniam ei tribui a *Conringio*, sed genus Germanicum. Erat quippe Gothus natione.

(*l*) Vid. *Poecile* T. I. lib. 4. p. 641.

(*m*) *Acta Philos.* T. III. p. 181.

(*n*) Vid. *Acta erud.* 1732. p. 31.

aetatis suae et insectationibus expositi fuerunt, sed tanquam hostes reip. ac pestilentissimi haeretici acerbissimis excepti (o) odiis. Denique id ante omnia velim animaduertas, renouari subinde et emendari faciem literatae reip. solere non caeco aliquo casu, sed auspice et rectore DEO; cuius potentissima prouidentia saepius inde elucet, quod instrumentis vtitur eiusmodi, a quibus nemo exspectasset tantam μεταμόρφωσιν. Quis, quaeso, eras Socrates? Obstetricis filius. Quis Erasmus? Spurius. Quis Lucherus? Pauper monachus. Quis Faber Stapulensis? Rustica proles. Vltimo loco addo, hos, quos dixi, Primates literarios dignos esse praeter caeteros, quorum vitae diligenter et copiose exponantur posteritatique tradantur, ac operae pretium facturum, si quis comprehensas vno volumine edat *Vitas primatum literariorum*.

XIV. Habet vero et *consiliarios* (*) suos respublica literaria, qui quodammodo inter primates literarios referendi sunt, saltim hoc ipso, dum se praebent consiliarios, pro primatibus

(o) Vid. Diss. mea de martyriis philosophorum in *Actis Philos.* T. III. p. 88. sqq.

(*) *Rolandus Maresius a Morhofio in Polyhist. lit.* lib. I. cap. 4. p. 35. appellatur *optimus rei literariae consultor*. Quod iudicium confirmaui in *Poeciles* meae Tomo III. p. 247. Ipsum illum *Morhofii Polyhistorem literarium* esse dignum consiliarii literarii titulo, iudicat in *Mensibus* suis *Christ. Thomasius* eo loco, quo hoc opus recenset.

tibus certi generis haberi se velle ostendunt. Sunt autem illi consiliarii alii boni, quos inter (*p*) haud vltimum locum obtinet *Verulamius*, alii mali et imperiti: in quem censum supra iam (*q*) retuli scriptorem *Germaniae milite destitutae*. Estque horum singularis quaedam species, quos *Vtopicos* vocare licebit, quorumque magnum videre erit numerum in *Vtopia* mea (*r*) *literata*. Habet vero etiam resp. literaria suos *secretarios* et *historiographos*. Priorem videlicet titulum merentur tum conditores *Bibliothecarum*, (quo in genere eminet *Io. Alb. Fabricius*,) tum compositores recensionum librorum siue veterum siue nouorum. Posterior titulus iis conuenit, qui *Nouellas* publicant *literarias*: imo et iis, qui praeterita acta literatorum stylo suo persequuntur.

XV. Argumentum, quod adhuc tractaui, occasionem mihi praebet dicendi de tribus eorum qui libros scribunt, classibus. Diuidi videlicet

(*p*) Huc pertinent *Thomasii* Cautelae circa singulas disciplinas, et *Vockerodti* Consultationes scholasticae.

(*q*) Cap. IV. §. 55.

(*r*) Primum huius libri caput iam edidi T. I. *Poemiles* lib. I. p. 95. sqq. In secundo consideraturus eram *Collegium Hunnianum* conseruandae orthodoxiae destinatum: in tertio consilia in concordiam redigendi siue Protestantes inter se siue Protestantes et Pontificios? in reliquis alia consilia literaria primum ad intuitum speciosa, sed exspectationem frustratura certissime.

delicet ii veriſſime (*s*) commodiſſimeque poſſunt in *primanos*, *ſecundanos*, ac *tertianos*. *Primani* (*t*) ſunt, qui tanta pollent perſpicacia, vt non ſolum inueteratos errores acute cognoſcant, iisque laruam veritatis detrahant, ſed nouas quoque veritates in apricum proferant. Sunt hi ſoles coeli literati, quorum tamen nullus caret maculis: vt verius miracula literati orbis vocentur, quam oracula. *Secundanos* (*u*) voco, qui tanta quidem ingenii exſupe-

(*t*) Iam veteres eruditam turbam diuiſerunt in primanos ac ſecundanos: id quod oſtendi in *Actis Philoſ.* T. I. p. 586. ſq. et T. III. p. 823. Locis e priſco aeuo ibi productis addo nunc *Diog. Laërtii* II. 133. et *Aeliani* IX. 15. Diuiſionem illam etiam *Rol. Mareſius* produxit pariter et ſcienter illuſtrauit lib. II. epiſt. 57. Clarius vero ac diſtinctius doceri, ſi tres faciamus tribus literatorum, maxime eorum, qui libros ſcribunt, res ipſa docebit. Ac Ciceroni quoque diſtributio haec placuit ita in *Oratore* cap. 1. ſcribenti: *Prima ſequentem honeſtum eſt in ſecundis tertiisque ſubſiſtere.*

(*t*) Hi primani olim vocabantur *auctores claſſici*, Vid. *Gellius* VII. 13. et XIX. 8. Hos *tenere faſces ingenii*, concinne dixeris cum *Plinio* e Praef. Hiſt. natur.

(*u*) Eodem plane modo *Seneca* epiſt. 52. En verba eius! *Quosdam ait Epicurus ad veritatem ſine vllius adiutorio feciſſe ſibi ipſos viam: quosdam indigere ope aliena, non ituros, ſi nemo praeceſſerit, ſed bene ſecuturos. Egregium hoc quoque, ſed SECVNDAE SORTIS ingenium.* Scilicet alii eruditorum ſunt ſimiles fontibus naturalibus, qui e ſuo veluti pectore effundunt aquas; alii fontibus artificialibus, (patrio ſermone *fontaines* vocamus cum Gallis,) qui deriuatam aliunde aquam oſtentatione quadam emittunt, maioremque faciunt, quam naturales illi, admirabilitatem.

superantia non (*) sunt, tantum tamen bonae generosaeque mentis habent, vt veritates ab iis propositas, nisi forte obstant errores nimium muniti praeiudiciis, facile (x) amplectantur, easque concinna methodo diserteque traditas (y) propagent. *Tertiani* denique sunt, qui secundanis vsi magistris, nec industria iis nec ingenio nec eloquentia pares, sola scribendi sedulitate sunt notabiles, acceptasque ab iis (z) non

(*) *S. Bernhardus* initio Sermonis sui decimi in *Canticum Canticorum: Non sum ego profundi sensus*, inquit, *neque adeo perspicacis ingenii, vt noui quippiam ex me adinuenire possim.* Quam vera confessio, quam item modestiae plena!

(x) *Illis* (inquit) *Quintilianus* Instit. orat. cap. vlt. eos dicens, quos *primanos* appello, *haec inuenienda fuerunt, nobis* (*secundanis*) tantum *cognoscenda* et discenda *sunt*. *Nobis*, inquit *Minucius* quidam apud *Liuium* lib. XXII. cap. 29. *quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secundam ac mediam teneamus.* Eodem *Plinius* lib. XXXV. cap. 11. professores scientiarum et artium diuidit in *proceres* et *primis proximos*.

(y) De his ita scribit *Verulamius* lib. I. de augm. scient. p. 39: *Quidam in SECVNDIS tantum subsistere sat habent, vel subtilis interpretis, vel antagonistae vehementis et neruosi, vel methodici abbreuiatoris nomen ambientes: vnde reditus et vectigalia scientiarum augeri possunt, patrimonium et fundus minime.* Romani etiam equites olim diuidebantur in *primos et secundos*. Vid. *Gronouii* Obss. lib. III. cap. 25. p. 673. sq. Etiam sculptores et pictores *Origenes* lib. VIII. contra *Celsum* distribuit in primanos, secundanos, ac tertianos.

(z) Hac de causa non malos se praebent iuuenum studiosorum doctores, imo saepe maximus fit ad eos discen-

non solum veras, verum etiam falsas sententias mordicus tenent, nouarumque siue verarum siue falsarum doctrinarum praecones hostiliter aggrediuntur. Primanos igitur facit ingenium *heureticum*, secundanos ingenium *eclecticum*, tertianos ingenium *sectarium*: quod etiam *plebeium* vocare possis, cum duo priora sint indolis generosae.

XVI. Facile apparet, in primo genere eminere (*a*) iudicium, in altero ingenium, in tertio memoriam. Facile item intelligitur, vltimos sibi videre primos, et magnopere praeterea coli ab iis, qui nullo sunt numero, ac ne eo quidem vsque progressi, vt vel minimam scribendo laudem valeant consequi. Facile denique cognoscitur, secundanos vulgo haberi pro primanis, nec tam saepe horum, quam illorum, scripta vendi: id quod iam olim obseruauit *Martialis* in *Lucano*, mediocri poëta, si cum *Virgilio* comparetur, sed quem vulgus libenscentium concursus. Ac vti potest talis doctor verbis illis *Ciceronis* lib. IX. ad famil. epist. 20: *Veniunt, qui me audiant quasi doctum hominem, quia paulo sum, quam ipsi, doctior.* Valet et hic distinctio *Io. Braunii*, doctum esse alium dicentis inter doctos, alium esse doctum inter studiosos.

(*a*) Ita et *primani* sunt in historia, qui et inueteratas fabellas obseruant et pragmatice tractant omnem historiam; *secundani*, qui ex optimis scriptoribus colligunt historias, deprehensasque ab acutioribus fabulas atro carbone notant: *tertiani*, qui ex historicis apographis addiscunt res gestas, ac veteres fabulas non solum propagant, verum etiam acriter propugnant.

libentius legebat, quam *Virgilium*. Ita enim (*b*) inquientem inducit *Lucanum*: *Sunt quidam*, (eruditissimus scilicet quisque,) *qui me dicant non esse poëtam*, sed historicum metricum: *sed, qui me vendit, bibliopola putat*, esse me praestantissimum poëtam, cum poëmata mea tot emtores, tot lectores inueniant.

XVII. Admonet me hoc exemplum, *primanos* pariter ac *secundanos*, *tertianos*que diuidi oportere in *reales* ac *verbales*. Nam etiam poëtae et oratores trium sunt classium: primanique sunt, quos natura (*c*) fecit summos siue oratores siue poëtas; secundani, quorum scripta plus curae, quam naturae, habent; tertiani, qui ne his quidem arte pares ingenioque, nouissimum constituunt agmen vel oratorum vel poëtarum.

XVIII. Debent vero cum secundani, tum tertiani, rursus in classes minores distribui. Alii scilicet e secundanis fontes, e quibus hauserunt, fideliter monstrant, suosque viae duces frequentissime laudant: alii, dum id non faciunt, mentiuntur, idque aliquando prospero successu, primanos. Ad tertianos quod attinet, hi diuidendi mihi sunt in doctiores et minus doctos. Priori classi adscribo *Georg.* (*d*) *Hor-*

(*b*) Lib XIV. epigr. 194.

(*c*) *Quintilianus* lib. XII. cap. 11. *Quantum poëtis ab Homero et Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia a Demosthene atque Cicerone.*

(*d*) Conf. *Acta Philos.* T. I. p. 1057. sq.

Hornium et *Io. Christoph. Becmannum*: quibus quam multi scriptores, etiam ex polygraphis, sunt inferiores!

XIX. De *secundanis* duo vt obseruem, superest. Primo eos diuido in secundanos natura et in secundanos politicos. Hi, (nam quos significem priori appellatione, perspicuum est,) vt et infame nouatorum nomen et diras concertationes et ipsam denique egestatem effugiant, subsistendum sibi censent in secundis, sapientes cum primanis, loquentes cum secundanis, interdum etiam cum vulgo. Praestare quippe putant, scriptores esse κατ' ἄνθρωπον, quam κατ' ἀλήθειαν, fructosiusque esse sentiunt, ciuitatis esse Placentinae, quam Veronensis. Deinde et illud docet historia literaria interior, qui sunt secundani natura, eos, quoties locum primanorum occupare audeant, hoc est, suopte ingenio vtantur ad inuestigandum verum, nouasque, quae quidem ipsis videntur veritates proferant, turpiter se dare et explodi a cordatioribus.

XX. Exemplis quidem omnium generum afferendis perlibenter (*e*) supersederem, sed ne desim historici officio, pauca proferam. Inter Theo-

(*e*) Certae nostrae aetatis scriptores viuos ac spirantes in has classes distribuere non ausim, (vno excepto atque altero,) cum, vt vere *Velleius* lib. II. cap. 36. *stulta* hoc est, periculosa *sit inhaerentium oculis ingeniorum censura.*

Theologos igitur primani (*f*) erant *Lutherus*, *Erasmus*, *Chemnitius*, *Calixtus*; secundani *Melanchthon*, *Gerhardus*, *Calouius*, *Buddeus*, *Witsius*, *Quenstedius*: quanquam facile sentio, fore, qui postremum hunc tertianis adscribant socium. Inter historicos ecclesiasticos primani sunt *Flacius*, *Dallaeus*, *Blondellus*; secundani *Spanhemius*, *Ittigius*, *Basnagius*; tertiani *Rechenbergius*, *Andreas Caroli*, *Iunckerus*. Inter criticos habes primanos *Lipsium*, *Casaubonum*, *Io. Frid. Gronouium*; secundanos *Gruterum*; *Graeuium*, *Iac. Gronovium*; tertianos plerosque editores auctorum cum notis variorum; quo in numero cum sit *Abr. Gronouius*, tres Criticorum classes habent in vna Gronouiana familia, quem sibi asserant. In philosophia primani erant *Pufendorfius*, *Lockius*, *Thomasius*; secundani *Clericus*, (*g*) *Buddeus*: tertiani *Iac. Thomasius*; *Bechmannus*; et reliqui Aristotelis sectatores. Inter antiquarios tertianum vnum nomino (*h*) *Io. Rosinum*, qui magno fructu iuuen-

(*f*) In exegetica theologia primanus a plerisque habetur *Seb. Schmidius*.

(*g*) Hic certe fuit in omni literarum genere secundanus excellentissimus, verissimo nomine dicendus *eclecticus*.

(*h*) Parem laudem eundemque locum meretur *Pitiscus*, qui *Lexico* suo *Antiquitatum Romanarum* vtilissimum reipublicae literariae non scriptorem, sed descriptorem se praebuit.

iuuentutis e scriptoribus antiquitatum Romanarum secundanis concinnauit corpus haud inuenustum. Sed manum de hac tabula.

XXI. Ad accuratam auctorum notitiam et hoc pertinet, vt discernantur auctores (*) cognomines. Faciunt hoc diligenter *Laërtius*, *Meursius*, *Ionsius*, *Fabricius*, cuius inspiciatur *Bibliotheca Graeca* libro (*i*) quinto. Singulari autem libro, cui titulus: *Homonymoscopia historico-philologico-critica*, istam nauauit operam *Ioannes Mollerus*. Restrictius, alii de vno quodam genere auctorum homonymorum singulares composuerunt libellos, vt *Leo Allatius* de *Psellis*, de *Nilis*, de *Georgiis*, de *Methodiis*, de *Simonibus*; *Io. Meursius* de *Philostratis*; *Antonius* (*k*) *Sanderus* de *Antoniis*; *An-*

(*) Quantos erroret inuehat in historiam literariam duorum cognominum virorum in vnum confusio, vel ex hoc exemplo apparet. Wittebergensis Academia olim duos eodem tempore habuit *Philippos* Professores; e quorum confusione natam fuisse fabulam, qua *Melanchthonem* repudiato literarum studio factum esse pistorem, traditum est. docet *Feuerlinus* in *Miscellaneis Lipsiensibus* T. VII. p. 129. sq.

(*i*) Cap. 6. p. 830. sqq. Idem in Praefatione Tomi X. exhibet indicem homonymorum in decem voluminibus *Bibliothecae* suae *Graecae* distinctiorum. Conf. *Pag. Gaudentius* lib. de philosophia Romanorum cap. 24.

(*k*) Huius generis scriptores amore sui nonnihil permotos scripsisse, bene obseruat *Bailletus* Iudic. T. I. P. I. cap. 14. p. 111. sq. Sic etiam *Ern. Sal. Cyprianus* in annot.

Andreas Sauſſay de *Andreis*; *Io. Alb. Fabricius* de *Fabriciis*; *Erycius Puteanus* de *Eryciis*; *Franciſcus Nannius* de *Corneliis*; *Ioachimus Meierus* de *Meieris*; *C. F. Paulinus* de *Paulinis*: *Io. Gottl. Milichius* de *Milichiis*; *Fridericus Quirinus Gregorii* de *Quirinis*; *Aegidius Hochmuthus* de *claris* (*) *Aegidiis*; *Adamus Zahnius* de *Raymundis*; *Ge. Henr. Goezius* de *Schmidiis*; *Io. Theodorus Leubſcherus* de *Gryphiis*. Quanquam nec negari poteſt, multos ineptos quoque libellos de claris homonymis prodiiſſe in publicum: quod genus librorum iam olim riſit (*l*) *Gellius*. Sic in *Deliciis Theod. Cruſii literariis* (*m*) exhibetur *Catalogus clarorum Cloſiorum*, a *Matthaeo Hanſio* congeſtus, in quo tantum abeſt, vt clara recenſeantur nomina, vt ne vnus quidem eorum, qui producuntur, claritudine nominis *Cloſios antediluuianos*, ſi qui forte iam tum ſub ſole fuerunt, antecedat. Scilicet is eſt plerorumque huius generis ſcriptorum error, quod exiſtimant, libri ſui pretium pendere a multitudi-

annot. ad *Hieronymi* Catal. ſcript. eccl. cap. 68. libellum promiſit *de Cyprianis veteris eccleſiae*: *Io. Chriſtoph. Wolfius* item *de claris Wolfiis*, et *Theophilus Schelwigius de claris Theophilis*. Diſſertatio *de claris Cellariis* inſerta eſt *Neubaueri* Nachricht von den itztlebenden Theologen p. 475. ſqq. ſcripta a quodam *Cellario*.

(*) Hic liber Wittebergae 1725. editus recenſetur ſummo cum contemtu in *Iournal des Scavans* T. 83. p. 75. ſqq.

(*l*) Noct. Attic. lib. XIV. cap. 6.

(*m*) *Vergnügung müſſiger Stunden* P. VII. p. 49. ſq.

ne homonymorum potius, quam a claritate et magnitudine. Mea vero sententia maximum operae suae pretium faceret, qui e. g. *de claris Spanhemiis* in titulo promittens Dissertationem, nonnisi de duobus *Fridericis* et vno *Ezechiele* ageret, reliquosque *Spanhemios* erudito silentio praeteriret: quem in modum *Phaedrus* doctos Thraces enumeraturus, ipse Thrax, duos duntaxat laudat in Prologo (*n*) libri tertii, Linum et *Orpheum*. Prope omisissem *Christiani Francisci Paulini*, quae minime omittenda videtur, dissertationem *de claris Asinis et* (*o*) *Asellis*, quae in eius doctissimo opere *de asino* constituit Sectionis secundae caput secundum. Addo amici cuiusdam monitu, eundem *Paulinum* in sua *Lagographia curiosa sect. II. part. I. cap. III. p. 130. sqq.* et in sua *Lycographia part. II. cap. 1. p. 80. 96. sqq.* exhi-

(*n*) v. 56. seq.

(*o*) In hac tamen omissus fuit *Erysichton*, cognomento *asinus*, cuius meminit *Aelianus* Var. hist. lib. I. c. 27; et rex *Ochus*, quem et ipsum cognominatum fuisse *asinum*, idem tradit lib. IV. cap. 8. Singularem addo ordinem monachorum, dictum *ordinem asinorum* quem memorat *Cyprianus* Apolog. Reform. cap. VII. §. 3. p. 871. In Italia quoque fuisse nobilem familiam *Asinellorum*, didici ex *Schotti* Itinerario Italiae p. 160. edit. a. 1655. Adiungo *Asellam*, piam feminam, quam laudat *Hieronymus* epist. 15. et 99; et *Asellum Symmacho* commemoratum lib. IX. epist. 57; et alium *Asellum*, cuius epitaphium producit *Fontaninus* in libro *de disco vativo* §. 14. p. p. 39; et clarum illum, *Asinum*, de quo *Simonius* T. IV. Epist. sel. 29. p. 214.

exhibuisse *claros Hasios* siue *Hasaeos*, et *claros Wolfios*.

XXII. Auctores etiam (p) *polygraphi* commemorari pluribus merentur in historia literaria. Sunt autem hi non vnius generis. Alii dicuntur verius, quam sunt, polygraphi. Tales sunt editores magnae molis operum alienorum, e. g. *Goldastus*, *Graeuius*, *Gronovius*, *Burmannus*, (q) *Lunigius*. Tales item sunt auctores librorum nec ingenio perfectorum nec industria elaboratorum, ac tironum duntaxat vtilitati dicatorum, quos aliorum potius caeca admiratio, quam ipsorum auctorum voluntas, protrusit in publicum. *Lutherum* ac (r) *Melanchthonem* hic nomino, quorum siue ex ore (s) siue ex calamo quicquid efflu-

 xit,

(p) Vid. *Wowerius* Polymath. cap. 19. §. 216. seq. et *Morhofius* Polyhist. liter. lib. I. cap. 22. §. 29. sqq. et *Bailletus* Iudic. T. I. p. 418. sqq.

(q) Polygraphus igitur hic Lipsiensis, de iure Germaniae publico praeclare meritus, maiori iure *claros* inter *poligraphos* (hoc enim munere fungebatur Lipsiae,) adscribetur, quam inter *claros polygraphos*. Operum ab eo editorum catalogus exstat in *Actis erud. Germ.* 69. p. 678. seqq.

(r) Iudicium *Baelii* de πολυγραφία *Melanchtonis* vid. in eius Diction. v. *Melanchthon* p. 2096. edit. secundae.

(s) Non solum praelectionibus *Lutheri* in libros sacros, e. g. in *Genesin*, id accidit, sed etiam eius sermonibus familiaribus, quorum ingens volumen haudquaquam

xit, cupide exceptum a discipulis preloque subiectum fuisse, quis nescit? Ii igitur demum sunt habendi polygraphi, qui ipsi multa elaborarunt et luci (*t*) exposuerunt publicae.

XXIII. Horum rursus duo sunt genera. Alii quippe mediocris eruditionis libros edunt, alii eruditissimos expolitissimosque. In priorem classem refero eos, qui tironum (*u*) in gratiam institutiones edunt plurium disciplinarum. Qualem quidem polygraphum dici ac polyhistorem, haud magna laus est. Cuilibet enim literarum professori ea, quae didicit, suis exponere verbis, sua proponere methodo, in promptu est, modo otium (*x*) suppetat et scri-

quam valet ad referendum *Lutherum* inter polygraphos Vid. *Seckendorfius* Hist. Luth. lib. III. p. 187. *a*. Referri huc etiam *Spenerus* potest quodammodo, cuius in scriniis quicquid epistolarum theologici argumenti, quicquid concionum sacrarum, post mortem repertum fuit, multis voluminibus publicam in lucem fuit editum. Idem *Gundlingio* accidit et *Rambachio*.

(*t*) Editores librorum non insciteque diuiseris in *ordinarios* et *extraordinarios*. Illos voco, qui totos se dant scribendis libris, et singulis annis, vel etiam singulis Lipsiensibus nundinis, nouum librum emittunt, editoque vno libro statim se accingunt ad edendum alium. Horum industriam certos intra limites coërcitam vult *Baelius* Diction. v. *Guil. Forbes* not. B.

(*u*) De distinctione, qua alii *docti* sunt *inter doctos*, alii *docti inter studiosos*, vid. *Acta Philos.* T. I. p. 1057. seqq.

(*x*) Lege, quae Celeb. *Ioach. Langius* in praef. ad *Institu-*

bendi patientia. Quemadmodum igitur *Wagenſeilium*, virum aliis nominibus magnum, non fecit admirabilem *Pera* ſua *iuuenilis*, opus ſex voluminibus conſtans, et omnium paene diſciplinarum inſtitutiones exhibens; ſic nec admiramur *Calouium* ob magnum illum librorum catalogum; quem effigiei eius *Bibliis illuſtratis* praefixae inſtar phylacterii Iudaici ſubnexum videmus. Qui enim aliquo tempore philologiae, hinc philoſophiae, atque ad vltimum theologiae quotidianus profeſſor eſt, in otioque viuit Academico, quam facile ei eſt, non indoctas conſcribere trium linguarum Grammaticas, totidem linguarum Lexica, Inſtitutiones Logicas, Diſputatorias, Metaphyſicas, Rhetoricas, Poeticas, Epiſtolicas, Ethicas, Politicas, Phyſicas, Theologicas, praetereaque Hiſtoriam literariam, ciuilem, eccleſiaſticam, Conſilia et Reſponſa theologica, Corpus caſuum conſcientiae, Theologiam moralem, Theologiam polemicam, Commentarium in totam ſacram Scripturam, Concionesſacras, Orationes, Diſputationes, Programmata, etc.

XXIV. Tot libros qui mediocri cum ingenio,

Inſtitutiones ſuas *ſtudii theologici literarias* differit de cauſis ſuae πολυγραφίας, vbi etiam exhibet librorum a ſe editorum catalogum. Quanta facilitate ſuos libros conſcribat adeoque polygraphus ſiat *Moshemius*, ipſe docet in Praefatione ad Tomum tertium Theologiae ſuae moralis.

nio, tum diligentia (*y*) composuerit, is profecto nomen profiteri suum potest inter polygraphos, licet magnos inter scriptores non item referatur a sapientioribus. Tales sunt omnes illi polygraphi, apud quos *in legem abiit*, vt *Morhofius* ait, *se mutuo exscribere* quo quidem nomine celebriari nouimus in primis *Augustinum* (*) *Barbosam*. Huius generis polygraphorum, quos a genitae prolis copia non male dixeris scriptores *proletarios*, plenam esse Germaniam nostram, iamdudum (*z*) obseruatum fuit. Scilicet cum vulgus non virtutis, sed molis magnitudinem respiciens, Golia-

(*y*) In hunc numerum referre audeo *Ciceronem*, eloquentia principem, eruditione non item. Ac ne quis me putet iniuria tantum Consulum afficere, en confitentem reum lib. I. de offic. cap. 1. hisce verbis: *Philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, videor meo iure quodammodo vindicare.* Simile de *Corn Celso* iudicium est *Quintiliani* lib. XII. cap. 1. scribentis, eum, *mediocri* licet *virum ingenio*, tamen libros *conscripsisse de omnibus artibus.*

(*) Librorum ab eo scriptorum indicem *Allatius* exhibet in *Apibus Vrbanis* p. 64. sqq.

(*z*) Vid. *Acta Philos.* T. I. p. 646. sq. Datur igitur vitium aliquod eruditorum, quod *polygraphismum* vocare licebit. Perpetuus hic libros edendi pruritus cum inuadit iuuenes, literis nondum satis excultos, id potissimum mali habet, quod impedimento est profectibus in eruditione solida. Labor enim libros componendi assiduus eripit iis tempus ad meditandum et ad plura discenda necessarium: vt adeo tales Polygraphi pro *Docendo discimus* de se dicere debeant: *Docendo dediscimus.*

Goliathum maiorem esse heroëm Dauide credat, et, quo quis plures grandioresque libros edidit, eo eum esse sapientiorem eruditioremque, sibi persuadeat, factum est, vt quidam populari (*a*) huic errori sese accommodanets feliciter obiecerint glaucoma oculis vulgi literati. Quanquam laus haec non solet esse diuturna, talium scriptorum libris breui intereuntibus ob successionem aliorum eandem cramben recoquentium: quod vel exemplum *Institutionum Logicarum* et *theologicarum* manifestum facit. Conuenit in eiusmodi polygraphos, quod *Euripides* (*b*) *Alcestidi* poëtae respondit, se centum versus citius scribere glorianti, quam tres effunderet *Euripides*. *Sed hoc*, inquiebat, *interest*, *quod tui versus* (*c*) *in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus sufficient.* Conuenit etiam in eos *Salomonis*

 (*d*) illud:

(*a*) Aliter sentit et sapientius *Rol. Maresius*, lib. I. epist. 50. scribens, *se breuis alicuius scripti, modo probi et exacte correcti, auctorem esse malle, quam eiusmodi inemendatorum, in quibus oblita modi millesima pagina surgit, et crescit multa damnosa papyro. Thucydidem Lipsius* not. ad lib. I. Polytic. cap. 9. iudicat *res nec multas nec magnas nimium scripsisse, sed palmam fortasse praeripuisse omnibus, qui multas et magnas.* Scilicet, vt *Plinius* lib. IX. epist. 29. ait, *satius est, vnum aliquid insigniter facere, quam plurima mediociter.*

(*b*) Apud *Valerium Max.* lib. III. cap. 7. ext. 1.

(*c*) *Virgilius*, quaeso, quot et quanta valuisset effundere carminum volumina! At isto pacto male consuluisset famae suae, minor futurus ipsa operum suorum magnitudine.

(*d*) illud: *In multiloquio non deerit peccatum.* Vti igitur polygraphiam *Eraſmi* olim non laudabat *Io. Bapt.* (*e*) *Egnatius*, ſed vituperabat, ſic *Balbinus* (*f*) leſuita ingenue ad *Chriſtianum Weiſium*: *Tu non es*, inquiebat, *ex numero parientium, ſed vomentium. Tot annis ſingulis* (*g*) *Comoedias, tot Tragoedias, tot Applauſus pangis, vt legitimum tempus ad concipiendum, geſtandum, et pariendum deeſſe videatur.* Acute *Danhauerus* in Dedicatione *Hodoſophiae* ſuae huius generis polygraphorum morbum vocat *logodiarrhoeam.*

XXV. Inter hos ſemidoctos (*h*) ſcriptores alii memoria valent, alii ingenio. Ad prius genus

(*d*) *Prouerb.* X. 19.

(*e*) In *Goldaſti* Centuria epiſt. philol. n. 35. p. 151. Ipſum vere *Eraſmum* ſibi placuiſſe *polygraphi* appellatione, apparet ex *Colloquio*, quod *Charonta* inſcripſit. Ibi enim p. m. 579. ſe *polygraphum vocat* κατ' ἐξοχήν.

(*f*) In *Epiſtolis Weiſianis* 1716. editis p. 298. *Launoius* ita de *Baronio* lib. VIII. epiſt. 15. *Calamus eius eſt calamus hominis velociter ſcribentis.* Quae verba ſiniſtro ſenſu repetita ſunt e *Pſalmo XLV.* 1.

(*g*) Recordor hic poëtae Hiſpani, *Lupi de Vega*, mille et octingentarum comoediarum ſcriptoris: de quo *Bailletus* T. IV. Iudic. P. II. p. 61. ſqq.

(*h*) Nolim hoc quisquam in contumeliam accipiat. Poteſt enim aliquis in vna diſciplina eſſe exactae eruditionis, in alia vix mediocris. Memini, a. 1709. in *Actis ſemieruditorum*, quae tum prodibant, etiam *Schurzfleiſchium*, virum alioqui ſummis eruditiſſimisque annumerandum hominibus, libri neſcio cuius nomine comparere.

genus refert praeter modo dictos, traductores (*) librorum ex ignotiore lingua in notiorem, scriptores excerptorum (*i*) historicorum, et alios, qui (*k*) non tam famae, quam fami, scribunt. Posterioris generis *Cardanus* est et (*l*) *Campanella*, et similes nugarum harmamaxarii: quorum vnus *Quirinus Kuhlmannus* (*m*) futurus erat, si vita ei suppeditasset et opportunitas.

XXVI. Ad polygraphos eruditissimi ingenii vt veniam, horum alii historicorum voluminum, alii philosophicorum, (quo sub titulo omnes proprii iudicii ingeniique felices foetus volo comprehensos,) publicatione nobilitarunt nomina sua. Inter priores quis non agno-

(*) De tali *Bailletus* Iudiciorum T. II. P. III. p. 526. sqq. agit, scilicet de *Michaële de Marolles*, sedulo quidem illo, sed infelici veterum librorum interprete: cuius vitam et *Niceronius* descripsit in Tomo XXXII. vid. et *Rol. Maresii* lib. II. epist. 25.

(*i*) E g. *Erasmus Franciſci*, *Christ. Franc. Paulini Iac. Dan. Ernesti*.

(*k*) Inter hos tot Graecorum librorum interpretem, *Guil. Xylandrum*, refert *Huetius* de interp. p. 278. sq.

(*l*) Huius librorum catalogum vide in *Actis Philos.* T. I. p. 545. sqq. Memoratu dignum videtur, *Campanellam* fuisse virum sui nominis. Cum enim *Campanella* Italis significet *tintinnabulum*, maiorem profecto in modum per orbem resonuit nomen *Campanellae*, et ipse studuit se decantari vbique terrarum ac gentium, similis *Apioni* Polyhistori, quem Tiberius *cymbalum mundi*, Plinius *publicae famae tympanum* appellabat.

(*m*) Vid. *Morhofius* Polyhist. lit. lib. I. cap. 20. §. 5. et lib. II. cap. 5. §. 63. sqq.

agnoscit *Vossium*, *Hottingerum*, *Morhofium*, *Fabricium?* inter posteriores *Cuiacium*, *Petauium*, *Thomasium*, *Clericum?* Vocat hos *Morhofius* (*n*) recte *heroas literarios*: quorum esse arbitror, scribere non scripta prius, vel saltim non satis ante elaborata perfectaque: qualium editione librorum plurimorum etiam (*o*) *Dallaeus* inclaruit, itemque *Conringius*.

XXVII. Operae pretium facturus videor, si praeter eos, quos iam memoraui, celebriores omnis aeui polygraphos quotquot quidem nunc recordor, in medium produxero. E prisco igitur aeuo magna nomina sunt (*α*) *Epicuri*, *Chrysippi*, (*p*) *Varronis*, *Didymi* (*q*) grammatici, (*r*) *Origenis*, *Didymi*

(*n*) Lib. I. cap. 22. §. 37.

(*o*) Suopte hic exemplo docuit, non esse verum in vniuersum, quod scripserat lib. I. *de vsu patrum* cap. 5. p. 139: *Doctissimi quique pauca scribunt*, inquiens, *neque alios fere, quam indoctos, insanabile illud scribendi cacoëthes tenet.*

(*α*) A *Laërtio* lib. X. 26. vocatur *Epicurus* πολυγραφώτατος. Ibidem loci *Chrysippi* πολυγραφία memoratur: et §. 25. *Zeno* quoque Epicureus appellatur πολυγράφος ἀνήρ.

(*p*) *Multimoda satis verendus scriptorum numerositate Varro*, inquit *Sidonius Apollinaris* carm. 23. p. 376. Ac fortasse hanc ipsam ob causam contigit *Varroni*, vt appellitaretur *Romanorum doctissimus*.

(*q*) *Hoc* Didymo *nemo plura scripsit*, inquit *Quintilianus* lib. I. cap. 13. fine.

(*r*) Vid. *Eusebius* Hist. eccl. lib. VI. cap. 32. De hoc *Origene*

mi (s) *Alexandrini*, (t) *Chryſoſtomi*, (u) *Auguſtini*; ex aeuo medio *Ioſephi* (x) *videntis*, *Michaëlis* (xx) *Pſelli*, *Thomae Aquinatis*, *Alberti M. Alphonſi* (y) *Toſtati*, *Dionyſii* (z) *Carthuſiani*; ex iunioribus (a) *Athanaſii Kircheri*, *Ioannis Caramuelis*, *Gregorii* (b) *Leti*, *Calvini*, *Cocceii*, *Ioannis* (c) *Gerhardi*, *Ahasveri Fritſchii*, *Theophili* (d) *Raynaudi*, *Iacobi*

Origene Vincentius Lirinenſis in Commonitorii cap. 23: *Nemo mortalium plura ſcripſit.*

(s) Vid. *Hieronymus* Catal. ſcript. eccl. cap. 109; *Montefalconius* in Prolegom. ad *Palaeogr. Graec.* p. 22.

(t) De hoc omnino vid. *Suidas* v. Ἰωάννης. *Graecorum Patrum, quorum exſtant lucubrationes, ſine controuerſia* πολυγραφώτατος *fuit Chryſoſtomus*, inquit *Rivetus* lib. IV. Critici ſacri cap. 1.

(u) Vid. *Gennadius* de ſcript. eccl. cap. 38.

(x) Vid. *Hottingerus* Biblioth. quadrip. P. III. cap. 2. 235. De hoc *Ioſepho* differens *Wolfius* Bibl. Hebr. §. 970. p. 564. non meminit eius πολυγραφίας.

(xx) Hunc *Allatius* lib. de *Pſellis* §. 33. vocat *omnium* πολυγραφώτατον.

(y) Hunc *copia librorum ſcriptorum omnes mortales ſuperaſſe*, credit *Caſaubonus* in *Caſaubonianis* a *Wolfio* editis p. 25.

(z) Vid. *Trithemius* de ſcript. eccl. cap. 820.

(a) Polygraphos ſaeculi decimi ſeptimi recenſet *Wittenius* Praef. ad *Diar. biogr.* lit C. fol. 4. Idem ad a. 1669. d. 24. Octobr. memorat Anglum polygraphum. *Guil. Prynnium*, quem *alterum* vocat *Alphonſum Toſtatum.*

(b) Vid. *Miſcell. Lipſ.* T. X. p. 27. ſq.

(c) Vid. *Fiſcherus* in Vita eius pag. 368. et 374. ſeq. *Gerhardum* hunc ob librorum ipſius inſignem multitudinem *Adamantium* id eſt, *Origenem Germanicum* vocat *Calouius* in Praef. gener. praemiſſa *Bibliis illuſtratis.*

(d) *Acta erud.* Suppl. T. VII. pag. 104.

bi (*e*) *Gretseri*, *Abrahami* (*f*) *Bzouii*, *Alberti* (*g*) *Miraei*, *Barthol.* (*h*) *Keckermanni*, *Andreae* (*i*) *Tiraquelli*, *Caroli* (*k*) *Sorelii*, *Petri Gassendi*, *Balthasaris* (*l*) *Bonifacii*, *Christoph. Cellarii*, *Io. Henrici Maii*, *Gothofr. Arnoldi L. E.* (*m*) *Dupinii*, *Iacobi* (*n*) *Basnagii*, *Nic. Hier. Gundlingii*, *Io. Franc. Buddei*, *Io. Andr. Schmidii*, et qui primo loco nominandus erat, (*o*) Papae *Benedicti XIII.* Ex iis, qui supersunt, vel non ita pridem vita excesserunt, non debeo silentio praeterire *Io. Albr. Fabricium*, *Chri-*

(*e*) *Miraeus* de script. saeculi XVI. cap. 195.

(*f*) Ibidem cap. 161.

(*g*) Vid. ipse *Auctar. script. Eccl.* p. 108. sq. et p. 113.

(*h*) *Wittenii* Diar. biogr. a. 1609. d. 25. Iulii.

(*i*) *Sammarthanus* Elog. Gall. lib. I. cap. 29.

(*k*) Hic ipse edidit catalogum librorum suorum, annexum suae *Bibliotheque Francoise* p. 349. sqq.

(*l*) Hic permagnum editorum ab se librorum catalogum exhibet *Historiae iudicrae* lib. XX. cap. 15. praemissa hac praefatiuncula: *Hac nos quoque vbertate donati inter polygraphos merito numeramur. Atque vtinam tam bonos, quam multos, ingeniolum nostrum partus produxerit!*

(*m*) Vid. *Iournal literaire* T. I. p. 203. *Dupinii* πολυγραφίαν et nata hinc peccata plurima docte exagitat *Rich. Simonius* in *Critique de la Bibliotheque eccl. du M. Dupin.* Vid. inprimis T. I. p. 85. 86. 87. et 324.

(*n*) De quo vid. *Acta erud. Germ.* P. 130. p. 700.

(*o*) Eius catalogus librorum exstat in *Ioan. de Nicastro Pinacotheca Beneuentana*, Beneuenti 1720. excusa: itemque in Tomo II. *Echardi* de scriptoribus Dominicanis p. 815. sqq. sub nomine *Vincentii Mariae Orsini*, quod nomen tum gerebat adhuc Cardinalis.

Christoph. Matth. Pfaffium, Burc. Gotth. Struvium, Ioan. Marckium, Ioannem (*p*) *Clericum, Val. Ern. Loescherum, Io. Christoph.* et *Christianum Wolfios, Io. Petrum Ludouici* siue *de Ludewig, Ioach. Langium, Io. Laur. Moshemium, Io. Georgium Walchium, Sigm. Iac. Baumgartenium.* Adiungere etiam licebit polygraphas mulieres, *Scuderiam, Guioniam,* et *Burignoniam.*

XXVIII. Caeterum cum non solum peccent eorum permulti, qui nimium scribunt, verum etiam nil scripsisse aliquando sit in vitio, hanc arripio occasionem, quaedam differendi de (*q*) ἀγράφοις, vt sic loquar, eruditis. Ex veteris aeui philosophis *Pythagoras, Socrates,* et *Epictetus* solo ore docuerunt, rati, non magis prodesse humano generi, qui libros scribant bonae frugis, quam qui totos se dent erudiendae iuuentuti, atque ita plures faciant idoneos ad praecepta sapientiae tum viua voce, tum scribendis libris optimis propaganda. Inter agraphos recentiores *Franciscum Roaldesium,*

(*p*) Hic de sua ipsius polygraphia permodestum fert iudicium T. XVI Biblioth. anc. et mod. p. 423.

(*q*) De doctis *agraphis* non nihil reperies in *Mart. Hanckii* Orationibus a. 1673. editis p. 203. sqq. Et *Bierlingius* a. 1702 Rintelii emisit Disputationem *de causis, cur nonnulli eruditi nihil in lucem emiserint*: in qua tamen exempla agraphorum omisit. *Crenius* vero aliquot agraphos nominatim producit P. IV. Animaduers. philol. p. 228. sqq. Veteres Romanos doctissimos, qui nihil scripserunt, exhibet *Falsterus* in *Memoriarum obscurarum* Parte secunda.

fium, ICtum Gallum, laudat (*r*) *Sammarthanus*, qui tamen, cum idem de *Petro* (*s*) *Danesio* refert, erraſſe deprehenditur. Verius adiungit *Iacobum* (*t*) *Faium*, quem ideo ait a libris ſcribendis abſtinuiſſe, quod et vanae gloriae ſtudium fugiendum videretur, et ineptum ſit, poſt abſolutiſſimas tot veterum lucubrationes publicare libros nouos. Sed quam inepta ſit haec excuſatio, cum perſpicuum ſit, cumque ſolis iis ea placere queat, quos tenuitatis ſuae conſcientia tacere cogit, iis, qui ſcribere valent vtiliſſima lectuque digniſſima, illud *Ciceronis* (*u*) obiicio: *Communis vtilitatis derelictio eſt contra naturam*, hoc eſt, contra ius naturae. Ac, ne poëticum illud mihi quis occinat: *bene qui latuit, bene vixit*, ſententiam audiamus (*x*) *Senecae: Illi latere ſciunt, non viuere. Multum autem intereſt, vtrum vita tua otioſa ſit, an ignaua.* Iterum eum audiamus: *Viuit is, epiſt. LX.* inquientem: *qui ſe*

(*r*) Elog. lib. IV. cap. 1. Sic et *Thuanus* lib. 96. p. 313.

(*s*) Lib. I. cap. 9. vbi vid. annotatio mea. Idem teſtatur Thuanus lib. XLIII. p. 112.

(*t*) Lib. IV. cap. 3. n. 11.

(*u*) Lib. III. de Officiis cap. 6.

(*x*) Epiſt. 55. Audiamus et *Ambroſii* verba lib. I. Offic. cap. 3: *Si pro otioſo verbo reddemus rationem, videamus, ne reddamus et pro otioſo ſilentio.* Nec illud *Siracidae* praetermittamus cap. XX. 32: *Sapientia occulta* (Perbene *Lutherus: Ein weiſer Mann, der ſich nichts brauchen läſſet,*) *et theſaurus abditus, quae vtilitas in vtroque?*

se vtitur: qui vero latitant et torpent, sic in domo sunt, tanquam in conditiuo, hoc est, sepulcro. Concludatur eiusdem Sophi praeclaro (*y*) illo: *Eruditionem nec iactare debes, nec abscondere.*

XXIX. Sed redeo ad *Sammarthanum*, qui alium nobis ἄγραφον *lib. IV. cap. 13.* producit, *Claudium Puteanum*, quem eo magis dolendum est a scribendo abstinuisse, quod, si *Cuiacio* (*z*) fides, *vir* fuit *et disciplina omni instructissimus, et ingenio prudentiaque acutissimus.* Adiungo *Octauianum* (*a*) *Pantagathum*, quem eam ob causam, quod e doctrinae suae fonte vberrimo nihil profluere in publicum passus est, *Lipsius* (*b*) vocat *virum magnum, altum, et qui esse doctus eligeret, quam videri.* Adiungo item Lazarum *Bonamicum*, quem *nunquam adduci potuisse*, scribit *Imperialis* in *Museo* suo *historico, vt viuens aliquid sui typis excuderet*: cui propterea indignabundi acclamasse dicuntur amici: *Lazare, veni foras.* Refero huc

(*y*) Epist. 19.

(*z*) Obseruat. lib. XVII. cap. 20. Conf. *Klefeker*i Biblioth. praecocium p. 303. sq.

(*a*) De eo vid. Elogia *Teissierii*, et *Miraeus* de script. saeculi XVI. cap. 99. Huic *Pantagatho* cum accideri*t*, vt alii ipsius emendationes criticas publicarent sparsim obseruo, etiam *Gatakerum* lib. II. Cinni sui cap. 10. 11. et 12. duorum agraphorum, *Guil. Maii* et *Io. Leifeldii* doctas aliquot S. Scripturae locorum interpretationes ab interitu vindicasse suoque muniisse suffragio.

(*b*) Comment. in *Tacitum* p. 98.

huc etiam *Ioannem Gelidam*, de quo praeclarum exstat *Thuani* testimonium in libri XVII. exitu: et *Aemarum Ranconetum*, de quo idem lib. LXIII. p. 451. et lib. LXXIV. p. 96. De ἀγραφία *Magliabecchii* differit *Norisius* in Tomo XII. Operum *Augustini* p. 517. Nec omittendus *Fridericus Myconius*, qui hanc (*c*) afferebat suae ἀγραφίας excusationem: *Scio, multos voluisse, vt causam Christi et Lutheri etiam scribendo et libris ac commentariis adiuuarem. Sed videbam, ad quid maxime vocatus essem, vt essem vox clamans ad parandam viam Domini. Et videbam, Spiritum S. nunc dedisse scribam doctum, linguas eruditas et prorsus igneas: ita vt superbia esset, si ego vellem post Lutherum, Philippum, Brentium fieri aliquis coruus aut gracalus.* *Ludouicum* quoque *Tronchinum* huc refero, theologum Geneuensem, de quo ita (*d*) *Turretinus*: *Fuit, liceat dixisse, fuit vna eius virtus, quae publico commodo non parum noceret. Modestiam intelligo. Cum enim eximias lucubrationes magno cum literarum fructu potuisset emittere, tamen adeo modeste de se suisque sentiebat, vt nullum fere ingenii sui monumentum reliquerit.* Alium nuper eadem vrbs habuit agraphum doctissimum, *Ioannem*

(*c*) In epistola ad *Eberum* a. 1546. scripta, et nuper a *Io. Ge. Iunckero* edita post *Ant. Probi* de Myconio *Orationem* p. 82.

(*d*) Opusc. T. I. p. 277.

nem *Robertum Choüetum*: cuius vitam exhibet *Bibliotheque Italique* T. XII. p. 107. sqq. Digna item est, quae legatur, *Mart. Schenckii* (*e*) epistola, qua et suam ἀγραφίαν excusat et aliorum πολυγραφίαν reprehendit. Etiam *Mart. Ruarus*, qui tamen (*f*) *Sam. Naerani* ἀγραφίαν accusat, voluit esse (*g*) vnus ex agraphis. Quanqum is scripserat nonnulla, se mortuo edenda, quae vellem non periissent, (fuit enim vir insigni et iudicio et eruditione et eloquentia et modestia praeditus: vt dolendum sit, tot tantisque virtutibus coniunctam fuisse Socinianam haeresin:) si vere scripsit ipsius filius in praefatione ad *Epistolarum Centuriam secundam, ea ita comparata fuisse, vt nullius conscientiam sint turbatura, sed solummodo ad mores corrigendos pietatemque colendam incitatura.* Denique illud memoratu dignum videtur, quod *Adrianus* (*h*) *Cattenburgius*, cum in locum *Limborchii* fieret Professor theologiae, nullum adhuc librum ediderat, qui ex eo tempore praeclaris scriptis nobile consecutus nomen est.

XXX. Vltimo loco obseruo, tres esse classes doctorum hominum τῶν ἀγραφων. Alii

(*e*) In *Schelhornii* Amoen. lit. T. X. p. 1051. sqq.

(*f*) Epist. p. 311.

(*g*) Vid. eius Epist. p. 192. et 195. Conf. *Zeltneri* annot. p. 2.

(*h*) Vid. ipsius Bibliotheca scriptorum Remonstrantium p. 31. sq.

nec voluntatem habent scribendi nec facultatem: hique scriptores librorum, etiam eruditos, contemnere (*i*) solent, quasi otio suo abutentes et superuacaneis fungentes laboribus. Ipsorum vero silentium prudentiae fructus est: quippe, vt habet tritum illud, *dum tacent, philosophi* (*k*) *manent.* Alii et facultatem scribendi habent et voluntatem, sed (*l*) otio et aliis opportunitatibus destituuntur: quos quidem nemo reos egerit peccati, modo vera sit haec excusatio. Denique aliis et facultas et otium suppetit ad scribendum, qui tamen siue ignauia, siue timore quodam (*m*) auocantur ab augendis hac ratione reipublicae literatae commodis. Hos ego cum peccare non dubitem, tamen

(*i*) Notat hoc agraphorum vitium *Frid. Spanhemius* in Praef. ad Dub. Euang. P. II. p. 2. Scilicet facilius est, orbi literato reddere *Zoilos*, quam *Homeros*.

(*k*) Id est, eruditi habentur a vulgo: cum contra alii illud *Alexandri* laudent apud *Curtium* IV. 14. 3: *Ob id ipsum, quod ignoti, ignobiles sunt. Nunquam ignorantur viri fortes.*

(*l*) Vid. *Poecile* mea T. I. lib. 4. p. 540. sq. Caeterum hi pulchre fecerint, si suas meditationes, quibus nouas veritates eruerunt, breuiter literis mandent, ac tum publicent. Tantulum enim otii nemini deest. Ac talia publicandi occasionem praebuerunt editores *Bibliothecae Bremensis*, *Miscellaneorum Lipsiensium*, ac similium syllogarum.

(*m*) Has duas ἀγραφίας causas iam olim protulit *Plinius* lib. VII. epist. 25. *O quantum eruditorum*, inquit, *aut modestia ipsorum aut quies operit et subtrahit famae!* Acutius vero de talibus iudicat *Horatius* lib. II. sat. 3. v. 13: *Inuidiam placare parant virtute relicta.*

tamen facile assenserim, si quis, peccatum tantummodo veniale ab iis peccari in tanto scriptorum bonorum prouentu, contendere voluerit. Nec multum oratores agraphos peccare existimo, *qui*, vt ait (*n*) Cicero, *putant, maiorem visum iri suam dicendi gloriam, si in existimantium arbitrium scripta sua non venerint.*

XXXI. *Epistolographi* quoque singularem constituunt auctorum classem, agitque de iis *Morhofius* (*o*) duobus in capitibus. Addatur *Buddei* Dissertatio *de aucta insigniter per recentissimas quasdam epistolarum collectiones re literaria.* Multum sane prodest epistolarum lectio in historia cum (*p*) literaria, tum et

(*n*) In *Bruto* cap. 24. Talis agraphus erat *Ge. Goezius*, Superintendens Ienensis, qui nullam suarum concionum, quas tamen audientes admirabantur et magnifice praedicabant, edi passus est.

(*o*) Polyhist. lib. I, cap. 23. et 24.

(*p*) Adeo vtilis est lectio epistolarum in historia literaria, vt aperte fatear, me ex *Epistolis* illis *obscurorum virorum* multa didicisse historiam illam vel illustrantia vel locupletantia. Aliquando etiam e *Sidonii Apollinaris epistolis* cognoui statum rei literariae, qui fuit saeculo quinto in Gallia, simulque nomina virorum ingenio excellentium, qui illo temporis tractu magna doctrinae laude inter Gallos floruerunt. Quam notitiam exhibui in singulari Dissertatione, *Primitiis* meis *Academicis* inserta p. 156. sq. Lege praeclare de vsu epistolarum in historia literaria differentem *Meibomium* in Additamentis ad *Vogleri* Introductionem in notitiam librorum

reliqua. *Historia epistolaris omnium certissima est*, inquiebat Alexander VII. P.M. ad *Ioannem Bonam*: cuius epistola, in qua id refert, reperitur in *Acheriano* (*q*) *Spicilegio*. Scilicet epistolae sunt colloquia familiaria, in quibus multa proferuntur, quae vel non sustinemus (*) narrare publice, vel libris inserendi vix vllam habemus occasionem: vt adeo epistolis eruditorum contineatur *historia literaria anecdota*. Vere *Lipsius* in Praefatione ad librum I. *epistolarum miscellarum*: *Detegimur*, inquit, *in epistolis, et subiicimur oculis paene nudi. Nosse me aut alium vis? Epistolas lege, quae depingunt. Ingenii mei, affectus, iudicii, imo et vitae, non vana imago istic. Alibi fucus et simulatio habitat: hic candor, hic veritas, et nonnisi natiuus ille color.* Consequitur hinc, plura arcana literaria in illis reperiri epistolis, quas scriptor sperat ab vno tantum lectum iri, quam in iis, quas auctores ipsi publicant.

rum p. 150-160. et *Hottingerum* Biblioth. quadrip. P.I. cap. 6. p. 108. sq. qui ibidem consilium dat p. 110. de instituenda Societate epistolica: quod etiam *Tenzelio* venit in mentem *Biblioth curiosae* a. 1704. p. 200. sq.

(*q*) Tomo I. (in folio) p. 583.

(*) *Chamierum*, *Bochartum*, et *Molinaeum* pro fabula habuisse vulgarem traditionem de Ioanna Papissa, non ex eorum libris cognoscimus, sed ex epistolis priuatim ad familiares scriptis, postque eorum ex hac vita excessum demum publicatis. Vid. mea Diss. *de Ioanna Papissa* §. VI. Etiam in *Speneri Consiliis theologicis*, tum Latinis tum Germanicis, multa minus libere scripta fuissent, si publice ea exhibuisset, non priuatim perscripsisset ad amicos.

blicant. Vnde epistolae, quae post mortem demum scribentium eduntur, sunt habendae pro testibus et fidelioribus et loquacioribus. Caeterum inter epistolas historiam literariam (α) illustrantes praecipuae sunt epistolae *Erasmi*, *Melanchthonis*, *Mureti*, *Eobani Hessi*, *Petrarchae*, *Boxhornii*, *Rolandi*, *Maresii*, *Grotii*, *Vossii*, *Scaligeri*, *Casauboni*, *Lipsi*, *Salmasii*, *Sarrauii*, *Reinesii*, *Patini*, *Richteri*, *Baelii*, *Rich. Simonii*. Maiorem quoque in modum iure laudatur *Burmanniana epistolarum literariarum sylloge*, quae in quinque maioris formae voluminibus Leidae publicata fuit a. 1727.

XXXII. Ne vero tot ineptiis, totque invtilibus lectori rebus, quibus scatere solent epistolae familiares, oneretur orbis literatus, sed labor legentium compendifiat, sapienter excogitatum fuit a quibusdam, vt ex epistolis literatorum nondum editis excerpantur et edantur duntaxat, quae cognouisse iuuat lectores, et quibus partim amplificatur, partim emenda-

(α) *Basilii* M. epistolae quam multum illustrent historiam saeculi quarti ecclesiasticam, his verbis docet *Dupinius* Biblioth. eccl. T. II. p. 268. *In huius epistolis conspicitur tota historia, illius aetatis ad viuum depicta, varii ingeniorum characteres, singularum partium rationes oppositae, causae, propter quas agerent, et quibus artibus res suas ad optatum finem adducerent. Ibi status Ecclesiarum Orientalis et Occidentalis viuidis et natiuis coloribus adumbratus est.* Et quam vtiles sunt Epistolae Theologorum saeculi XVI. a *Fechtio* editae grandi volumine! *Epistolae* item *Remonstrantium!*

tur historia literaria. Hoc modo *Tenzelius* (r) excerpta ex *Mutiani Rufi* epistolis protulit in primo *Historiae Gothanae* Supplemento, eiusque secutus est vestigia *Struuius* in *Actis literariis*, *Ritmeierus* in *Conringianis epistolicis*, Editor *Nouae collectionis librorum rariorum* fascic. III. p. 548. sqq. Ipse quoque talia excerpta epistolica edidi tum in laudatis *Struuii Actis literariis* fascic. VIII. p. 30. sqq. et p. 67. sqq. tum in *Poecile* mea, quam pluribus locis ornarunt eiusmodi excerpta, liberaliter mihi magna epistolarum MSS. volumina suppeditante illustri illo *Vffenbachio*.

XXXIII. Proxime se applicant merito epistolis his literariis *Itinera literaria*, quorum auctores ea diligenter describunt, quae suis ipsimet oculis deprehenderunt, ad literariam historiam pertinentia. Primo est hic loco memorandus *Baudeloti Dairualii* liber Gallicus, iterum a. 1693. editus Lutetiae, *de vtilitatibus itinerum literariis:* cuius argumenti et sunt tres lectu dignissimae *Orationes*; *Io. Fabricii de vtilitate, quam Theologiae studiosus ex itinere Italico capere potest*, Altdorfii 1678; *Andr. Ad. Hochstetteri de vtilitate peregrinationis Anglicanae*, Tubingae 1697; et *Bernh. Raupachii de vtilitate peregrinationis Danicae*, cum accessione multarum annotationum iterum edita Hamburgi 1717. Ipsorum vero huius generis Itinerariorum haec sunt potiora. *Nic. Clenardi Epistolarum* (in itinere scriptarum)

(r) Vid. ipse *Biblioth. cur.* a. 1704. p. 202.

rum) *libri* (*s*) *duo*, Mabillonii *Iter Germanicum*, Montefalconii *Diarium Italicum*, Benthemii *Iter Hollandicum literarium*, eiusdem *Iter Anglicum*, Burneti *Iter per Heluetiam et Italiam*, Iac. Sponii et Ge. Wheleri *Itinerarium*, Iac. Tollii *Epistolae itinerariae*, Maxim. Missonii *Iter Italicum*, Francisci et Andreae Schottorum *Itinerarium* (*t*) *Italiae*, Turnefortii *Iter in orientem Regis sui iussu* (*u*) *susceptum*, Martenii ac Durandi, Congregationis S. Mauri monachorum, *Itineraria* (*x*) *literaria*, Iodoci Sinceri (quo sub nomine latere placuit *Iusto* (*y*) *Zinzerlingio*,) *Itinerarium Galliae*, Argentor. 1617; Gottfr. Hegenitii *Itinerarium Frisio-Hollandicum* et Abr. Ortelii *Gallo-Brabanticum*, Lugd. B. 1630; Abr. Goelnitzii *Vlysses Belgico-Gallicus*, ibidem editus a. 1631. Adiungo Theophili Dassiliandri *Commentarium itinerarium*, et Io. Raii *Iter per Germaniam*, *Italiam et Galliam*: quorum priore doctos Italiae viros eorumque opera laudari; posteriore, quicquid ad viros doctos, rem literariam, et scripta

(*s*) *Rariores* esse has Epistolas, obseruat *Morhofius* lib. II. Polyhist. liter. cap. 10. §. 35. Idem monetur in *Bibliotheca Reimmanniana* p. 944. vbi et accurata exhibetur earum recensio. Meis in manibus est editio nitida Wecheliana anni 1606.

(*t*) Huius optima et locupletissima est editio Amstelodamensis anni 1655.

(*u*) Recensetur in *Actis erud.* 1719. p. 195. sqq.

(*x*) Vid. *Acta erudit.* 1718. p. 488. et a. 1725. p. 54.

(*y*) Refert id *Ge. Richterus* Epist. p. 90.

doctorum, pertinet, diligentissime describi, testis est (z) *Morhofius*. Hagae etiam 1735. prodiit (*Caroli Stephani Iordani*) *Voyage litteraire, fait a. 1733. en France, en Angleterre, et en Hollande*, recensetur que in *Bibliotheque raisonnée* T. XV. p. 307. sqq. Denique addo, auctorem *Bibliothecae curiosae*, quae Trevoltii A. 1704. prodiit, tomi secundi quarto in capite admodum venustam exhibere ideam suscipiendae per Italiam peregrinationis literariae *pag. 48-78*. Prodiit item non ita pridem perelegans *Keysleri* Itinerarium, et *Ge. Wilh. Alberti* Briefe von dem allerneuesten Zustande der Religion und der Wissenschaften in Groß-Britannien.

XXXIV. Sequitur, vt et eorum laudem institutum, qui ad augendam scientiam humanam in omni literarum genere breues quidem illas, sed rarioris argumenti accurateque elaboratas dissertationes (a) coniuncte emiserunt, partimque adhuc emittunt, ea scilicet exponentes, de quibus vel nemo dum scripsit, vel nemo satis erudite scripsit. Horum alii in societatem coierunt, compositasque a sociis lucubrationes per vices ediderunt: alii suas solorum meditationes eodem modo exposuerunt et luci et censurae publicae. Ad societates illas literarias

(z) Polyhist. lit. lib I. cap. 21. §. 3.

(a) Addo eiusmodi singulares obseruationes subinde etiam occurrere in *Actis eruditorum*, in Rengeriana *Nova Bibliotheca*, in Italico *Diario literario*, in *Diario Loescheriano theologico*.

rarias quod attinet, nasci coepit a. 1700. sylloge *Obseruationum* (*) *selectarum* Latinarum Halensis, a. 1704. *Obseruationes selectae* Germanicae, a. 1712. *Histoire Critique de la republique des lettres*, a. 1716. *Miscellanea Lipsiensia*, a. 1717. *Parerga Academica* Ienensia et *Societatis colligentium Wittebergensis Apparatus literarius*, et *Memoires de literature de l' Academie Royale des Inscriptions et des belles lettres*, a. 1718. *Bibliotheca nouissima Obseruationum* Halensis, et *Bibliotheca Bremensis*, a. 1725. *Amoenitates literariae Schelhornianae*, et *Analecta literaria Societatis caritatis*, et *Bibliotheca Lubecensis*, a. 1727. *Meletemata Thorunensia*, et *Sylloge Beyschlagiana* a. 1728. *Museum Bremense*, a. 1733. *Miscellanea Duisburgensia*, a. 1734. Hessisches Heb-Opfer, et (collectore *Io. Christoph. Colero*) Nützliche Anmerkungen, quam collectionem postea continuauit *Wilh. Ern. Bartholomaei*, a. 1735. *Tempe Heluetica*, a. 1736. *Parerga Gottingensia* et *Miscellanea Groningana*, a. 1738. Die Dänische Bibliothek, a. 1740. Ober-Laußnitzische Beyträge zur Gelahrheit, a. 1742. *Noua Miscellanea Lipsiensia*, a. 1743. Hamburgische vermischte Bibliothek, a. 1744. *Symbolae literariae*, a. 1746. *Museum Helueticum*, a. 1751. Brem- und Verdisches Heb-Opfer. Nec omittendae, quae a. 1732. prodire coeperunt Amstelodami, *Miscellaneae obseruationes criti-*

(*) Auctores harum *Obseruationum* ἀνωνύμως indicaui singulos in *Nouorum Miscellaneorum Lipsiensium* Tomo primo p. 292. sqq. et Tomo secundo p. 730.

criticae; quibus a. 1740. succesſerunt *Miſcellaneae obſeruationes criticae nouae.*

XXXV. Ex altero ordine harum ſyllogarum a. 1697. edere coepit *Thomas Crenius Animaduerſiones philologicas et hiſtoricas*, 1699. *Io. Clericus* ſua *Parrhaſiana*, a. 1704. anonymus (*b*) *Bibliothecam curioſam* Treuoltienſem, a. 1706. *Nic. Hier. Gundlingius Otia*, a. 1707. idem *Obſeruationes ſelectas*, (quarum tamen primus duntaxat tomus exiit,) a. 1707. *Clericus Syluas philologicas*, a. 1713. *Theodorus Cruſius Amoenitates literarias*, (Vergnügung müßiger Stunden) a. 1715. *Gundlingius Gundlingiana*, et *Sallengrius Memoires des litterature*, et *Mich. Lilienthalius Selecta hiſtorica et literaria*, a. 1719. *Henr. Scharbauius Parerga ſacra*, a. 1722. ipſe *Poecilen* meam, a. 1723. *Petrus Zornius Opuſcula ſacra*, a. 1724. *Io. Mich. Weinrichius Obſervationes hiſtoricas et theologicas*, a. 1725. *Io. Chriſtoph. Colerus Anthologiam*, et *Ioan. Gottfr. Lakemacherus Obſeruationes philologicas*, a. 1727. *Io. Frid. Chriſtius Noctes Academicas*, et *Io. Chriſtoph. Kruſickius Vindemias literarias.*

XXXVI. Viris doctrinae fama conſpicuis, ad quorum notitiam adhuc viam monſtraui, adiungo auctores (*c*) feminini generis, (*auctrices*

(*b*) Vid. *Acta erud.* Supplem T. V. p. 184.

(*c*) Ne quis forte me barbariſmi reum agat, *auctoris* vox generis vtriusque eſt. Apud *Virgilium* Aen. XII. 159.

ces vocat *Tertullianus*,) de quibus *Owenus* (*d*) veriſſimum fert iudicium his verbis:

Muſae ſunt generis muliebris, Apollo virilis:
Vnus enim Muſis praeſtat Apollo nouem.

Plures exſtant libri de doctis mulieribus, *Menagii*, *Lehmii*, *Gottfr. Olearii*, *Paſchii*, *Sculteti*, *Paulini*, *Iunkeri*, *Eberti*, *Meuſchenii*, *Omeiſii*, *Iac. Thomaſii*. Adde mea *Acta* (*) *Philoſopharum*, et *Cynaeceum haeretico-fanaticum Feuſtkingii*, et *Rolandi Mareſii* epiſtolam 52. libri ſecundi. Nomina doctarum Italiae mulierum inde a ſaeculo XV. vsque ad hanc noſtram aetatem proferuntur in *Bibliotheque Italique* T. II. p. 40. ſqq. Galliae doctarum mulierum catalogus exhibetur in F. D. C. libro Gallico *de virtutibus mulierum*, Hagae 1733. edito, p. 280-317. De fauſto imperio reginarum eruditarum duo programmata exſtant *I. H. Stuſſii*.

XXXVII.

159. *auctor audendi* eſt Iuno. *Ouidio* Sappho vocatur *auctor* Epiſt. Heroid. v. 3. et Liuia lib. I. de art. am. v. 72. et Medea Metam. VII. 137; *Liuio* Theoxena XL. 4. Rurſus *Ouidius* in epiſtola Hypermenſtrae v. 110. *ſenectutem* vocat *auctorem*. *Macrobius* lib. I. Somn. Scip. cap. XI. lunam vocat *mortalium corporum et auctorem et conditricem*. Atque *Auguſtinus* in *Grammatica* ſua p. m. 235. dicere nos iubet *hic et haec auctor, hi et hae auctores*. Hac occaſione et obſeruo, Agrippinam, Neronis matrem, vocari *conditorem Coloniae Vbiorum* a Tacito Germ. cap. 28. et *Virgilium* Aen. X. 67 *fata* dixiſſe *auctores*. Vid. et *Ouidii* Faſt. V. 192. et 249. ac VI. 709.

(*d*) Lib. I. epigr. 60.

(*) In *Actis philoſophorum* T. II. p. 825-875.

XXXVII. Dignae sunt celebriores Musarum cultrices, quarum hic producantur nomina. E prisco igitur aeuo memorari merentur (e) *Theano*, *Sappho*, *Cleopatra*, *Arete*, *Leontium*, *Sulpicia*, *Zenobia*; ex medio *Proba Falconia*, *Hypatia*, *Eudocia*, Theodosii II. Imp. vxor, altera *Eudocia*, Constantini Ducae Imp. (f) vxor, *Heloissa*, *Roswita*, *Anna* (*) *Comnena*; ex nouo, quod vocamus, aeuo *Olympia Fuluia Morata*, *Argula* (g) *Stauffia*, *Aloysia Sigaea*, *Rupeae*, mater (h) et filia, *Elisabetha Ioanna Westonia*, *Cassandra Fidelis*, *Estobia*, *Maria Iarsia Gornacensis*, *Lucretia Marinella*, *Maria Sibylla Meriana*, *Helena Cornara*, *Hulieriae*, *Schurmannia*, *Magdalena Scuderia*, *Murouia Guionia*, *Io. Eleonora Petersenia*, *Antonia Burignonia*, *Anna*

(e) Hanc etiam viris omnibus priorem scripsisse historiam aliquam philosophicam, obseruaui in *Actis Philos.* T. I. p. 178.

(f) De hac vid. *Montefalconius* Palaeogr. lib. I. cap. 9. pag. 109. et lib. IV. cap. 5.

(*) Alexii, patris sui, res gestas descripsit sub titulo *Alexiadis*. Mirus error *Ioannis Mitraelii*, in Praef. ad suum Syntagma historiarum ita scribentis: *Annas Alexias, historicus, res ab Alexio patre Imperatore gestas libris XX. edisseruit.*

(g) Vid. de ea *Seckendorfius* in Indice Hist. Luth. et in Supplem. Indicis §. 74. et *Saligius* Hist. Aug. Conf. I. II. cap. 6. §. 7. Vitam eius a *Io. Dauide Schrebero* descriptam inseruit *Colerus* Supplemento Bibliothecae suae Theologicae p. 975. sqq.

(h) *Sammarthanus* Elog. lib. III. cap. 24.

na Daceria, *Sophia Elisabetha* (α) *Brenneria*, *Christiana Mariana* (**) *Ziegleria*. Adiungimus extra ordinem, quippe summo laudandas loco, tres Reginas, *Elisabetham* (*i*) Angliae, *Margaritam* (*k*) *Valesiam* Nauarrae, et *Christinam* Sueciae: quae certe quidem non honoris gratia ob qualemcunque literarum gustum, sed ob singularem eruditionem, maximo merito relatae sunt in numerum mulierum literatarum. Nostra aetas accepit *Mariam Ioannam* (*a*) *Heritieriam*, *Sidoniam Hedwigem* (*b*) *Zeunemanniam*, *Elisabetham* (*c*) *Rowiam*, *Lauram Mariam Catharinam* (*d*) *Bassiam*, *Cleliam*

(α) Huius Vita exponitur in *Nouellis literariis* Kohlianis anni 1734. p. 818. sqq.

(**) De hac vid. *Koeleri Müntz-Belustigung*. T. IX. p. 137. sqq.

(*i*) De miris huius reginae in literis profectibus legi meretur *Vita Rogerii Aschami*, quo ea magistro fuit vsa. Digna quoque, quae hoc loco laudetur, est infelix illa Anglorum regina, *Iana Graia*, cuius de amore erga literas quod relatum legitur in *Memoires liter. de la Gr. Bretagne* T. XVI. p. 518. sq. aeterna dignum est memoria.

(*k*) Vid Elogia *Sammarthani* lib. I. cap. 17. et *Teisserii* Elogia T. I. p. 38. sqq.

(*a*) Huius a. 1734. exstinctae vita exponitur in *Iournal des Scavans* T. 105. p. 291-303.

(*b*) Vid. *Kohlii* Noua literaria 1735. p. 795. sqq. et *Götting. Gel. Zeit.* 1741. p. 78. sq.

(*c*) Vid. *Bibliotheque Britannique* T. XIII. p. 29. sqq.

(*d*) Vid. *Acta erud.* 1732. p. 341. sqq. et *Koeleri Müntz-Belust.* T. IX. p. 64. sqq.

liam Grillam(e) Borromaeam, Gabrieliam Aemiliam (f) Chastalletiam, Ioannam (g) Stephaniam, Ludouicam Adelgundam Victoriam (h) Gotschediam, Traugott Christianam Dorotheam (i) Loeberiam Annam Margaritam (k) Pfefferiam, Magdalenam Sibyllam (l) Riegeriam, Dorotheam Christianam (m) Leporinam, Claram Foeijanam (a) Sytzama, Helenam (b) Lusignaniam, Mariam Caietanam (c) Agnesiam, Catharinam (d) Cockburniam.

XXXVIII. Haud alienum fuerit, tribus veluti verbis attingere malae notae auctores, inter quos praecipui sunt *plagiarii* ac *docti impostores*: quorum illi aliena vindicant sibi, hi sua venditant pro alienis. Scilicet etiam literarium coelum suos habet soles, lunas, stellas, et planetas. *Planetarum* nomen merentur docti impostores, vel potius *planorum*. *Soles* et

(e) Vid. *Keysleri Reise* T. I. p. 374. et *Göiting. Gel. Zeit.* 1741. p. 187. sq.
(f) Vid. *Bibl. rais.* T. XXVII. p. 433. sqq.
(g) Vid. *Göttingis. Gel. Zeit.* 1741. p. 687. sq.
(h) Vita eius in *Bruckeri* Pinacothecae prima Decade.
(i) *Göttingis. Gel. Zeit.* 1742. p. 16. et 279.
(k) *Kohlii* Noua liter. 1739. p. 695. et 720.
(l) *Göttingis. Gel. Zeit.* 1743. p. 400. 411. 607.
(m) Vid. *Leipz. Gel. Zeit* 1744. p. 343.
(a) Poëtriae huius Batauae *Poëmata* prodierunt 1746
(b) Viuere desiit Genuae 1748.
(c) Vid. *Acta eruditorum* 1750. p. 606.
(d) De huius Anglae philosophicis scriptis vid. *Iourn. Brit.* 1751. Mense Maio p. 107. et Octobri p. 187. sqq.

et *ſtellae* ſunt, qui ſuapte luce radiant, ac proprii ingenii face illuſtrant orbem literatum. *Lunae* denique *literariae* appellari poſſunt, qui nil propriae lucis habentes, aliena exſplendeſcunt, et aeque, vt naturalis illa luna, longe magis videntur, quam ſunt, lumina mundi. Hos vocare ſolemus *plagiarios*, quos tamen aequum eſt diſtinguere in *craſſos* et *ſubtiliores*, hoc eſt, cautius peccantes. Poſterioris generis ſunt, qui e plurium libris congerunt, quicquid ſcribunt, *deſcriptores* verius, quam *ſcriptores*: qualium ſcriptorum plenam eſſe noſtram Germaniam, teſtis eſt (vtinam falſus!) ſub *Monzambani* perſona *Pufendorfius* in Praefatione. Hi graculo illi Aeſopio ſimiles, quam nudi et ridiculi euaſuri ſunt, ſi pauo ſuas quisque pennas repetierit!

XXXIX. Sed hos quidem dimittamus, et ad alteros veniamus, qui totos aliorum libros inuerſis veſtigiis Caci inſtar Virgiliani faciunt ſuos. Hos inter famoſiores ſunt *Georgius Beckerus*, editor *Oratoris extemporanei*: *Petrus* (α) *Galatinus* in *Arcanis catholicae veritatis*; *Macrobius*; (*l*) *Laurentius a Villauincentio*; *Buze-*

(α) De hoc vid. *Hottingerus* T. V. Hiſt. eccl. p. 98. ſqq. et *Ioſ. Scaliger* in Epiſt. p. 357. edit. 1612.

(*l*) Hunc *perfrictae frontis plagiarium* appellat *Dupinius* in *Methodo* ſua *ſtudii theologici*. Conf. *Buddei* Iſagoge hiſt. theol. p. 13. et 14. Sed cauſam dicit pro illo *Laurentio Andr. Sam. Geſnerus* in *Sylloge Beyſchlagiana* p. 762. ſq. manifeſtum faciens, eum tantum

Ouzelius (*) in notis ad *Minucium Felicem*, *Isidorus Clarius* (**) in annotationibus ad *Scripturam sacram*. Incidi ipse aliquando in eiusmodi raptorem, cum Dissertationem illam elaborabam, qua erroris conuici eos, qui credunt Friderici Imp. collo pedem imposuisse Pontificem. Scilicet offerebatur mihi eodem de argumento Dissertatio *M. Io. Danielis* (α) *Artopaei*, Lipsiae 1673. edita, quam et adducit *Casp. Sagittarius Introd. ad Hist. eccl.* cap. XXIV. §. 39. p. 631. et ex hoc *Struuius Bibl. hist.* cap. VII. §. 14. p. 158. Quam quidem Disputationem perlegenti mihi statim apparuit, eius auctorem turpissimum commisisse plagium. Descripserat enim eam, vix verbis interdum, sed leuiter, mutatis aut transpositis,

videri voluisse collectorem et simul emendatorem horum librorum, ac laudabili dolo, vt scilicet legerentur a suae sectae hominibus, eorum auctoris haeretici nomen subtraxisse. Hoc eodem modo excusare possumus *Isidorum Clarium*, perpetuum exscriptorem *Seb. Munsteri* in suis ad V.T. annotatis: itemque Parisiensem illum typographum, qui *Basnagii Historiam Iudaeorum* recudebat praescripto *Dupinii* nomine. Simili dolo vtuntur typographi Protestantes, cum librum aliquem facere volunt etiam Pontificiis vendibilem. Tum enim titulo inscribunt, Coloniae eum excusum esse vel Antuerpiae.

(*) Huius furta studiosissime indicauit, at nimis lasciue exagitauit *Iac. Gronouius* in sua editione *Minucii Felicis*.

(**) De hoc vid. *Fabricii* Centuria plagiariorum cap. XIV.

(α) De hoc vid. *Gebaueri* Historia collegii anthologici Lipsiensis p. 75.

positis, ex *Io. Gerhardi Confessione Catholica*, vbi in Praefatione eademque Dedicatione, libri secundi parti primae praefixa, p. 336.337.338. et 339. editionis nouissimae tota illa Dissertatio reperitur. *Artopaeus* autem ille ne prooemium quidem de suo adiecerat, sed et hic *Gerhardi* compilarat scrinia: id quod cuiuis ex collatione manifestum potest reddi. Quo vero magis illa fraus lateret, ne semel quidem fecit mentionem nominis *Gerhardini*. Illud nimiae est impudentiae et plane inexcusabilis, quod in fine suae Dissertationis *DEO gratias agit pro concessis* (ad furandum scilicet) *viribus*. Memoratu etiam dignus est *Donatus Acciaiolus*, qui vitam Caroli M. ab *Eginhardo* compositam edidit pro suo ipsius opere; itemque *Frid. Gladouius*, de cuius plagio cum turpi ignorantia coniuncto exstat singularis liber *Herbstii* anno 1718. editus; et, qui anno 1724. illustrem occupauit inter plagiarios (*m*) locum,

(*m*) Vid. *Acta erud.* Suppl. T. IX. p. 316. De *Giphanio* queritur *Lambinus* in praefatione tertiae editionis *Lucretii*, eum esse impudentissimum suum plagiarium, ac tantum non omnia, quae in sua editione habeat bona, e Lambiniana exscripsisse. Commemorat etiam, doctos aliquot viros hoc nomine satyras mordacissimas composuisse in *Giphanium*. *Andr. Schottus* quam turpis plagiarius sit in *Adagialibus sacris*, non ita pridem demonstrauit *Car. Henr. Langius* in *Hamb. Vermischter Bibl.* T. I p. 253. sqq. Ac iamdudum id obseruarat *Dorscheus* in Praef. ad *Semestre* suum *Rectorale Rostochiense*. *Beza* profiteri non dubitat, *Glassium* plerumque suam versionem secutum

Maximilianus Wietrowskius. Recentissimos tres plagiarios qui nosse gestit, inspiciat das Hessische Heb-Opfer, T. III. p. 734. sqq. et *Acta eruditorum* in Nouis Supplementis T. V. p. 487. sqq. et *Kohlii* Noua literaria anni 1743. p. 729. sqq. Est vero honorificum auctoribus, eos edidisse ingenii foetus, quorum alii haberi cupiant patres, gloriae studio ducti. Quare voluptati mihi fuit, cum et meas nonnullas meditationes alii viri docti pro suis venditare ausi sunt. Duos eorum indicaui in *Poeciles* meae Tomo II. p. 258. et Tomo III. p. 123.

XL. Vnum tamen habeo plagiarium, cui nolim atram notam inurere, *Cyprianum*, martyrem sanctissimum. Is paene totum suum *de idolorum vanitate* libellum hausit e fonte *Minucii Felicis*: verum ea re non sibi gloriam, sed lectoribus suis vtilitatem afferre studuit. Cum enim *Minucii* nec nomen nec libellum cognitum haberet ecclesia Africae, obscurique hominis scriptum attentos lectores cupidosque librarios non videretur nacturum, non sibi religioni duxit martyr, ex eo decerpere, quae illa tempestate ciuibus suis cognitu necessaria iudicabat, et sua iam facta singulari con-

clu-

tum esse, ac nonnulla ipsissimis suis verbis descripsisse. Etiam *Benedictus Iustinianus*, Iesuita, idemque Cancellarius Academiae Duacensis, in *Explanationibus* suis *Epistolarum Pauli* ferme semper retinet versionem *Bezae*, non raro etiam eiusdem interpretationem: quem tamen, quia haereticus est, non nominat.

cludere libello. Sanctus igitur viri scopus eius operam discernit ab eorum plagio literario, qui solam sui nominis gloriam habentes propositam, alienas laudes impudenter in se transfundunt. Scilicet aegrotis mentibus mederi cupiens vir (*) sanctus, sufficere putabat, si iis optimum propinaret medicamentum, licet non aperiret iisdem, quo in prato natae sint herbae suae, quoue in pharmacopolio praeparatae. Audiamus, quaeso, quae eodem de argumento *Io. Fellus* differit, Oxoniensis episcopus, etsi excusatio eius ioco videtur proprior. *Non est dissimulandum*, inquit in prima suarum ad istum libellum annotationum, *plurima e Minucio ad verbum huc esse traducta. Sed primis Christianis cor erat vnum et anima vna, et nemo eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, quemadmodum dicitur Actor. IV. 32. Adeo nulla de plagio actio esse potuit* (n). Alia ratione liberari sanctus vir potest a crimine plagii. Scilicet caret hic eius liber praefatione. Quam facile credi potest, eam periisse,

(*) Eodem modo facile excusatur plagium *Ioannis Arndii* e *Val. Weigelii* libro *de oratione* aliquot capita inserentis suo *Christianismo vero*. Cognitum enim tam exosi auctoris nomen bonam illam tractationem vtilitate sua erat priuaturum.

(n) Eodem paene modo *Augustinus* lib. IV. de doctr. Christ. cap. 29. causam agit minus doctorum sacerdotum, iubens eos aliorum conciones memoriae mandare ac dein e cathedra ecclesiastica recitare. Eodem modo *Lutheri* conciones vsurpari iussit *Vitus Dietericus* in *Bibliotheca Reimmanniana* p. 441.

in eaque docuisse ipsum, se non proprium exhibere libellum, sed libri Minuciani epitomen! Scriptores denique *de plagio literario* (*o*) sunt *Iac. Thomasius*, *Almelouenius*, *Fabricius*, *Abercrombius*, *Crenius*, et, qui de hoc hominum genere philosophatur, *Io. Conr. Schwarzius*. Nuper quoque duas plagiariorum decades summa diligentia compositas edidit *Frid. Otto Menckenius* in Nouorum Miscellaneorum Lipsiensium Tomo primo p. 86. sqq. Catalogum item plagiariorum alphabeticum nuper *Symbolis literariis* Bremae editis inseruit *Christianus Ludouicus Schlichterus* T.I.P. I.p. 43. sqq. et P. II. p. 64. sqq.

XLI. Caeterum quam excusationem debemus literario *Cypriani* plagio, eadem digni mihi (*oo*) videntur ii studiosae iuuentutis doctores, qui non suae eruditionis specimen edituri, sed solo discipulorum suorum vtilitati serviturі, collectas ex pluribus scriptoribus theses et obseruationes iis proponunt. Ita *Thomasius* in *Iurisprudentia* sua *diuina* permulta ad verbum descripsit ex *Pufendorfii Officio hominis et ciuis:* idemque in primo *Philosophiae* suae *aulicae* capite (*p*) secutus est κατὰ πόδα Geor-

(*o*) Vid. *Struuii* Introd. cap. VIII. §. 20. et *Noua Misc. Lipsi.* T. I. p. 87-93.

(*oo*) Eadem vero dignus mihi non videtur *Ignatius Loiola*, Diuus ille canonicus, de cuius plagio manifesto vid. *Saligii* Hist. Aug. Conf. lib. V. cap. 3. p. 77.

(*p*) Hoc ipsum iam commemoraui ac simul vitio care-

re

Georgii Hornii vestigia. Pari iure defendetur *Buddeus*, qui *Institutiones* suas *philosophiae eclecticae* ex aliis composuit bonae notae libris, hoc ipso praestans se *eclecticum*, hoc est, hinc illinc optima quaeque instar apis colligentem. Ac ipse in Praefatione ad primum earum tomum rectissime: *Vbi*, inquit, *aliquid ab aliis, quod cum veritate consentiat, dictum inueni, id assumere eclectico more non dubitaui: nomina autem illorum indicare, instituti ratio et conditio elementorum non permisit.* Rursus in secundi tomi Prooemio; *Praestantissimos secutus sum (q) auctores, quorum vbique indicare nomina superuacaneum fuisset, neque, vt id hoc loco fiat, necessarium duco.* Ita denique in praefatione tertii tomi profitetur aperte, *se, quae per clarissimos auctores sparsa erant, collegisse et in vnum rite coire corpus iussisse.* Etiam *Morhofius*, quo tempore suis discipulis recitabat doctrinam de quinque ingeniorum formis, *ex Richerii Obstetrice animorum*, et quidem a *cap. IV.* §. 7. decerptam, ac nunc in *Polyhistoris literarii lib. II. cap. I.* §. 42-50. occurrentem, nondum constituisse videtur

re dixi in *Actis philos.* T. I. p. 1045. Conf. excusatio plagii *Capelliani* in *Placcii Theatro pseudonymorum* n. 549. α.

(q) E. g. totum Caput secundum Partis quintae *Philosophiae theoreticae*, quod inscriptum est *de legibus motus earumque suspensione*, paene ad verbum descripsit ex *Bern. Connori Euangelio Medici*, et quidem a. p. 38-58: vt vel hinc appareat, non esse tam malum, quam nonnullis videtur, librum istum.

publicam emittere in lucem, quae tum calamis excipienda praelegebat: libenter alioqui monstraturus fontem ac magistrum suum. Debet ergo hoc *Morhofii* furtum eundem in modum excusari, quo ipse causam dixit *Berneggeri*, cum deprehendisset, eum aliquid ad verbum descripsisse e *Iac. Lectio*. *Ille*, (α) inquit, *has forsan extemporales et inter negotia deproperatas Orationes typis non destinauit. Nam filius illas post mortem viri citra controuersiam doctissimi edidit.*

XLII. Veniamus ad *doctos impostores*, quos rectius *illusores* (r) vocaueris, qui libros alienis sub nominibus componunt, nec religioni (s) solum, sed etiam historiae peruertendae animos habent intentos. Tales ante ortam typographiam (quo quidem tempore facilius erat, suas merces exponere pro alienis,) fuerunt permulti, maxime primis Christianae religionis (t) tem-

(α) Polyhist. liter. lib. II. cap. 6. extremo.

(r) *Muretus* Comment. ad *Ciceronis* Orat. II. Catil. cap. 4. hos appellari iubet *librorum subiectores*, quemadmodum isto loco *Cicero* vocauit *testamentorum subiectores*, qui falsa testamenta supponunt pro veris.

(s) Huc refer pestilentissimum doctorum impostorum genus eorum, qui medicamentum mentiti lectoribus suis venenum propinant. Hoc modo a. 1731. aliquis edidit praescripto Comitis *Boullainuillerii* nomine *Refutationem Spinozae*, quae non est refutatio, sed acerrima Spinozismi propugnatio. Ac supra iam *cap. VI. §.* 34. memorauimus spurcissimum librum quendam, hoc insignem titulo: *Io. Meursii Elegantiae Latini sermonis.*

(*t*) temporibus. Vnde tot scripta suppositicia, de quibus *Riuetus* in *Critico sacro*, et *Fabricius* in *Codice apocrypho Noui Testamenti*. Addantur, quae hic idem alibi tradit de *libris Sibyllinis*, de *oraculis Zoroastris*, de *scriptis Hermetis*, *Sanchoniathonis*, *Musaei*, *Orphei*, aliisque huius furfuris turpissimis foetibus. Caeterum *de doctis impostoribus* singularis exstat Dissertatio *Struuii*, cum qua iungatur caput XIII. libri quarti *Bibliothecae Latinae Fabricii*. Ac ipse iamdudum singularem de huius farinae hominibus edere volui libellum. Adeo multa (*u*) supersunt, quae horum duumuirum obseruationibus merentur adiici.

XLIII. Literariorum horum illusorum (x) praecipuos quosdam nominabo. E priscis insi-

(*t*) Vid. *Dallaeus* lib. I. de vsu Patrum cap. 4. *Acta Philos.* P. VII. cap. 1. §. 15. *Conringius* lib. I. de Herm. medic. cap. 4. p. 39. et cap. 5. p. 44. 45. 48.

(*u*) Inprimis commemorari meretur docta eademque religiosa illusio Iesuitarum, qua persuadebant nonnullis Indiae Brachmanibus, vt fierent Christiani. Exponit eam *Rich. Simonius* T. II. Epist. sel. 32. p. 226. Scilicet Indis illi exhibebant Historiam religionis Catholicae ab antiquissimis inde temporibus deductam sermone Indico, et chartae Pergamenae fumo infectae inscriptam. Indi, antiquissimam religionem esse verissimam, persuasum habentes, simulque vetustatem chartae admirantes, statim victas dabant manus, suaque nomina profitebantur inter Christianos.

(*x*) *Harduino* Iesuitae placuit, totum orbem literatum implere doctis illusoribus. Sed hic nae facit intelligendo, vt nihil intelligat: ac scienter alii ostenderunt, ipsum eo ipso esse illusorem turpissimum. Vid. *Biorlingius* de Pyrrhonismo hist. cap. 1. §. 10.

gnis est *Iosephus* (*y*) *Gorionides*, *Pseudo-Ignatius*, *Pseudo-Dionysius Areopagita*, *Isidorus* (*) *Mercator*, et Stoicus ille *Diotimus*, qui *Epicuro* plures affinxit epistolas: quibus adiunxi socium in *Actis* (*z*) *Philosophorum* auctorem epistolarum sub *Hippocratis* et *Democriti* nominibus editarum: qui quidem non diu solum imposuit orbi literato, sed tam etiam felici successu, vt *Christ. Thomasius* epistolis illis, salis scilicet ac sapientiae plenissimis, apponeret annotationes philosophicas. E viciniori aeuo habemus *Annium Viterbiensem* et *Alphonsum Cicarellum*; *Sigonium*, cui *Consolatio* (*) *Ciceroniana* tribuitur; *Georgium Rüxnerum*, familiarum nobilium conditorem; *Curtium Inghiramum*; *Gueuaram*; *Muretum*, qui sub *Trabeae* persona imposuit *Scaligero*; *Hieronymum Romanum de la Higuera*, qui *Dextri Chronicon* fabricatus est; *Franciscum Nodotium*, qui *Petronio* fragmentum suppositit; *Veirasium*, effictorem (α) *Historiae Seuarambicae*;

(*y*) De hoc praeter caeteros vid. *Molleri* Homonymoscopia Sect. II. cap. 2. §. 6. p. 232. sqq. et *Basnagius* Hist. Iud. lib. IX. cap. 6.

(*) Hoc sub nomine latere *Benedictum Leuitam*, suspicatur *Blondellus* apud *Mastrichtium* in Hist. Iuris Canonici p. 247. et 460.

(*z*) T. I. p. 670. sqq.

(*) De hac fictitia *Consolatione* multorum eruditorum virorum epistolas quarto suo libro *de Gymnasio Patauino* inseruit *Ant. Riccobonus*.

(α) Hunc tamen crediderim laude dignum esse impostorem doctum, et *Thomae Moro* similem, cuius et ipsius

cae; *Cyriacum* (*a*) *Anconitanum*, compositorem Inscriptionum Romanarum; *Guenebaldum*, fictorem (*b*) Graecae Inscriptionis. Adde mendacem auctorem epistolae Ioannis, Electoris Saxoniae, morti proximi, de qua pererudita exstat Dissertatio *Mart. Schmeizelii*. Nec omitti par est ficta monumenta sepulcralia, quorum festiuam copiam exhibui in *Poecile* (*c*) mea. Illud vero summe mirum, quod *Dupinius* hunc voluit in censum referri, adoptans sibi

ipsius *Vtopia* initio habebatur pro vera insula et republica: id quod refert iunior *Thomas Morus* in Vita eius p. 546. versionis Germanicae. Dantur et alii laude digni impostores docti. Talis erat, qui praescripto *Hieronymi* nomine conseruabat doctas *Pelagii* annotationes in Epistolas Pauli apostoli, eius item *Confessionem fidei*, quae tanquam orthodoxa etiam *Caroli M.* libro primo *de cultu imaginum* inserta est.

(*a*) Vid. *Burmanni* Praef. *ad Gruteri Inscriptiones*. Ea tamen huic viro laus debetur, quod primus omnium aggressus est colligere in vnum corpus Inscriptiones priscas: cuius rei testis est *Franc. Philelphus* Epist. fol. 35. b. et 36. a. Eta crimine doctae illusionis defenditur in *Obseruat. misc. criticis nouis* T. III. p. 145. sq.

(*b*) De hoc vid. *Montefalconius* in Recensione *Palaeographiae* suae §. VIII. Vid. tamen *Acta eruditorum* 1744. p. 627.

(*c*) T. III. p. 175. sqq. Addo nunc *Sardanapali* fictitium sepulcrum e *Brissonii* lib. I. de regno Persarum §. 253: *S. Martinae* e *Pagii* Crit. Baron. ad A. C. 226; *Thomae* apostoli e *Crozii* Hist. Christ. Indiae lib. IV. pag. 286. sqq. *M. Furii Camilli* ex *Caroli* Memorab. eccles. lib. VII. cap. 44. p. 373. sq.

sibi atque edens pro sua (*d*) *Basnagii* viui adhuc spirantisque *Historiam Iudaicam.* Etiam commemoratu dignum puto turpe facinus *Leonardi Aretini*, qui *Procopii Historiam belli Gothici* a se Latine redditam pro sui ingenii foetu venditare (*) non erubuit. En verba eius ex epistola ad amicum aliquem, in *Balucii* (**) *Miscellaneis* asseruata: *Scripsi nouiter libros quatuor de bello Italico, quod Belisarius et Narses, Iustiniani duces, aduersus Gothos gessere. Est autem haec non translatio, sed opus a me compositum. Hanc historiam MEAM si tu inspicere velis,* caetera.

XLIV. Ad *Pseudo-Ignatium* quod attinet, est sane quod mirer, esse adhuc eruditissimos viros, qui sputa eius lingant, nec agnoscant fraudem tot manifestis proditam indiciis. Vide, quaeso, quae dixi a. 1710. in *Actis eruditorum pag. 196. sqq.* Atque haec transcribere dignatus est in suos *Commentarios de scriptoribus ecclesiasticis* (*e*) *Oudinus*, qui et caetera argumenta profert, quae credere nos cogunt, epistolas illas nulla excepta esse foetus subditicios.

(*d*) Vid. *Basnagius* in Praefatione editionis secundae, et lib. IV. cap. XI. §. 2. et 3. p. 236. vbi iudicat, simile exemplum impudentiae vix vllum occurrere praeterea in historia literaria. Sunt tamen, qui putant, (nec ego impetrare a me possum, vt aliter existimem,) factum id esse insciente *Dupinio* a turpis lucri cupido bibliopola.

(*) Vid. *Fabricii* Bibliothecae Graecae lib. V. cap. 5. pag. 251.

(**) Tomo VI. pag. 539.

(*e*) T. I. pag. 139. sqq.

titios. *Clericus* quidem in *Arte* sua *Critica* (*f*) iudicat, *Pearsonium eo successu defendisse* Epistolas Ignatii, *vt bellum illud certa ac perpetua victoria confecerit.* Verum tam acuti viri oculos, credo, praestrinxit auctoritas Episcoporum Angliae, quorum animos dissensione sua (α) offendere non sustinebat. Contrarium edoceri potest, qui legere voluerit editas Rothomagi a. 1674. *Matthaei Larroquani Obseruationes in Ignatianas Pearsonii Vindicias:* quas nuper *Colerus* recensuit in *Bibliotheca* sua (β) *theologica.*

XLV. Mihi quidem haec potissima videntur ac certissima τῆς νοθείας indicia: 1. scopus harum epistolarum, id spectantium, vt in immensum augeatur auctoritas ac maiestas Episcoporum. Id quod indicio est, vel post *Cyprianum* scripsisse illarum auctorem epistolarum. Ac obseruauit (*g*) *Dodwellus*, *non esse ouum ouo similius, quam Ignatianae totam Cypriani de episcoporum auctoritate ratiocinationem;* 2. silentium de his epistolis per tria priora saecula; cognomen *Theophori* in epistola-

(*f*) P. III. Sect. 2. cap. 6. §. 9. p. 520. edit. 1697.

(α) Obseruatum quibusdam est, multa fecisse *Clericum* in gratiam Episcoporum Angliae, metu scilicet adductum, ne aliquando inusta haereseos nota Batauis cogeretur terris excedere, sperantemque, fore tum, vt sacri Angliae proceres se reciperent in sua tabernacula.

(β) Parte LXXI. p. 1071. sqq.

(*g*) Dissert. Cypr. VII. §. 13. et 33. Conf. *Rigaltius* ad *Cypriani* Epist. 66. p. 168.

ſtolarum harum inſcriptionibus nomini *Ignatii* adiunctum; 4. fabulae iunioris aeui, e. g. in *Epiſtolae ad Epheſios*, §. *XIX*; 5. ipſa peregrinationis (*h*) ratio, in qua ſcriptae dicuntur hae epiſtolae. Addo, illud quoque eſſe indicium fabulae, quod Romam ibi miſſus dicitur *Ignatius*. Eccur vero Romam, quaeſo? An forte ciuis Romanus fuit *Ignatius*? Nam *Plinius* narrat, ſe Romam miſiſſe Chriſtianorum illos, qui ciues eſſent Romani. At nec Romanus ciues fuit *Ignatius*, nec vlla cauſa fingi poteſt, cur Romae potius, quam Antiochiae, interfectum eum voluerit Traianus; 6. ipſa ſtyli facies. Certe quotiescunque has legi epiſtolas, (legi autem ſaepius,) deprehendi, omnia in illis eſſe frigida, ieiuna, inepti tumoris affectataeque grandiloquentiae plena, et nimis viuide ſpirantia vanum ac planum Graeculum; 7. auctoritas ſummorum Criticorum. Euſebius quidem (*i*) eas epiſtolas, et quidem primus, venditauit pro genuinis. Verum quis moueatur auctoritate hominis criticae prudentiae tam expertis, vt vel Abgari et Chriſti mutuas epiſtolas pro veris amplexetur? Quis non potius eos ducat ſequendos, qui poſt ſuſceptum illarum epiſtolarum examen

(*h*) Vid. *Riuetus* Critici ſacri lib. II. cap. 1. p. 179. Simili paene modo planus quidam compoſuit *Epiſtolas Themiſtoclis*.

(*i*) Hiſt. eccleſ. lib. III. cap. 36.

examen censuerunt, eas ad vnam omnes a Graeculo quopiam declamatore confectas et conficta fuisse? Dixerunt autem hanc sententiam *Centuriatores Magdeburgici*, *Mart. Chemnitius*, *Io. Gerhardus*, *Kortholtus*, *Tenzelius*, (*k*) *Zeltnerus*, *Caluinus*, *Blondellus*, *Salmasius*, *Dallaeus*, *Whitakerus*, *Rob. Cocus*, *Rob. Parkerus*, *Sam. Basnagius*, *Albertinus*, *Matth.* et *Dan. Larroquani*, *Frid. Spanhemius*, *Lampius*. Omnium vero primo loco poni oportet *Photium*, qui, dum in sua *Bibliotheca* Epistolas Ignatii non recognouit, tacitus clamat, sibi dubium haud esse, quin nomen eae gerant falsissimum.

XLVI. Operae quoque pretium fuerit, paucis inuestigare, an iure *Gottfridus* (*l*) *Arnol-*

(*k*) Is ita in notis ad *Ruari Epistolas* p. 105. censet: *Argumenta certe, quae contra earum* epistolarum γνησιότητα *congessit sexaginta sex omnino* Io. Dallaeus, *eiusmodi sunt, vt neque* Pearsonianas Vindicias, *neque Hammondianas omnes illis incidisse neruos existiment, quotquot, Episcoporum causam agere, non multum interest.* Eodem modo *Io. Sudorius* (*le Sueur*) iudicat, Hist. eccl. T. I. p. 218. scribens, epistolarum *Ignatii* νοθείαν ad vnam omnium tam clare demonstrasse *Dallaeum*, vt omnibus veritatis amantibus satisfeciisse videatur, vtque plurimum ei debeatur pro tam grauis erroris locupletissima refutatione. Nuper etiam *Stollius*, vir emunctae naris, in sua *Historia Patrum Ecclesiae* assensus est, falsum in his epistolis loqui Ignatium.

(*l*) Hist. eccles. lib. XVII. cap. 18. et P. IV. Sect. III. n. XI.

Arnoldus habeat *Io. Valentinum Andreae* pro conditore pariter et exauctoratore, vel, si mauis, pro auspice pariter atque vespillone *Fraternitatis roseae crucis*. In *Fama* quidem *fraternitatis* huius, a. 1614. edita, stylum esse simillimum stylo illius *Valentini*, non audet negare (*m*) *Fischlinus*. Ipse ille *Valentinus Andreae*, etsi nusquam se professus est huius libelli scriptorem, tamen et in *Confessione* sua et in *Turre Babel* et in *Theophilo pag. 39.* et in *Menippo cap. 12.* docet, totam illam rem esse fabulam siue comoediam, *Fraternitatemque* illam duntaxat fictam (α) esse a Fama. Eius etiam insignia, *Theophilo* ipsius Lipsiae a. 1706. recuso praefixa, *crucem* habent *Andreanam*, in cuius interuallis singulis *rosa* (*) iacet. Accedit, quod nemo alius

n. XI. p. 623. sq. Conf. Apologia illius Hist. eccl. sub tit. *Historisch-Theologische Betrachtungen* edita p. 292. seq. et 577. sqq. Assentitur *Arnoldo Buddeus* Disp. de alchemia §. 16. et iterum in Isagoge hist. theol. p. 1366. itemque *Christ. Thomasius* in *Bibliotheca Thomasiana* T. I. pag. 633. et *Bruckerus* Hist. philos. Germ. T. VI. p. 1235. et 1241.

(*m*) Memor. Theol. Würtemb. P. III. p. 202.

(α) Etiam Theologi Leidenses in edito a. 1625. *Iudicio de secta Fratrum Roseae Crucis* (quod exhibet in sua Summa Controuers. p. 1001. sqq. *Hornbeckius*,) sub finem ita scribunt: *Hanc sectam, si non potius commentum est capitis cuiusdam male feriati, Fraternitatem huiusmodi ementiti*, caetera.

(*) Falsissima igitur est Gallorum quorundam, quae in

alius a quoquam nominatus fuit huius fictionis auctor. Nam quod de *Ioch. Iungio* in *Vita Io. Lud. Fabricii* p. 11. et 12. refert *Heideggerus*, nemini fide dignum visum est, nec immerito fictum videtur a quopiam ad detrahendam hanc *Valentino* nostro infamiam. Ego quidem ex his et ex iis, quae alii (*n*) de hac quaestione in vtramque partem scripserunt, satis intelligere mihi visus sum, veram esse *Arnoldi* sententiam. Sed quid multa? Ipsam *Andreae* confessionem exhibeo in *Poeciles* meae Tomo secundo p. 246. Addo, *Io. Valentinum Andreae* puduisse (*o*) postea iuuenilis erroris, eoque non solum dimisso, sed etiam publice damnato, in orthodoxiae castra bona fide se recepisse.

XLVII. Antequam quiescere iubeo calamum, et huic *Synopsi Historiae literariae* vni-

in *Moshemii* Instit. hist. Christ. recent. p. 398 profertur, etymologia nominis *Rosaecrucianorum*. Neque enim die Thaukreuzer se nominabant, sed die Rosenkreuzer.

(*n*) Vid. *Iaegeri* Hist. saec. XVII. Dec. 6. lib. 4. cap. 3. p. 58; *Caroli* Memorab. eccl. lib. II. cap. 25. et 39; *Bierlingii* de Pyrrhonismo hist. cap. 5. §. 3. p. 265. sqq. *Weismanni* Hist. eccl. T. II. p. 1133; *Miscellanea Leibnitiana* p. 222. *Kazaueri* Disp. de Rosaecrucianis, a. 1715. edita; *Bibliotheca Reimmanniana* p. 736. et sq.

(*o*) Simile habemus exemplum *Christiani Thomasii*.

vniuersalis finem impono, libet commemorare scriptores (*p*) *micrologiae literariae*. Eos dico, qui curiosa magis, quam vtili opera singularibus libellis proposuerunt *doctos Principes*, *theologos* vel *iureconsultos natalibus nobiles*, *sacerdotes semisaeculares*, *doctos coelibes*, *doctos pueros* siue *ingenia praecocia*, *doctos* αὐτοδιδάκτους, *doctos spurios*, *doctos caecos*, *rusticos*, *sutores*, *mercatores*, *milites*, *correctores*, *doctos magiae vel commercii cum spiritu familiari suspectos*, *doctos pedantismi vel charlataneriae reos*, *doctos* μισανθρώπους, μισογυνεῖς, μισοκόσμους, *malis praeditos moribus*, *vxores habentes malas*; *doctores publicos ingenti auditorum numero stipatos*; (*q*) *etc.* Ipse sub titulo *caecorum videntium* illos descripsi eruditos viros, qui inde a puero visu caruerunt; et sub *macromicrorum* titulo eos, qui corpore proxime a Pygmaeis, animo et ingenio proxime a gigantibus abfuere. Nec *clari* mei *Diaboli*, quos

Nam et is iunior captus fuerat amore *theologiae mysticae*, annis et sapientia prouectior in posteriori ad *Poireti Eruditionem* praefatione ipse se refutauit, simulque graviſſimos Mysticorum errores indicauit atque proſtrauit.

(*p*) Hoc περὶ μικρῶν λέγειν vocat *Aelianus* Var. hist. lib. XI. cap. 12.

(*q*) In *Theod. Crusii* Deliciis literariis (*Vergnügung müssiger Stunden*) P. XVI. p. 291. sqq. exstat dis-

serta-

quos in *Poecile* exhibui, alia merentur in classe locari. Integrum corpus *Micrologiae literariae* a. 1718. Francofurti edidit *Io. Adamus Bernhardus*, rectequе inscripsit Curieuse Historie der Gelehrten. Eodem anno *Io. Godofredus Buchnerus* Lipsiae emisit librum *de vitiorum inter eruditos occurrentium scriptoribus:* at non eos solum exhibet, sed simul *cap. I. §. 1-6. et cap. III. §. 2. et 3* itemque *Supplem. §. 2. et 3.* caeteros nominat scriptores micrologiae literariae: vt adeo *Buchnerianus* iste liber (*r*) appellandus videatur *Bibliotheca micrologico literaria.* Caeterum non est dissimulandum, quod et (*s*)

sertatio de poëtis, qui iidem pictores fuerunt; et P. XIX. pag. 576. nominantur scriptores micrographici de Medicis. Huc pertinet *Io. Henr. Ackeri Historia pennarum*, quibus docti viri vsi sunt, Altenburgi a. 1726. edita.

(*r*) Vid. eius *Index* v. *Eruditi.*

(*s*) Supplem. p. 8 et 9. Non possum facere, quin hic repetam serium pariter ac festiuum monitum *Menckenii*, quod nuper legi in eius *Orationibus Academicis* pag. 321. *Frenandum* scilicet ducit *iuuenum in haec studia pruritum, qui ita se horum dulcedine inescari patiantur, vt spretis atque insuper habitis seuerioribus studiis, ad summum se literarum culmen peruenisse putent, si sciuerint, quot vxores* Calouius *duxerit, vel quot pocula exhauserit* Baudius, *aut si ad vnguem edidicerint, quot annis eodem calamo vsus fuerit* Leo Allatius; *quot baculi ictibus* Scioppius *iussu legati Anglici fuerit laceratus; vel quot*

Buchnerus, quem modo laudaui, agnoscit, ad scriptores huius generis dici oportere: *In tenui labor, et tenuis quoque gloria vobis.*

quod pilos Franc. Philelphus, *grammatica lite superior, e barba* Timothei, *aduersarii, euulserit.*

Nota:

Non est praetereundum silentio, hunc *Conspectum reip. lit.* a. 1749. iussu episcopi Altamurensis, quae vrbis non procul Neapoli iacet, in foro publico combustum esse. Erat in hac vrbe excusus, praescripto tamen *Basileae* nomine. Literarum vero figurae docuerunt, librum excusum esse Altamurae. Iussit omnia exemplaria ad se adferri, et eum, qui vel vnum secum retineret, excommunicauit. Scilicet in meo libro multa reperiebat suae religioni contraria. Retulit hoc mihi Gaudius, Eques Neapolitanus, qui tunc adhuc vixit Neapoli, ibique erat D. et Prof. Iuris, et inde abiecta religione Pontificia Gottingam venit, et nunc Professor Iuris est in Academia Gissensi.

INDEX.

INDEX.

Maior numerus Caput, *minor* paragraphum *signat.*

A.

Abaelardus, (*a*) IV. 33. 34.
Abbreuiaturae Hebraeorum, Romanorum, Graecorum III. 11.
Academiae quo saeculo ortae. IV. 36.
Academiarum nomen quo tempore acceperint scholae vniuersales. IV. 36.
Academias cur Papa sibi subiecerit. IV. 36.
Academiarum Cancellarii cur Episcopi. IV. 36.
In Academiis cur philosophis tributus sit locus vltimus. IV. 36.
Academicae quatuor Facultates quomodo ortae. IV. 39.
Academici gradus siue tituli quando sint orti. IV. 39.
Academiae tandem Pontifici Romano factae sunt noxiae. IV. 40.
Academiarum historia. IV. 41.
Academia Argentoratensis. IV. 54. Bononiensis. IV. 43. Gottingensis. IV. 65. Heidelbergensis. IV. 43. Lovaniensis. IV. 50. Osnabrugensis. IV. 55. Petroburgensis. IV. 65.
Academiae Muhamedanorum. IV. 75.
Accentuum Graecorum et Hebraicorum origo. III. 14.
Accoltus. IV. 47.

(*a*) Eorum duntaxat nomina hoc in *Indice* proferuntur, de quibus aliquid singulare commemoratur.

INDEX.

Acta eruditorum. VI. 5.
Adamantius an sit cognomen honorificum Origenis. IV 17.
Adamantius Grammaticus. IV. 17.
Adiuratio librariorum. III. 17. bibliopolarum. III. 18.
Aegyptiorum studia literaria. IV. 5.
Aemilius Probus. III. 11.
Aesopus. IV. 8.
Agraphi. VII. 28. sqq.
Albanus, Cardinalis. IV. 72.
Albertus cur appelletur *Magnus.* IV. 42.
Alexandria literarum studio florens. IV. 10.
Alexandrina schola Christianorum. IV. 16.
Alexandrini versus. V. 16.
Alexandrinum Museum. IV. 10.
Alexandri Doctrinale. V. 8.
Alfonsus, rex Neapolitanus. IV. 46.
Alfredus M. IV. 30.
Allenius. VI. 35.
Alphonsus X. IV. 41.
Amiotus V. 13.
Ammianus Marcellinus. IV. 24.
Anastasius bibliothecarius. IV. 30.
Andreae Io. Val. VII. 46.
anonymi libri. VI. 36. 39.
Antecessores III. 36.
Antiochia literis clara. IV. 12.
Aprigius. VI. 10.
Arabum studia literaria. IV. 37.
Argenteus Codex VI. 13.
Aristoteles, IV. 8.
de *Aristotele* poëma rarissimum. VI. 32.
Arius Froda. IV 32.
Arndius Car. II. 14.
Artis cogitandi quis auctor. VI. 39.
Artistae IV. 39.
Asiae poulorum studia Graeca. IV. 12.
Asini clariores. VII. 21.

INDEX.

Athenae literarum ſtudio clariſſimae. IV. 9.
Athenaea vnde dicantur ludi literarii. IV. 9.
atheorum libri. VI. 33.
atramentum. III. 9.
auctorum claſſicorum variae editiones. VI. 23. ſqq.
Auguſtinus. IV. 18. 21.
Auſonius. IV. 24.
autographa MSSta. VI. 14.

B

Baelius. VII. 3.
Baſnagius Sam. I. 13.
Beckerus Balth. IV. 60.
Beda. IV. 26.
Behaimius. IV. 48.
Benedictus XII. Papa IV. 72; VII. 27.
Benedictinorum monachorum ſtudia literaria. IV. 62.
Bentiuolus, Cardinalis. IV. 72.
Berengarius. IV. 33.
Bernardus, poëta. IV. 33.
Berneggerus. III. 16.
Bertramus. II. 17.
Berytenſis ſchola. IV. 23
bibliotheca ſelecta. VI. 12. Gudiana. IV. 61. Hanouerana. IV. 61. Heidelbergenſis. IV. 61. Ienenſis. IV. 61. Kraftii. IV. 68. Mazariniana. IV. 61. Menckeniana. IV. 68. Io. Mori. IV. 68. Oppenheimeri Iudaica. IV. 63. Roſtgardi. IV. 68. Thuani, IV. 61. Vffenbachii. IV. 68.
bibliothecae eccleſiarum. IV. 16.
bibliothecarum origo. III. 22; IV. 13. auctiones approbantur. IV. 61.
Bierlingius. IV. 60; V. 51.
Bochartus. VI. 5.
Boeclerus. VI. 3.
Boëthius. IV. 26.
Bonatus Guido. IV. 42.
Boullanuillierius. VII. 42.

Brenckmannus. I. 8.
Brocardica vnde nomen gerant. IV. 33.
Bruckerus. V. 22.
Budaeus. IV 53.
Buddeus. IV. 70; V. 50; VII. 20. 41.
Burleus Gualt. II. 5.
Burnetius Thomas VI. 34.
Burnetus Gilbertus IV. 43.

C.

Cadmus. III. 7.
Calixtus Georgius. IV. 60.
Campanella. VII. 25.
Canonici Iuris hiſtoria. V. 49.
Cantemirius, Princeps IV. 72.
capitum, in quos libri diuiduntur, origo III. 15. 16.
Capellus Lud. III. 14.
Carolus M. IV. 28.
Carolus Caluus, IV. 28.
Carthaginenſes ſcriptores. IV. 11.
Caſaubonus. IV. 60.
Caſſiodorus. IV. 26.
caſtratio librorum VI. 19. ſqq.
catalogi librorum Francofurtani quando orti. VI. 2.
Cellarius. II. 15; VI. 23.
cenſura librorum typis exſcribendorum quo tempore orta, IV. 63.
Chaldaeorum ſtudia literaria. IV. 1.
chartae hodiernae origo. III. 9.
Chriſtianorum prima ſtudia literaria. IV. 16. primae ſcholae. IV. 16.
Chriſtius V. 44; VI. 33.
Chryſoloras. IV. 47.
Cicero IV. 14.
Clarckius Io. III 9.
Claſſici cur dicti quidam auctores. VI. 23.
Clemens XI. Papa. IV. 72.
Clericus Ioannes. IV. 19; V. 10. 11; VII. 27. 44.

Codex

INDEX.

Codex Argenteus. VI. 13.
Colbertus Io. Bapt. IV. 55.
Colerus Io. Christoph. II. 11; V. 50; VI. 29.
Collatinus Petrus Apollonius. IV. 47.
Confucius quo tempore vixerit. IV. 74.
Connorus. VI. 34; VII. 41.
Conringius. II. 8. 9.
Consiliarii reip. literariae. VII. 14.
Constantinopolitana schola. IV. 23.
Cortesius Paulus. IV. 47.
Crenius pseudonymus. VI. 38.
criticae artis historia. V. 10. imperitia in Patribus Ecclesiae. IV. 20.
cryptographia III. 19.
curiositas literaria, vitium. I. 5.
Curtii rarissima editio. VI. 32.
Cyprianus martyr. VII. 40.

D.

Damascenus Ioannes. IV. 26. 38.
Danhauerus. IV. 60; V. 11.
decifratoria ars III. 19.
Delphini in vsum editiones. VI. 23.
Deylingius Sal. III. 7.
dictatores, id est, poëtae. V. 13.
disciplinae cur aliae feruide colantur, aliae frigide, V. 2. sq.
Disputationes Academicae VI. 28.
distinctiones. Vid. *Interpunctiones.*
Ditmarus episcopus. IV. 33.
docti impostores. VI. 42. sqq.
Doctrinale Alexandri. V. 8.
Dornius. II. 6; V. 50.
Dupinius VII. 43.

E.

Eberhardus Bethunienſis. V. 8.
editiones librorum optimae. VI. 17. in vsum Delphini. VI. 23. auctorum classicorum variae. VI. 23. sqq. Operum omnium. VII. 5.

editionum auctorum classicorum magnum vitium. VI. 23.
effigies clarorum virorum. VII. 2.
Eginhartus. IV. 30.
Ehrenbergerus. III. 5.
encaustum. III. 10.
Eobanus Hessus. IV. 56.
Ephemerides literariae. VI. 4. sqq.
Episcopi Academiarum Cancellarii. IV. 36.
epistolographi literarii. VII. 31.
epitaphia suppositicia. VII. 43.
Erasmus. IV. 51.
Erigena Ioannes. IV. 30.
eruditionis summa vtilitas in rep. V. 52. sqq.
Ethicae historia. V. 22. 30. sqq.
Ethnicorum editionis finis et exitus. IV. 24.
Euthymius Zigabenus. IV. 33.

F.

Faber Iacobus. IV. 53.
Fabri Lexici imperfectio. V. 9.
Fabricius Io. Albertus. VII. 5.
Fabricius Io. Andreas. III. 19.
Facultates quatuor Academicae quomodo ortae. IV. 39.
Falsterus. IV. 13. 14.
Farnabius. VI. 24.
Feldenius Alb. VI. 9.
Flacius. IV. 53.
Franciscus I. IV. 52
Fraternitatis roseae crucis auctor. VII. 46.
Freherus Paulus. VII. 4.
Freyerus. II 15.
Frisius Io. Iacobus. II. 5.
Funccius Io. Nicolaus. V. 7.

G.

Galateus Antonius. IV. 53.
Gallorum ingenia. IV. 7.
Galterus, poëta. IV. 33.

INDEX.

Gaudentius Paganinus. IV. 13.
Gerdesius H. W. I. 8.
Gerhardus Ioannes. IV. 60.
Germani quo tempore scribere didicerint. III. 7.
Germanicae eloquentiae primus cultor. V. 12.
Gesnerus Io. Matthias. VI. 26.
gladius Studiosorum insigne. IV. 55.
Gouietus I. 8.
Grammaticae historia. V. 7.
Graecae linguae vsus olim amplissimus. IV. 11. filia est Latina. V. 7.
Graeci e Turcia saeculo XV. exules, IV. 46. 47.
Graeciae septem sapientes. IV. 8.
Graecorum veterum studia literaria. IV. 7. sqq. et hodiernorum IV. 73.
Graeuius. II. 14.
Gratius Ortuinus. IV. 53.
Grauerus. IV. 60.
Gregorius M. IV. 25.
Gueuara. IV. 53.
Gundlingius. II. 12.
Gymnasia nostrae aetatis IV. 56.

H.

Harueus. V. 48.
Hassensteinius. IV. 48.
Hebraeorum studia literaria. IV. 1.
Hebraicorum vocalium et accentuum origo. III. 14.
Heilbronnerus Io. Christoph. V. 6.
hermeneuticae artis historia. IV. 11.
heroës literarii. VII. 26.
Hieronymus, IV. 16. 19. 21. 25.
Hippolithus a Lapide quis. VI. 37.
Hispaniae scholarum status hodiernus. IV. 67.
Historia literaria vnius libri. I. 8.
Historiae literariae definitio I. 1. imperfectio. I. 2. corruptio. I. 2. vtilitas. I. 4. abusus. I. 5. partes. I. 6. diuisiones. I. 7. 8. amplitudo. II. 1. duplex

duplex methodus, II. 2. scriptores. II. 5. sqq. diuisio in antiquam, mediam, et nouam. IV. 4.
Historiae historia. V. 44. 45.
Hobbesius. IV. 58; V. 41.
Homerus. III. 21.
homonymi scriptores. VII. 21.
Hugenius. VI. 42.
Huetius. VII. 2.

I.

Iesuitarum studia literaria. IV. 62.
Ignatii epistolae omnes sunt supposititicae. VII. 44. 45.
impostores. Vid. *docti impostores*.
Indices librorum expurgatorii. VI. 20.
ingenia delirantia. IV. 70. nationum diuersa. VII. 8.
Inscriptionum veterum vetustissimae. VI. 15.
interpunctionum origo. III. 12.
Ionsius. I. 2; II. 6.
Iosephus Patriarcha an sit inuentor artis scribendi. III. 2.
Iournals. Vid. *Ephemerides*.
Irenaeus. IV. 20.
Irnerius ICtus. IV. 33.
Italiae scholarum status hodiernus. IV. 66.
itineraria literaria. VII. 33.
Iubilaeum typographicum. III. 24.
Iudaeorum studia literaria. IV. 35. 73.
iudicia de libris et auctoribus. VII. 6.
Iulianus Imp. IV. 16.
Iunckerus. VI. 25.
Iunius Franciscus. IV. 53.
Iurisprudentiae ciuilis historia. V. 49. naturalis historia. V. 22. 37. sqq.
Iustinus martyr. IV. 20.

K.

Koecherus Io. Chrioph. I. 8.
Kohlius. II. 16.

INDEX.

Kranzius Gottl. II. 9.
Krauſius. II. 16; IV. 64; VI. 3; VII. 12.
Kriegkius. IV. 12.
Kunzius. II. 16.
Kuſterus. II. 14.

L.

Lactantius. IV. 17.
Lambecius. II. 4. 7.
Lambinus. VII. 7.
Langius Ioach. I. 7.
Latina lingua quando in vſu publico eſſe deſierit. IV. 27.
eius ortus e lingua Graeca. V. 7.
Laurentius Medices. IV. 46.
Legenda aurea. IV. 42.
Leisnerus. II. 16.
Leo Sapiens. IV. 29.
Leonini verſus. V. 15.
Lexica hiſtorica. VII. 3.
Lexica optima. V. 9.
Lexici *Fabri* imperfectio. V. 9.
liber *de tribus impoſtoribus*, VI. 33.
libertatis philoſophandi vtilitas. IV. 59.
librarii veterum. III. 10; IV. 32.
libri anonymi. VI. 36. 39. boni criteria. VI. 10. 11. caſtrati. VI. 19. ſqq. damnati. VI. 35. deperditi. IV. 25. excuſi e MSS. VI. 18. excuſi ſaepiſſime. VI. 11. in ANA. VII. 6. irreligioſi. VI. 34. optimi in quoque genere. VI. 12. poſthumi. VI. 40. prohibiti. IV. 63. pſeudonymi. VI. 36. rari. VI. 11. 27. ſqq. ſeditioſi. VI. 35. ſuppoſititii. III. 3. VII. 5. veterum cur ſuperſint optimi. IV. 14. vetuſtiſſimi vtrum ſoluto, an ligato ſcripti fuerint ſermone. III. 20.
de libris iudicia qui ſcripſerint. VII. 6.
librorum a ſe editorum catalogum qui ſcripſerint. VII. 5.
hodiernae multitudinis cauſae. VI. 43. Indices expurga-

purgatorii. VI. 20. notitiam parandi tres viae. VI. 2. ſqq. recenſiones menſtruae. VII. 4. ſqq.
Lichtenbergerus. IV. 49.
Lilienthalius. II. 11. 13.
Lilius. V. 8.
Lirinenſis ſchola. IV. 16.
literae, id eſt, eruditio. Vid. *Eruditio*.
literae antiquiſſimae. III. 7.
literarum origo. III. 2.
Liuius explicatur. III. 12.
Loeſcherus. III. 14; V. 7.
Logicae hiſtoria. V. 22. ſqq.
Ludolfus Iobus VI. 42.
Ludouicus Gottfr. III. 15.
Lupus Ferrarienſis. IV. 28.
Lutherus. III. 14; V. 12; VII. 20.
Lyranus Nic. IV. 44.
Lyſerus Polyc. IV. 58.

M.

Machiauellus. VI. 33.
Madrigalica carmina. V. 16.
Maecenas. IV. 13.
Maianſius. IV. 67.
Malabarum ſtudia literaria. IV. 76.
Mamon, Arabum Maecenas. IV. 37.
Mancinellus. V. 8.
Manuſcripta αὐτόγραφα. VI. 14.
manuſcriptorum codicum notitia. VI. 13.
Marſiglius. IV. 71.
Mater Studiorum quo ſenſu vocetur Academia Bononienſis. IV. 43.
Matheſeos hiſtoria. V. 6.
Matheſis an Theologiae noxia. V. 6.
Maurocordatus, Princeps IV. 72.
Maximilianus I. Imp. IV. 52.
Medicinae hiſtoria. V. 22.

INDEX.

Merſennus. VI. 21.
Meurſius. VI. 34.
micrologia literaria. VII. 47.
Minellius. VI. 24.
Minellianae notae in auctores claſſicos. VI. 25. 26.
Montefalconius. III. 9.
Morhofius. II. 10; VII. 41.
Moshemius. II. 15.
Muhamedanorum Academiae. IV. 75.
mulieres doctae. VII. 36.
Muſaeus Ioannes, IV. 60.
Muſageta. IV. 13. 41.
Muſeum quid proprie ſignificet. IV. 10.
Muſeum Alexandrinum. IV. 10.
Muſicae hiſtoria. V. 17. ſqq.
Mylius Io. Chriſtoph. VI. 36.

N.

Neumannus Caſp. V. 7.
Niceronius Io. Petr. VII. 4.
Nicolaus V. Papa. IV. 46.
Notae Tironis et Senecae. III. 10.
notarii veterum. III. 10.
nouellae literariae. II. 16. hebdomadariae politicae quando ortae. V. 46.
numorum vetuſtiſſimus quis ſuperſit. VI. 16.

O.

Obſeruationum ſingularium editores. VII. 34. 35.
Operum omnium editores, VII. 5.
optimates literarii. VII. 9.
Origenes. IV. 7.
Oroſius. IV. 17.
Oudinus. VII. 5.

P.

P.

Palingenius. VI. 20. 36.
palma, scribendi materia. III. 9.
Pandectae Florentinae. VII. 13.
papyrus. III. 9.
Paschius. II. 3.
Pater Paulus. III. 23.
Pater ecclesiae quis primus fuerit appellatus. IV. 21.
Patres ecclesiae Graeci et Latini. IV. 17. eorum principes. IV. 21.
Patrum ecclesiae eruditio. IV. 15. 18. 19; VII. 6.
Pedantismus vnde nomen tuum habeat. V. 8.
Pelagius. IV. 22.
Pennae anserinae ad scribendum adhibitae. III. 9.
Petrarcha. IV. 45; V. 35.
Petrus, Russorum monarcha. IV. 65.
Pfaffius. I. 7; V. 50.
philologiae cultura cur rara. V. 5.
philosophiae cultura cur rara. V. 4.
Phoenices librorum. VI. 32.
Photius. IV. 29.
Physicae historia. V. 22.
picturae antiquitas et origo III. 4.
plagiarii. VII. 38. sq.
Platinae praenomen *Bartholomaeus*. IV. 47.
Plinius. III. 20.
Poëseos historia. V. 13.
ποιητὴς quid proprie significet. III. 20.
Polentonus. IV. 47.
Politicae historia. V. 22.
politici versus. V. 14.
polygraphi. VII. 22. sqq.
Pontificiorum studia literaria nostra aetate. IV. 63. diuisio in genuinos et Nicodemicos. V. 55.
Pontificii suam lucem literariam debent religioni Lutheranae. V. 54. 55.
posthuma scripta. VI. 40. sqq.

prae-

praefationes eruditissimae. VI. 12. iniustae omissae VI. 21.
primani scriptores. IV. 70; VII. 15.
primates literarii VII. 9. sqq.
Priscianus. V. 8.
pronuntiationis signa in Grammatica desiderantur. III. 12.
Prophetarum scholae. IV. 2.
Psellus, IV. 33; VII. 27.
pseudonymi libri. VI. 36.
Pufendorfius. V. 42.
prudentia literaria. 4.

Q.

Quenstedius. VII. 20.
Quirinus, Cardinalis. IV. 72.

R.

Rainoldus Ioannes. IV. 53.
rari libri VI. 11. 27. sqq.
Rauennas Petrus et Ioannes. IV. 47.
Reformatio Lutheri meliora fecit studia literaria Pontificiorum. V. 54. 55.
reginae doctissimae. VII. 37.
Reimmannus. II. 13; VI. 1. 29. 33; VII. 3.
resp. literaria quid sit. VII. 9.
Rhetoricae historia. V. 12.
Rolefinkius Wernerus. IV. 48.
Romanorum studia literaria. IV. 13.
Romanum Archigymnasium. IV. 54.
rophalici versus. V. 14.
Rothius. II. 15.
Ruarus. VII. 29.
Ruhlius. VI. 26.

S.

Saeculi decimi miraculum literarium. IV. 31.
Sancti titulus. IV. 23.
Saussay Andr. du. IV. 53.

Schickardus. III. 14.
Schmeizelius. II. 17; VII. 43.
Schmidius Chr. Frid. II. 18.
Schmidius Seb. VII. 20.
Schoetgenius. III. 10. 15.
Schola Conſtantinopolitana. IV. 23. Salernitana. IV. 39.
Scholae prophetarum. IV. 2. Chriſtianorum. IV. 16.
Scholarum hiſtoria. II. 8. Italiae ſtatus hodiernus. IV. 66. et Hiſpaniae. IV. 67.
Scholaſticorum eruditio qualis. IV. 36. 38. hiſtoria IV. 38.
ſcribendi artis hiſtoria. III. 2. ſqq.
ſcriptor omnium primus. VII. 12.
ſcriptores anonymi. VI. 39. homonymi. VII. 21. ordinarii et extraordinarii. VII. 22. polygraphi. VII. 22. ſqq. pſeudonymi. VI. 36.
ſcriptorum diuiſio in primanos, ſecundanos, et tertianos. VII. 15. ſqq.
ſcriptores vtrum recentiores, an vetuſtiores, praeferendi. VII. 7.
ſecundani ſcriptores. IV. 70; VII. 15.
Septalius. V. 32.
ſepulcra ſuppoſititia. VII. 43.
Sincerus Emanuel quis. VI. 26.
Sinenſium ſtudia literaria. IV. 74.
Societas teutonica Lipſienſis. V. 13.
Societas Regiae ſcientiarum. IV. 57. et 65.
Sophiſtae in Graecia. IV. 36.
Sorbonae origo. IV. 41.
Spenerus. IV. 60.
ſteganographia. III. 19.
Steinbergius Iac. VI. 37.
Stollius. II. 2; V. 48.
Struuius. B. G. II. 11.
Studitarum collegium. IV. 29.
Syllogarum editores. VII. 34. 35.
Sylueſter II. Papa IV. 31.
Symmachus. VI. 24.
Syrorum ſtudia literaria. IV. 12.

INDEX.

T.

Tachygraphia. III. 10.
Tacitus explicatur. V. 14.
Tarsensium scholae. IV. 12.
tertiani scriptores. VII. 15.
Theodorus studita. IV. 29.
Theologiae historia. V. 50.
Theologorum vulgarium odium erga literarum et scientiarum incrementum. IV. 36.
Theophilus ICtus. IV. 23.
Thomasius Cardinalis. IV. 72.
Thomasius, Christianus. II. 10; IV. 58. 70; V. 43. 51; VII. 41. 46.
Tolomeus, Cardinalis. IV. 72.
Trithemius. VII. 5.
Turcorum studia literaria. IV. 75.
typographica ars. III. 23; IV. 46. 75. Scriptores de Iubilaeo huius artis. III. 24.
Typographorum optimorum notitia. VI. 17.

V.

Versus *rophalici*. V. 14. *politici*. V. 14. *Leonini*. V. 15. *Alexandrini* V. 16.
versuum, in quos capita librorum diuiduntur, origo. III. 15. 16.
Verulamius. II. 13; V. 36; VII. 14.
Virgilius. V. 14.
Vitae eruditorum. VII. 2. sqq.
Vitae propriae scriptores. VII. 2.
Vockerodius. I. 2.
Vtopia literata. VII. 14.

W.

Waehnerus. III. 14.
Weismannus. IV. 17.

Welt-Weisheit vnde dicatur philosophia. IV. 25.
Whitby. IV. 20.
Wolfius Christianus. IV. 70. 74; V. 36.
Wolfius I. Christoph. III. 14; VII. 5.

X.

Ximenius, Cardinalis. IV. 52.

Z.

Zamoscius. IV. 55.
Zeltnerus. III. 12.
Zieroldus. V. 7.

Nota.

Praeter ea, quae iussu S. Ven. Auctoris nouae huic editioni suo quaeque loco inserta sunt, placuit ei quoque ad p. 1. post Praefationes subiicere haec verba, quae operarum culpa omissa ibi sunt: „Ex catalogo auctorum ex Suetonii libro *de claris oratoribus* p. 783. editionis Graeuianae insertis, itemque e loco quodam Curtii, cuius loci nunc non recordor, disco, eum Vespasiano imperante rhetorem Romae fuisse siue Professorem eloquentiae: Aphthonium quoque legi docuisse Grammaticam Alexandriae.„



61773
S
AB 61773
x 2599302

CONSPECTVS REIPVBLICAE LITERARIAE

SIVE

VIA AD HISTORIAM LITERARIAM

IVVENTVTI STVDIOSAE APERTA

A

CHRISTOPHORO AVGVSTO HEVMANNO, D.

EDITIO SEPTIMA EADEMQVE VLTIMA.



HANOVERAE
APVD HÆREDES NIC. FOERSTERI ET FILII
MDCCLXIII.

267.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-30969/fragment/page=0585